A in qualibet scientia, & in qualibet demonstratione. Vnde Phs in litera non dicit, ꝙ de subiecto præcognoscatur quid simpliciter. Sed dicit vt innuit hic. D. S. ꝙ est quid dicitur. i. quod significatur per nomen: quia antequam sciatur de aliquo an sit, non potest proprie sciri de eo quid sit: quia non entium non sunt diffinitiones. Vnde quæstio an est præcedit quæstionem quid est, sed non potest ostendi de aliquo an sit, nisi prius intelligatur quid significatur per nomen: propter quod etiam Phs. 4. Metaphy. in disputatiõe cõtra negãtes principia, docet incipere a significatione nominum Hæc illæ. ¶ Sed instabat discipulus probando ꝙ non sufficit præcognoscere quid nominis: (Discip.) sed ꝙ oporteat prȩcognoscere quid rei. Nam in omni demonstratione oportet præcognoscere medium demonstrationis, quod est causa inhærentiæ passiõis in subiecto: sed medium demonstrationis est quid rei, videlicet, propria diffinitio subiecti: ergo oportet præcognoscere quid rei de subiecto, & non solũ quid nominis. (Responsio) ¶ Dicendum ꝙ ad terminandũ quæstionem si est, & quid est subiecti, sufficit præcognoscere quid nominis. Sed ad terminandum quæstionẽ B quia est passionis, & propter quid, subdistinguendũ est: quia vel terminantur illæ quæstiones per demonstrationem, quia est, quæ est per effectum vel per causam remotam. Et sic sufficit præcognoscere quid nominis de subiecto. Vel terminantur per demonstrationem propter quid: cuius medium est propria diffinitio subiecti. Et sic non sufficit pcognoscere de subiecto quid nominis: sed oportet etiam præcognoscere & præsupponere quid rei, vt argumentum voluit. ¶ Et per hoc patet concordantia inter. D. S. & aduersarios eius de medio demonstrationis. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ licet præcognoscere quia est de principio demonstrationis, sit præcognoscere quia verũ est, tamen præcognoscere de subiecto quia est, nõ est præcognoscere, quia verum est: sed quia habet esse in rerum natura per se, modo exposito, vt ex supradictis patet. ¶ Ad tertium, dicendum ꝙ principium immediatum potest dupliciter considerari. ⁋ Vno modo primæ intentionaliter absolute, videlicet, pro illa propositione, quæ est propositio immediata. Et isto modo est præmissa demonstrationis. Et sic non diffinitur diffinitione quid rei, cum sit quid complexum. ⁋ Alio modo pro termino secundæ intentionis: non quidem absolute, sed secundum ꝙ significat rem subiectam illi intentioni. Et sic cum sit quid incomplexum potest diffiniri diffinitione descriptiua. C Et sic non est principium demonstrationis formaliter eam ingrediẽs. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ licet quid rei præsupponatur an est, tamen quid nominis præcedit quæstionem an est: vt ex prædictis patet. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ licet diffinitio passionis possit demonstrari de subiecto inquantum potest poni in conclusione loco passionis, tamen non potest demonstrari diffinitio passionis in eo ꝙ diffinitio, siue in eo quod quid est: vt patebit secundo hu⁹. Vnde argumen. non concludit.

¶ Quæstio. 6. De modo præcognitionis quantũ ad cognitionis ordinem.

DEINDE considerandum est de modo prȩcognitionis quantum ad cognitionis ordinem. Postq̃ considerandum est de modo præcognitionis quantum ad ipsam cognitionem. ¶ Circa quod quæruntur duo. ⁋ Primo vtrum maior propositio syllogismi demonstratiui prius tempore cognoscatur, q̃ conclusio. ⁋ Secundo vtrum cognitis maiori & minori, simul tempore cognoscatur ipsa conclusio. D

¶ Sequitur in Pho & in. D. S. ibi, Deĩde cũ dicit, Est ãt cognoscere. In lectione secunda. ¶ Articulus. I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ maior propositio syllogismi demonstratiui non possit intelligi prius tempore minore & conclusione. ⁋ Nam relatiua simul tempore cognoscuntur, ita ꝙ (Primum) relatiuum non potest intelligi sine correlatiuo. Sed principium demonstrationis relatiue dicitur ad principiatum. s. ad conclusionem. Videtur ergo ꝙ præmissæ quæ sunt principia conclusionis, simul tempore cognoscantur cum conclusione. ¶ Præterea aut (Secundũ.) maior vnico actu cognoscitur cum conclusione: aut alio actu. Non potest dici secundum. Alias nunquã maior posset simul intelligi cum conclusione, cũ impossibile sit esse plures actus in intellectu simul, cum etiam sit contra Phm in prȩsenti capl'o. Oportet ergo dicere primum: videlicet, ꝙ maior vnico actu cognoscitur cum conclusione, & per consequens sil'. ¶ Præ (Tertium.) terea vnumquodq; sicut se habet ad esse, ita & ad cognosci. Sed causa & effectus simul sunt & non sunt, vt patet. 2. Physi. & probatũ ẽ i summa Diuinæ phiȩ E ergo causa & effectus simul cognoscuntur. Sed præmissæ sunt causæ conclusionis: vt patet. 2. Physi. & 5. Metaphy. igitur prȩmissæ simul tẽpore & non prius cognoscuntur conclusione. ¶ Sed cõtra est Phs in litera dicens, ꝙ aliqua contingit cognoscere aliquem cognoscentem ea prius tempore &c̃. ¶ Respondeo (Cõclusio.) dicendum ꝙ maior propositio syllogismi demõstratiui secundũ se & absolute considerata, aliquando prius tẽpore cognoscitur cõclusione. Quod probat Phs ex ẽplo. (Probatio.) ¶ Nam cũ ad conclusionẽ inferendã duȩ propositiones requiruntur. s. maior & minor, cognita maiori, adhuc non habetur cognitio conclusionis, vt si aliquis assumeret ad demonstrandum omnis, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, ista maiori cognita, nondum habetur cognitio cõclusionis inferendæ: ergo maior propositio cognoscitur prius tempore conclusione. Quod potest sic probari rõne. ¶ Nam illa quȩ sic se habent, ꝙ vnum potest cognosci altero ignorato, vnum prius tp̃e põt cognosci q̃ (Probatio alia.) aliud. Sed maior propositio & conclusio sic se habẽt ꝙ maior potest cognosci conclusione non cognita: vt per exemplum Phi additum est: igitur &c̃. Et propter eandem rationem maior potest cognosci prius tempore ipsa minori. ¶ Similiter minor prius tempore potest cognosci ipsa conclusione. Quod etiam probat Philosophus per exemplum. ¶ Nam si in minori propositione sumatur aliquid contentum sub vniuersali propositione. s. sub maiori de quo manifestum non sit ꝙ sub hoc vniuersali contineatur, nõdũ F habetur cõclusionis cognitio: quia nondum erit certa veritas minoris propositionis, sicut si non esset manifestum ꝙ hæc figura in semicirculo descripta esset, triangulus, nondum statim in sumptione qua subsumitur sic, Omnis triangulus habet tres &c̃. Sed hȩc figura descripta in semicirculo est triangulus, sciretur conclusio, sed oporteret vlterius aliud medium quȩrere per quod demonstraretur ꝙ hæc figura esset triãgulus. Vnde minor propositio potest etiam prius tempore cognosci ipsa conclusione. Quod etiam probari potest per rationem iam assignatam vt patet. ¶ Aduertendum est autem secundum. D. S. in (Notandũ. Prius altero dupl'r.) litera, ꝙ aliquid dicitur prius altero, vt ad propositum sufficit, dupliciter. ⁋ Vno modo secundum tempus: sicut mane pcedit meridiem. ⁋ Alio modo sm ordinem naturȩ, sicut quȩlibet cã præcedit suum

G

Ordo nãe duplex. effectum ordine naturæ. Verumtamen duplex est ordo naturæ. s. generationis & perfectionis. Omnis ergo causa actualis scilicet efficiens, formalis & finalis præcedit suum effectum ordine naturę pfectiõis. Materia vero ordine naturæ gñationis. Cum ergo pmissæ sint causæ cognitionis ipsius conclusionis necesse est dicere q oẽs pmissę & semp pus nã cognoscu

Relatiua dupliciter. tur ipsa cõclusiõe, vt infra patebit. ℂAd primũ ergo dicendũ q relatiua põt dupl'r considerari. ⁋Vno modo sub forma relationis. Et isto modo sil' cognoscuntur. ⁋Alio mõ fundamental'r. Et sic relatiuũ pus tpe põt cognosci q̃ correlatiuũ: sicut pater inquantũ pater ẽ, nõ põt cognosci sine filio: neq tpe, neq nã. Sed ille, qui est pater, põt cognosci sine filio. ⁋Sil'r in proposito. Maior propositio põt considerari, vt dicit habitudinẽ ad minorẽ & cõclusionẽ; & vt vnũ est rõ alterius. Et isto mõ nõ potest prius cognosci ipsa conclusione. ⁋Alio mõ põt considerari mãliter. s. pro illa vel illa vl'i propõne fm se. Et sic põt cognosci prius tpe: vt declaratũ est. ℂAd scdm ddm q maior absolute considerata intelligitur alio actu, q̃ cõcl'o. Nec tñ sequit' q nunquã posset simul itelligi cũ cõclusione:

H

quia qñ accipitur vt vnũ est rõ alterius, tunc simul intelligitur cũ conclusione, & nõ cognoscit' alio actu: sed eodẽ actu, quo cõclusio intelligit', vñ. D. S. ĩ pmo Sñiarũ dist. 27. q. 2. ar. 3. sic ait. ⁋In spẽm vel imaginẽ cõtingit fieri cõuersionẽ dupl'r. Vel fm q est species talis rei. Et tunc eadem est cõuersio in spẽm rei, & rẽ ipsam. ⁋Vel fm q est res quædam. Et sic non oporret q eadẽ conuersione conuertatur quis p intellectũ in spẽm rei & rẽ. Hæc ille. Et sic intelligit' aliud, qđ dicit in prima parte. q. 28. ¶. fm, q alio actu intell'us intelligit lapidẽ: & alio actu intelligit se intelligere. Et illud qđ dicit ĩ primo Sñiarũ dist. 1. q. 2. ar. 1. ad fm q eodẽ actu intelligo intelligibile, & intelligo me intelligere. Hæc ille. De quibus ẽt dcm̃ est in. 4. Metaph. q. 7. ar. 2. Et in. 6. Metaphy. q. 13. ar. 2. notabili scdo.

Discip. ℂContra hæc replicabat discipulus. ⁋Nam illa, quę diuersis habitibus spẽ distinctis cognoscuntur, non pñt cognosci vnico actu. Sed pmissæ cum sint principia demonstrationis cognoscuntur intellectu: cõcl'o vero cognoscitur sciã. Sciẽtia aũt & intellectus, sunt duo habitus intellectuales adinuicem specie distincti: vt patet. 6. Ethicorũ, igitur præmissæ & cõcl'o nõ

Responsio pñt cognosci vnico actu. ℂDicendum q pmissæ demonstrationis pñt dupl'r considerari. ⁋Vno mõ absolute, & vt propõnes fm se cõsideratæ: fm. s. q nõdũ sunt applicatæ ad cõclusionem; & sic cognoscunt'

I

intellectu. Et hoc mõ non intelliguntur eodem actu cum conclusione vt dcm̃ est: sed prius tpe. ⁋Alio mõ possunt considerari vt applicata sunt. Et sic nihil refert q cognoscantur vnico actu, & hoc eodem habitu, qui est sciẽtia, vt dr. 12. q. 57. ad fm. ℂVel dicẽdũ

Alia resp. q nihil refert ĩtellectum intelligere simul plura vnico actu fm diuersos habitus, quorũ vnus est cã, & rõ cognitionis alterius. Sicut ẽt oculus vnico actu videt parietẽ, colorẽ, & lumen: fm q lumen est ratio videndi colorẽ. Et color illuminatus est ratio videndi parietẽ: vt patet in. 12. q. 57. ad fm. ℂSimiliter hic fm q intellectus principiorũ est ratio cognitionis scientificæ ipsius conclusionis, & scientia ab intellectu depẽdet principiorũ, non est inconueniens q intellectus cognoscat præmissas, & conclusionem, simul vnico actu, fm diuersos habitus, inquantũ tñ conueniunt in vno medio: quod est intelligere plura per modum vnius, vt in alio articulo sequenti expressius declarabitur. ℂAd tertiũ ddm q cã in actu non vt res naturæ, sed in ratione causæ considerata, simul est cũ suo

K

effectu. Et si simul relatiue consideretur simul ẽt intelligitur cum suo effectu. Sed causa in potentia non est simul cum suo effectu: nec e conuerso. Vnde præmissæ nondum applicatæ ad conclusionem, sed vt propositiones quædam secundum se consideratæ, non sunt causæ in actu congnitionis ipsius conclusionis. Vnde ratio non sequitur. ℂEt licet effectus cognoscatur in sua causa virtualiter, & imperfecte: non tamen in propria forma. De qua cognitione hic principaliter loquimur.

ℂVbi supra ĩ doctore Scõ & Pho. ℂArticulus. II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt' q maior & minor propositio syllogismi demonstratiui non possint simul tempore intelligi cum conclu-

Primum. argumen. sione. ℂNam impossibile est intellectum simul plura intelligere: sicut impossibile est parietem simul informari pluribus figuris. Sed maior & minor & conclusio sunt plura. Sunt. n. tres propositiones: ergo nõ possunt simul tempore cognosci. ℂSed dicebat q licet intellectus non possit plura simul intelligere per primam operationem intellectus, potest tñ plura simul intelligere per secundam & tertiam operationẽ

Secundũ. eius. ℂContra. Intelligere plura est informari diuersis speciebus intelligibilib⁹: vt patet ex. 3. de Anima.

L

Sed impossibile est intellectum simul actu informari diuersis speciebus intelligibilibus: quia sicut plures species vel formæ eiusdem generis naturæ non pñt esse simul in eodem subiecto: ita nec plures species intelligibiles. Igitur intellectus etiam per secundã operationem eius, non potest simul plura intelligere.

Tertium. ℂPræterea. Quicquid intellectus potest intelligere, potest per vocem exprimere. Sed intellectus non potest per vocem simul exprimere maiorem, minorem, & conclusionem: quia maiore prolata, profert minorem, & postea conclusionem: igitur &c. ℂPræterea.

Quartum Causa efficiens tempore præcedit suum effectum: qa causa efficiens agit per transmutationem, quæ non potest esse in instanti: sed præmissę sunt causa efficiẽs conclusionis, vt dicit Phs in. 2. Physicorum: ergo cognitio præmissarum tpe præcedit cognitionẽ conclusionis. ℂSed contra est Phs in litera: dicens. Quorũdam pręcognitorũ simul tempore est notinam habere: & illorũ, quibus præcognoscuntur. ℂRespõdeo

Respõsio. ddm, q cognitis maiori, & minori, debite sumpta sb maiori, & cognita debita sumptiõe minoris, & applicatione vtriusq ad conclusionem, necesse est simul cognoscere conclusionem tempore: non tamen si-

M

mul natura. ⁋Hanc conclusionem pro prima parte probat Philosophus exemplo. ⁋Nam si in minori

Probatio quo ad primã partẽ. propositione assumatur terminus de quo manifestũ sit q contineatur sub vniuersali. i. maiori propositione, tunc patet veritas minoris propositiõis. Et sic statim habetur congnitio conclusionis: vt si sic demonstret aliquis, Omnis triãgulus habet tres angulos &c. Sed hæc figura descripta in semicirculo est triangulus, cognita hac minori cum subsumptione debita eius, statim cognoscitur q hæc figura habet tres angulos &c. ℂIdem potest ratione probari. Nam posi-

Alia probatio. ta causa per se, naturali, propria, in actu sufficienti, adæquata, & applicata, & non impedita, de necessitate ponitur suus effectus, vt habetur. 6. Metaphysi. Sed cognitio maioris & minoris in ratione minoris, & debitæ subsumptionis minoris sub maiori, est causa per se efficiens cognitionis conclusionis: ergo posita cognitiõe maioris & minoris & debita subsũptione applicata ad conclusionẽ sil' tpe cognoscit' concl'o.

ℂSecunda

A ¶Secunda pars conclusionis sic probatur. Nam om-
2. pars cō- nis causa naturaliter præcedit suum effectum, sed co-
clusionis gnitio pmissarū est causa cognitiōis cōclōnis: ergo co
probatur. gnitio pmissarū pcedit naturalr cognitionē cōclōnis.
¶Ex prædictis ergo possunt elici quattuor conditio
nes: quæ requiruntur ad hoc, ꝙ cognitis maiori &
4. 5ditiōes minori, simul tempore cognoscatur cōclusio. ¶Qua
acqsitę ad rum prima est ꝙ minor debet esse debite sumpta sub
veritatē di maiori. ¶Secunda est ꝙ cognoscatur illa debita sum-
ctæ cōclu. ptio. ¶Tertia est ꝙ maior & minor sint debite appli-
catæ ad conclusionem. ¶Quarta est ꝙ cognoscatur il
la debita applicatio, vt patet etiā per. D.S. in primo
Perihermenias le. 13. vbi sic ais. Quędam enim ex ne
cessitate consequuntur ex principijs: ita. s. ꝙ non pos
sunt esse falsa principijs existentibus veris, sicut sunt
omnes conclusiones demonstrationum. Et huiusmo
di veris ex necessitate intellectus assentit: postquam
percepit ordinem eorum ad principia, non autem
prius. Hæc illæ. Idem dicit. 1. q. 82. 2. c. Et 12. q. 51. ad
sm, & secundę. 2. q. 51. 4. sm. Et. 3. dist. 33. q. 1. ar. 2. q.
1. c. Si enim vna istarum conditionum deficiat nō erit
necesse cognoscere simul conclusionem. ¶Aduertē-
Notandū dum est autem secundum Phm in litera ꝙ aliquorū
accipitur cognitio per se, & non oportet ea cognosce
B re per aliud medium, quod sit vltimum. Quod potest
dupliciter intelligi sm. D.S. in lectione. ¶Vno mō
vt sit sensus: ꝙ aliquorū est cognitio, quæ nō opor-
tet cognoscere per aliquod aliud medium: quod qui-
dem medium sit vltimum in resolutione: qua media-
ta ad immediata reducuntur. ¶Alio modo vt sit sen-
sus ꝙ vltimum. i. extremum quod sub vli medio acci
pitur, nō cognoscatur esse sub illo vli per aliqd aliud
medium. Quæ autem sint illa, quorum cognitio ha-
betur per se, & non per aliquod aliud medium mani
festat Phus, dicens, ꝙ huiusmodi sunt singularia quæ
non dicuntur de aliquo subiecto: cum inter singula-
ria & ipsam speciem nullum medium possit inueniri.
hæc. D.S. in lectione. ¶Ad primum igitur ddm ꝙ
intellectus non potest simul actu intelligere plura per
modū plurium: videlicet per diuersas species intelli-
gibiles. Omnes. n. species intelligibiles sunt eiusdē ge
neris cognationis; licet illa, quæ repræsentantur, di
stinguantur aliquando genere naturæ. Et licet vt sm
argumentū assumpsit, diuersæ species eiusdem gene-
ris non possint simul esse in eodem subiecto, nam di
uersæ species constituuntur sub eodem genere natu-
rę ex oppositis differētijs, si ergo diuersæ species eius-
dem generis naturæ essent in eodem subiecto simul,
opposita essent simul actu in eodem, quod est incon-
ueniens. intellectus tn̄ potest plura intelligere p mo-
C dum vnius: sicut potest intelligere plures partes do-
mus simul, secundum ꝙ conueniunt in vna forma to
tius. ¶Et similiter prędicatum & subiectum proposi
tionis secundum ꝙ conueniunt in vnione proposi-
tionis. Et sic de similibus. ¶Similiter potest intellige
re simul maiorem minorem conclusionem: secundū
ꝙ habent vnionem in medio syllogismi. ¶Ad secū-
dum argumentum patet ibi. ¶Ad tertium argumen-
tum dd̄m ꝙ intellectus potest exprimere illa, quæ in-
telligit, non tn̄ oportet ꝙ eodem modo, quo intelli
git exprimat, nisi esset vnum nomen impositum ad si
gnificandum omnia illa, quæ intelligit, eodē modo
quo intelligit: vn̄ licet intellect⁹ simul intelligat plu-
ra per modum vnius, non tamen oportet ꝙ simul illa
exprimat. ¶Ad quartum dd̄m ꝙ licet causa efficiens
absolute considerata tempore pcedat suum effectū,
tamen causa efficiens in actu proprio, per se sufficiēs,
applicata ad suum effectum, & non impedita, simul D
est cum suo effectu: quia sic necessario agit in suum ef
fectū nisi esset agēs p intellectum, & voluntatē, qd q
dem agit sicut intelligit, & vult & nō necessitate naę.
¶Quæstio septima de pręcognitione cōclusionis: &
est lectio tertia. D.S.

DETERMINATVM est superius de his Lec. 4.
quæ pręcognoscuntur, anteq̄ sumatur cognitio de
conclusione: nunc considerandum restat qualiter cō-
clusio pręcognoscatur, antequam sumatur de ea co-
gnitio per syllogismum vel inductionem. ¶Circa
quod quęruntur duo. ¶Primo vtrum conclusio in
pręmissis cognoscatur, antequam habeatur eius co-
gnitio per demonstrationem. ¶Secundo vtrum con
tingat nos aliquid scire de nouo.
¶Sequit̄ i Philosopho, & i. D.S. {Aū āt q̄ si &c̄.}

¶Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ
conclusio non pure cognoscatur in præmissis, anteq̄
cognoscatur per demonstrationem. ¶Nam finis syl Primum.
logismi demōstratiui est scire: vt supra dixit. D.S. er-
go illius quod scitur cognitio acquiritur per demon-
strationem. Non ergo conclusio scitur in præmissis,
ante demonstrationem. Alias demonstratio non es- E
set necessaria. ¶Præterea, si conclusio sciretur in prę Secundū
missis, sequeretur ꝙ addisceremus id, quod iam scim⁹
sed consequens est inconueniens secundum Philoso
phum & Platonem: ergo &c̄. ¶Patet consequentia:
quia per demonstrationem addiscimus conclusionē.
Si ergo conclusio pręsciretur ante demonstrationem
in pręmissis, sequeretur ꝙ id, quod pręsciebamus, addi
sceremus. ¶Pręterea, si pręcognosceremus conclusio Tertium
nem in pręmissis, aut de ea præcognosceremus quia
est, aut quid est. Non enim sunt nisi duę pręcognitio-
nes: vt supra probatum est. Sed non præcognoscim⁹
quid est: cum sit quid complexum. Complexorum
autem non est diffinitio. Nec etiam quia est. Nam p
demonstrationem inuestigatur quia est conclusionis
. s. eius veritas: ergo &c. ¶Sed contra est Philosoph⁹
in litera dicens, Anteq̄ quidem sit inducere, aut acci
pere syllogismum, quodā quidem modo fortasse di
cendum est scire: modo autem alio non &c̄. ¶Respō Conclusio.
sio dicendum ꝙ antequam inducatur inductio, aut
syllogismus demonstratiuus, ad faciendū cognitio-
nem de aliqua conclusione: illa conclusio quodāmo-
do scitur, & quodammodo ignoratur. i. conclusio ali
qualiter cognoscitur in pręmissis, & aliqualiter igno
ratur. Simpliciter. n. ignoratur, & scitur secundum
quid. ¶Quod probat Philosophus exemplo. ¶Nā si Probatio.
debeat demonstrari ista conclusio: triangulus habet p exēplū.
tres angulos &c̄. antequam demonstretur, ille, qui
per demonstrationem accipit scientiam, eam nesciuit F
prius simpliciter: alias addisceret id, quod sciuit sim-
pliciter: sed sciuit eam secundum quid. s. in potentia,
vnde eam quodammodo sciuit: sed eam nesciuit sim
pliciter. ¶Idem probat. D.S. tali ratione. ¶Nam pn Probatur
cipia se habent ad conclusiones in demonstratiuis si- ratione.
cut causæ actiuæ in naturalibus ad suos effectus: vn-
de in secundo Physi. propositiones syllogismi ponū-
tur in genere causę efficientis. Sed effectus naturales,
antequam producantur in actum præexistunt quidē
in causis virtute tantum, & non actu quod est simpli
citer esse: ergo similiter antequam ex pricipijs demō-
strationis educatur conclusio, in ipsis principijs co-
gnoscitur conclusio virtute, & nō actu: siue nō in pro
pria forma. Cū ergo oporteat pscire pncipia cōclōnū
seqtur ꝙ cōclo quodāmō pcognoscit̄ in pncipijs siue

G in pręmissis:anteq̃ cognitio eius habeaẽ p demõstrationem. Sic ergo cõclusio p̃cognoscitur in p̃missis secundum quid, sed per demonstratiõem cognoscitur simplr̃, & in actu. Discip. ℭ Sed instabat discipulus. ℭ Effect⁹ naturalis verius existit in sua causa effectiua, q̃ in seipso: vt deducit. D. S. ĩ Veritate. q. 4. ar. 6. ergo veri⁹ cognoscitur in sua causa, q̃ in seipso. Cum ergo conclusio comparatur ad suas p̃missas, sicut comparatur effectus naturalis ad suam cãm, vt hic dicit. D. S. sequitur ꝙ conclusio verius cognoscatur in præmissis, q̃ in seipsa. Et sic simplr̃ præcognoscitur in præmissis. Præterea, illud quod cognoscitur per certiorem habitum, certius cognoscitur. Sed conclusio in p̃missis cognoscitur per habitum ĩtellectus, p demr̃ationem vero cognoscitur conclo p habitum sciæ. Sed intells est certior scientia, vt infra probat Phs: igr̃ conclo verius cognoscitur in præmissis, q̃ per demõstrationẽ.

Responsio ad primũ. ℭ Dđm primo ꝙ effectũ habere verius esse in sua cã, q̃ in seipso, põt intelligi duplr̃. ⁋ Vno modo de causa materiali. Et sic non habet verius esse in sua cã q̃ ĩ seipso, qa in cã materiali hẽt esse in potẽtia, tñ in seipso aũt hẽt esse in actu. ⁋ Alio modo de cã efficiente.

ℭ Et sic põt intelligi adhuc duplr̃. ℭ Vno modo loquendo de veritate essendi. Et sic effectus verius ẽ in H sua cã effectiua: potissime si sit causa æquoca. ⁋ Alio modo loquendo de veritate p̃dicationis. Et sic effectus verius est in seipso, q̃ in sua cã: hæc. D. S. in de Veritate. q. 4. ar. 6. in corpore, & ĩ solutionibus argumentorũ. Et quia cognitio scientifica non sequiẽ esse exñtię cõclusionis in p̃missis, sed inhęrentiã passionis in sbto, quæ oñdiẽ p veritatẽ p̃dicationis, iõ cõclo verius cognoscitur in seipsa, q̃ in p̃missis, p̃sertim cum p̃missæ rõne terminorũ, & potentialitatis cõparenẽ ẽt ad conclusionẽ sicut principiũ, vle & materiale: & non sicut p̃ncipiũ, effectiuũ proprie: nisi rõne veritatis inferendi. Nã dcm̃ est supra ꝙ maior etiã se hẽt vt vlis respectu minoris & cõclusionis: vñ dicit. D. S. super. 5. Metaphy. lec. prima. ꝙ propõnes dicunẽ eẽ materia cõclusionis: non qdem ẽm ꝙ sub tali forma existũt vel ẽm virtutẽ earũ sic. n. magis se hñt in rõne cãę efficientis, sed q̃tum ad terminos, ex quibus componuntur. Nam ex terminis p̃missarũ componitur conclusio. i. ex maiori & minori extremitate. Hæc ille.

Ad secũdũ ℭ Dđm. 2. ꝙ cæteris paribus illa, q̃ cognoscunẽ p certiorẽ habitũ, certi⁹ cognoscunẽ, sed tñ si vnũ p̃cognoscatur p certiorẽ habitũ in virtute aut in potentia tñ I & aliud p incertiorẽ habitum in propria forma, tunc illud qđ per certiorẽ habitũ cognosciẽ, nõ certius cognosciẽ. Sic est in proposito: quia cõclo vt dcm̃ est cognosciẽ in p̃missis in potentia, & ẽm qd: p demr̃ationẽ vero simplr̃ & in p̃pria forma. Discip. ℭ Sed contra primã solutionẽ instabat discipulus. Nã cognoscere aliquid in vli est cognoscere p̃fectiori mõ, q̃ cognosceẽ in particulari. Inde est ꝙ primus angelus p̃fectius cognoscit: qa cognoscit p spẽs vliores, q̃ inferior angelus: vt deducit. D. S. in de Veritate. q. 8. ar. 10. 1. & 1. q. 55. 3. 2. Dum ergo cõclusio cognoscatur in p̃missis in vli, & in potentia vr̃ ꝙ perfectius cognoscatur in p̃missis, q̃ in seipsa. Et sic solo nulla.

Responsio Cognoscere in vli dupliciter. ℭ Dđm ꝙ aliqd cognoscere in vli põt ĩtelligi duplr̃. ⁋ Vno modo ex parte medij cognoscendi. Et sic cognoscere aliquid in vli. i. p medium vlius est p̃fectius cognoscere, q̃ cognoscere in particulari. i. p mediũ p̃ticulare: quod nõ ita ad plura & singľa propria se extendit vt argumentũ voluit. ⁋ Alio modo ex parte rei cognitæ. Et sic cognoscere aliquid in vli non est perfectius cognoscere, q̃ in particulari: quia cognoscere isto modo aliquid in vli est K cognoscere aliquid ẽm quid & cõfuse: sed cognoscere aliquid in particulari est cognoscere aliquid simpliciter & in propria forma. Et hæc est scientia. D. S. in de Veritate: vbi immediate supra. Et etiã. 2. sñiarũ. di. 3. q. 2. ar. 2. ad ternum vbi sic ait. ℭ Cognitio perfecta non habetur per mediũ vle: quia non est efficax ad cognitionẽ omnium propriorũ. Si autem per medium vle omnia propria efficaciter cognoscerentur, esset perfectissima cognitio: quia q̃to aliquid est magis vnũ, & simplex, est virtuosius & nobilius. Et hoc mõ dicimus ꝙ angeli superiores sufficienter per formas vniuersales cognoscunt res: sicut deus per essentiam suam perfecte cognoscit omnia. ℭ Ad duas igiẽ primas rationes patet solutio ex iam dictis: quia nihil aliud concludunt q̃ ꝙ cõclusio non totaliter, & simpliciter, cognoscitur in p̃missis, quod cõcedimus. Cõclusionem. n. adiscimus simplr̃ per demonstrationẽ & in p̃pria forma, quã p̃sciuimus ẽm quid: quod non est incõueniẽs. ℭ Ad vltimũ dđm ꝙ de cõclone p̃cognoscimus qa est. i. qa vera est: ĩperfecte tñ, & in potẽtia, & in vniuersali: sed non simpliciter, & perfecte, & in propria forma, vt dictum est.

ℭ Sequiẽ in Philosopho, & in. D. S. Tertio ibi, {Si vero &c̃. }

ℭ Articulus. II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videẽ ꝙ non contingat aliquid nos scire de nouo. ℭ Nam dans formam, dat etiam omnia consequentia ad formam: sed scientia est proprietas consequens animam rationalem, sicut perfecto sequitur suum p̃fectibile, ergo qui dat animam, dat etiam scientiam. Sed anima est a deo per creationem, ergo & scientia est a deo per creationem. Et sic nullus de nouo accepit scientiam. — Primum argu. L

Secundũ ℭ Præterea, anima dum separatur a corpore, cognoscit multas cõclusiones, quarum prius nõ habuit scientiam acquisitam: ergo scientia illatum conclusionum fuit animæ concreata. Sed eadem ratione, omnes scientiæ aliarum conclusionum cõcreantur in anima: igitur omnes scientiæ sunt innatæ, & non acquisitæ. Et sic nihil contingit scire de nouo. ℭ Præterea, eorum, quæ sunt eiusdem naturæ & speciei, videtur esse vna conditio naturalis, sed in anima Adæ quę fuit eiusdem naturæ cũ cæteris animabus fuerũt omnes scientiæ concreatæ, ergo & in nobis. Et sic idem, quod prius.

Tertium. M ℭ Pręterea, si anima aliquid adisceret de nouo, sequeretur ꝙ anima esset alterabilis de contrario in contrarium. s. de ignorantia ad scientiam, sed hoc est falsum: quia quicquid est alterabile, est corruptibile, vt patet per Philosophum in primo de Cœlo. Aĩa autẽ rationalis est incorruptibilis: vt patet. 2. de. Anima, igitur &c̃.

Quartum ↄ ℭ Præterea, si aliquis adiscit aliquam conclusionem puta. a. vel ergo adiscens prius agnouit illam conclusionem, vel non. Si primum, sequitur nihil adiscit de nouo. Si vero secũdum, sequitur ꝙ nunquã apprehendet eam. ⁋ Quod quidem sic patet. Nam voluntas non mouet intellectum, nisi in aliquid iam cognitum. Si ergo ĩtellectus non cognoscit illam conclusionem, ipsa voluntas nõ mouebit intellectum ad apprehensionem eiusdem.

ℭ Sed contra est Philosophus in litera: ibi, {Si vero non, Menonis ambiguitas contingit. Aut non adiscit, aut quæ nouit: &c̃. } Si ergo secundum Philosophum ambiguum est dicere ꝙ nihil contingit scire de nouo.

Responsio Opio Platonis. ℭ Respondeo dicendum ꝙ Plato in libro Menonis sic intitulato siue appellato nomine sui discipuli, concludit ꝙ homo aut nihil adiscit de nouo, aut adiscit ea, quę sciuit. Et sic cõcludere vult, ꝙ nihil contingit scire de nouo. Et pro roboratione, suæ positionis

A fitionis inducit hic. D.S. quendam hominem omnino imperitum artis geometriæ interogatum ordinate de principijs geometriæ ex quibus quędam geometrica conclo concluditur, incipiendo a pncipijs p se notis. Qui quidem discipulus ignarus ad oīa ordinate quod verum est rñdit. Et sifr deducendo qōnes, ad cōclonem, per singula verum respondit: ergo illi, qui videntur imperiti in alijs scientijs, anteq̄ interrogentur, & instruantur, earum hñt notitiam. Et sic sequitur q̄ homo, vel nihil adiscit, vel adiscit ea, quæ prius nouit. ℭSed hæc opinio destructa est per ea, q̄ Phs supra probauit. Nam sylli demonstratiui necessitas est, vt aliqd de nouo sciamus: cum finis sylli demonstratiui sit facere scire, si ergo nihil possemus scire de nouo, frustra poneretur scia de syllo demōstratiuo. ℭPræterea, scientia cōclusionis demonstratæ e cognitio intellectiua, sed oīs cognitio intellectiua fit ex pexñti cognitione, vt probauit Phs in pma propōne huius libri: ergo oīs cognitio intellectiua conclusionis acqrit de nouo, videlicet per aliam cognitionē pexñtē. ℭConsiderandum est aūt pro solōne dubitationis Platonis fm Phm in pnti lec. q̄ dubitatio Platonis vitari nō pōt nisi supponatur pdeterminata veritas. s. q̄ cōclo, quam qs adiscit p demonstrationem,

Cōtra opi: Platonis.

Secundo

Notandū primum

B vel inductionem; prius erit nota in pmissis nō simplr sed fm qd. i. in virtute. s. in suis principijs: de quibus ignarus scientiæ interrogatus, veritatem respondere potest. Sed supposita pdicta determinatione veritatis facile est soluere Platonis dubitationem; sicut in pcedenti articulo declaratum est. ℭNam illud, quod aliquis adiscit, nihil prohibet quodāmodo scire: & quodāmodo ignorare. Non est. n. inconueniens vt dicit Phs in litera, fm q̄ deducit. D.S. in lectione, si aliqs quodāmodo psciat illud, quod adiscit. Sed esset incōueniens si hoc modo pcognoscat, fm q̄ adiscit. Nam adiscere proprie est scientiam in aliquo gñari. Quod aūt gñatur, ante non fuit oīno ens: sed quodāmō ens, & quodāmodo non ens. Ens quidem in potentia, nō ens vero in actu. Et hoc est gñari. i. reduci de potētia in actū. V̄n nec id, qd qs adiscit, erat oīno notū pus, vt Plato posuit, nec oīno ignotum: sed erat notum in potentia, siue in virtute, siue in principijs vlibus præcognitis: ignotum autem actu & in propria forma. s.

C fm pperā cognitionē. Et hoc est adiscere: scilicet reduci de cognitione potentiali, siue virtuali, ad vlī, i cognitionē pprīā, & actualem: hęc. D.S. in presenti lec. circa finem. ℭConsiderandū est vlterius fm Phm in litera q̄ aliq volētes soluere pdictam dubitationem Platonis, dicebant q̄ conclusio anteq̄ demonstretur vel quocunq̄ modo addisceretur, nullo mō erat cognita. ℣Et cum eis obijciebatur fm dubitatonē Platonis hoc modo. Siquis interrogaretur ab aliquo pero, nunquid tu scis q̄ oīs dualitas est par? Et concedente eo se scire, & vltra afferat quandam dualitatē, quā ille interrogatus non opinaret esse, puta illā dualitatē, quæ est pars tertia senarij, dicendo, sed hęc dualitas est dualitas, concluderetur imediate q̄ sciret tertiam partē senarij esse numerū parē, quod erat ei incognitū, sed per demonstrationem adductam adiscit: vn̄ seqtur vel q̄ hō adiscit id, quod prius sciuit, vel hō non adiscit, quia cognoscendo oēm dualitatem esse parem, cognouit hāc dualitatem esse parem, ad hoc rñdebant, dicentes q̄ ille, qui interrogatus respondit, se scire q̄ oīs dualitas est par, non dixit se scire omnē dualitatem simplr: sed illam, quam sciuit esse dualitatem: vnde cum ista dualitas, quæ est allata ab eo, fuerit penit⁹ ignorata, nullo modo sciuit q̄ istā dualitas

Notandū secundū

Falsa q̄rūdā soso ad dubium Platonis

Illorū cauillosa.

Respōsio.

est numerus par. Et sic sequitur q̄ apud cognoscentē principia nullo modo conclusio sit præcognita: nec simplr, nec secundum quid. ℭSed Phs hanc responsionem, siue cauillationem remouet per talem rōnē. ℣Nam hoc modo aliquid scitur, de quo demonstratio habetur. Sed adiscentes non accipiunt demōstrationem, de omni dualitate quam sciunt, sed de omni simplr. Et similiter de omni numero, & de omni triāgulo: ergo non est verum q̄ sciant de omni numero, quem sciunt esse numerum: aut de oī dualitate, quam sciunt esse dualitatem: sed de omni simpliciter. i. vlr. ℣Minorem probat tali rōne. Nam nihil debet poni in conclusione, quod non assumebatur in præmissis: quia conclusio conuenit in terminis cum pmissis, vt patet primo Priorum. Nam subm, & pdicatū conclusionis sunt maior, & minor extremitas in pmissis: sed in pmissis non accipitur aliqua propō de numero aut de dualitate cum hac additione quā tu nosti, vel quā ego scio: sed simplr de omni, ergo conclusio demonstrationis non debet esse cum additione prędicta: sed simpliciter de omni. ℭAd primum ergo dicendū q̄ dupliciter aliquid consequitur formā aliquā. ℣Vno modo per se siue in primo modo dicendi per se siue in secundo modo. Et isto modo dans formam dat et per se consequentia ad formam. ℣Alio modo aliqd consequitur formam: non per se sed per accidens. Et isto modo dans formam non dat omnia consequentia ad formam: hæc autem est prædicatio per accidēs & accidentalis, homo est sciens, & non per se. ℭEt quando dicitur q̄ bonitatis diuinæ est, creando animam creare eam cum suis perfectionibus, hoc verum est de perfectionibus essentialibus: & non de accidentalibus. Ad secundum dicendum q̄ anima separata habet cognitionem multorum quorum notitiam nō habebat quando erat coniuncta corpori, non quidē pp hoc q̄ scientiam talium habuit per creationē: sed quia nouas species influxas a radio diuini luminis dū est separata recipit; quarum dum coniuncta erat, non erat capax, naturaliter loquendo, vnde ratio non seq tur. ℭAd tertium dicendum q̄ eorum, quæ sunt eiusdem speciei, est vna conditio, quantum ad accidentia consequentia speciem: vt dicit. D.S. in prima parte. q. 100. ar. 1. non autem quantū ad accidentia, quę consequunt indiuiduū. Inde est q̄ pueri in statu innocentiæ non fuissent nati pfecti in scīa, sicut Adā, vt ibidē patet per. D.S. Scīa aūt est accidens consequens indiuiduū & nō naturā specificā. Alias cuilibet īdiuiduo speciei conueniret risibile conuenit omni homini. Et ideo argumentum non sequitur. ℣Quare autem Adam fuerit creatus in scīētia perfecta omniū naturalium, hęc est ratio, quia fuit primus homo, qui habuit instruere & gubernare totū genus humanū. Quod qdē non potuisset facere, si non habuisset per creationē omnium nāliū scientiarū infusam: omniū dicō eorū quæ requirebātur ad regimē & instructionē gñis humani vt deducit. D. S. in prima parte. q. 100. ar. 3. ℭAd quartū ddm q̄ duplex est alteratio. ℣Quędā est pfectiua: quæ. s. est sine obiectione alicuius pfectionis. Et sic aīa rōnalis bene alterat. s. de ignorantia ad scientiā, quæ non dr proprie alteratio. ℭAlia est corruptiua: quæ. s. est cum obiectione alicuius formæ naturalis siue perfectionis in subto alterabilis. Et isto modo anima rōnalis nō est alterabilis, alias esset corruptibilis: vt voluit argumentū. ℭAd vltimū patet solutio ex dictis. Nam adiscens cognouit illā conclusionē inpfecte, & fm qd: qd sufficit ad hoc q̄ voluntas tēdat in obm, & vt mouet intellectū,

D Cōtra illo rū solonē.

H

E

I

F

Cur Adam creat⁹ fuit in scia perfectius.

Alteratio duplex.

G ¶Quæstio.8.de diffinitione ipsius scire: quod est fi-
nis demonstrationis:& est lec.4.D.S.

Lec.4. CONSIDERATA necessitate syll'i demon
stratiui,considerandum restat de ipso syll'o demõstra
tiuo. ¶Circa quod duplex occurrit consideratio.
¶Prima erit de ipso syll'o demonstratiuo. ¶Secunda
erit de medio ex quo syll'us demõstratiuus procedit.
Et hoc in.2.lib.ibi{Qõnes sunt equales numero.}
¶Quantum ad primũ duo consideranda sunt. ¶Pri-
mo considerandum est de syll'o demonstratiuo abso-
lute. ¶Secundo per comparationem vnius dem'atio
nis ad aliam demonstrationem:vbi de vl'i & particu-
lari demonstratione agitur:ibi.{Cum autem demõ-
stratio sit alia quidem vniuersalis &c̃.} ¶Circa pri-
mum duplex occurrit consideratio. ¶Prima erit de
his,quæ cõcernunt demonstrationem absolute. ¶Se
cunda erit qualiter in demonstrationibus non est ꝓce
dere in infinitum:ibi,{Est autem omnis syll's ꝑ tres
terminos &c̃.}Quantum ad primum duo conside-
randa occurrunt. ¶Primo considerandum est de syl-
H logismo demonstratiuo:per quem acquirimus scien
tiam. ¶Secundo de syll'o per quẽ acquirimus aliquã
ignorantiam:ibi,{Ignorantia vero non s'm negatio
nem &c̃.} ¶Circa primũ} triplex occurrit cõsidera
tio. ¶Prima erit de quidditate syll'i demonstratiui.
¶Secunda erit de materia eius:ex quibus.s.& q̃libus
est:ibi,{Qm̃ aũt impossibile est &c̃.}Tertia erit de
forma ei9:i qua.s figura habet fieri:ibi.{Figura aũt
magis faciens scire &c̃.} ¶Quantum ad primũ tria
consideranda sunt. ¶Primo enim considerandum ẽ
de diffõnibus demonstrationis. ¶Secundo de princi
pio immediato:ibi.{Est autem principium demon-
strationis propositio immediata &c̃.} ¶Tertio de er
roribus qui possunt contingere circa demonstratio-
nem:ibi,{Quibusdam quidem igitur &c̃.}Et quia
scire est finis demonstrationis, ratio autem mediorũ
ad finem ex fine sumitur, ideo circa primum duplex
occurrit consideratio. ¶Prima erit de diffõne ipsius
scire. ¶Secunda de duabus diffinitionibus demon-
strationis:ibi,{Dicimus autem scire &c̃.} ¶Circa
primum quæruntur tria. ¶Primo vtrum scire,quod
est finis demonstrationis,possit diffiniri. ¶Sc'do vtrũ
diffinitio,ipsius scire sit conuenienter a Ph'o tradita.
I ¶Tertio vtrum vna causa magis faciat scire q̃ alia.
¶Sequit' in Ph'o,& in.D.S.{Scire ãt opinamur,}

¶Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ
scire,quod est finis demonstrationis,non possit diffi-
Primum. niri. ¶Et primo arguit contra suppositum.Nam sci-
re est finis intellectus:cum verum,quod scitur,sit ob-
iectum intellectus:ergo scire non est effectus demon
strationis siue finis eius,patet consequentia:quia di-
uersorum spẽ distinctorum sunt diuersi fines & ope-
rationes. ¶Præterea,scire est finis omnium scientia-
Secundũ. rum speculatiuarum:vt patet.2.Metaphy. sicut etiã
concessum est superius:ergo scire non est proprius fi-
Tertium. nis demonstrationis. ¶Præterea,est finis demõstra-
tionis:ergo non est causa demonstratiõis,cum idem
non sit eiusdem causa & effectus: & per consequens
non est finis demonstrationis,cum finis sit causa.
Quartum ¶Præterea arguitur secundo cõtra propositũ. Nam
de illo,quod diffinitur,potest aliquid demonstrari ꝑ
suam diffinitionem:sicut de homine demõstratur ri-
sibile per eius diffinitionem.Si ergo scientia vel ipm
scire posset diffiniri,sequæretur ꝙ de scientia posset
demonstrari aliqua passio per illam diffinitiõem. Et
sic ipsius scientiæ esset scientia:cum scientia sit effect9

demonstrationis,quod est inconueniens: ergo scire K
nõ potest diffiniri. ¶Præterea,effectus habet diffini Quintum
ri ꝑ cãm suam:cum ab ea dependeat in esse. Sed scire
est effectus demõstrationis:ergo si scire posset diffini
ri,oporteret ꝙ diffiniret' per demonstrationẽ.Et sic
syll'us demonstratiuus poneretur in diffinitione ipsi-
us scire,quod est falsum,quia scire ponitur in diffõne
demõstrationis,vt infra patebit:igitur &c̃. ¶Sed cõ-
tra est Ph's in litera:qui diffinit ipsum scire,vt patebit
in sequenti articulo:ergo scire potest diffiniri. ¶Rñ-
sio,dicendum ꝙ duplex est diffinitio.s.quiditatiua Diffõ du-
& descriptiua. ¶Prima est duplex. Nam quædam plex
est simpliciter dicta:quæ solius est substantiæ. Alia Quadrati-
est data per additamentum:quæ potest esse ipsius ac- ua dupl'.
cidentis:vt patet.7.Metaphy.vtraq; tamen dat' ꝑ ve-
rum genus & veram differentiam:vel ꝑ aliqd per qd
circũloquimur differentiam. ¶Descriptiua vero dif- Descritiua.
finitio datur per aliqua accidentia propria aut cõmu- Quid no-
nia:quæ sunt notiora diffinitio. ¶Tertia etiam ẽ dif- minis.
finitio quid nominis: quæ est notior diffinito quo Conclusio
ad nos.Et ista potest esse tam entis,q̃ non entis:vt su
pra dictum est. ¶Scire igitur potest diffiniri non so-
lum diffõne quid nominis:sed etiam diffinitione qui L
ditatiua & descriptiua. ¶Quod quidem sic patet.Nã Prima ꝓ-
illud quod ponitur in determinato genere per illud batio.
genus & per dñam constituentem ipsum, si sint no-
bis nominata,vel per aliquid,per quod circumloqui
mur dñam illam,potest diffiniri. Sed scire ponit' in
determinato genere.Nam si accipiatur scire pro actu
scientis, sic ponitur in gñe actionis.Si vero accipiat'
pro ipsa scientia,sic ponitur in prima specie qualita-
tis:ergo scire potest diffiniri. ¶Præterea,omnis effe- Secunda.
ctus potest diffiniri per suam rãm:Sed scire est effect9
rei scibilis,loquẽdo de scire speculatiuo: ergo potest
diffiniri diffõne quiditatiua data per additamẽtum:
vel formaliter vel circũlocutiue. ¶Sed instabat disci Discip.
pulus.Nam ens rõnis non ponitur in aliquo genere:
Sed scire est ens rationis & intellectus:ergo non po-
nitur in aliquo genere. ¶Præterea,abstractum & cõ Secundo
cretum ponuntur in eodem prædicamento.Sed scia
& ipsum scire se habent sicut abstractum & cõcretũ:
ergo ponuntur in eodem prædicamento, sed scia nõ M
ponitur in prædicamẽto actionis:ergo nec ipsũ scire. Tertio.
¶Præterea,scientia ponitur in ꝑdicamento relatio-
nis cum significet relationẽ realem de genere ad ali-
quid:ergo non ponitur in prædicamento qualitatis,
quia diuersorum generum diuersæ sunt species et dif
ferentiæ. ¶Dicendum primo ꝙ tripliciter aliqd po-
test dici ens rationis. ¶Vno modo.s.quia est a rõne Responsio
solum & fundamentaliter solum in ratiõe: sicut chy- Ens rõnis
mera. ¶Alio modo quia fit a ratione:sed tñ non so- tripliciter.
lum est in ratione,sed habet fundamentum in re ce-
motum:sicut secundæ intentiones, sicut genus, spe-
cies &c̃. ¶Tertio modo aliquid dici potest impropie
ens rationis; videlicet omne illud,quod est in rõne,si
ue in intellectu:vel sicut accidens in subiecto, vel si-
cut effectus in sua causa.Illud igitur quod est ens ra
tionis duobus primis modis non ponitur in prædica
mẽto,sed bene tertio modo.Scire autem dicitur ens
rationis tertio modo:ergo potest poni in gñe. ¶Di- Ad secũdũ
cendum secundo ꝙ scire & scientia non se habent si-
cut concretum & abstractum.Nam sciẽtia est abstra-
ctum de genere qualitatis:& eius concretum non est
nominatum,sed ipsum circumloquimur per hũc ter-
minum sciẽs. Vnde aliquis denominatur sciẽs a sciẽ-
tia,sicut albus ab albedine. Similiter scire est con-
cretum de genere actionis:& eius abstractum nõ est

nobis

A nobis nominatum:ſed ipſum communiter per ſcien-
tiam circũloquimur. ℭDicendum tertio negãdo an-
Ad tertiũ. tecedens. Scientia enim nõ ponitur in prędicamento
relationis,ſed qualitatis. Et licet ſcientia importet re
lationem de cõnotato,non tñ de principali ſignifica-
to ſignificat relationem:ſed qualitatem tm̃. Vñ voca
tur relatiuum ſm dici. Nomina enim ponuntur in p̃
dicamento ſm eorum ſignificatum principale,& nõ
ſm cõnotata vel ſm conſequentia eorum. Alias albꝰ
poſſet poni in p̃dicamento ſubæ. Vñ ſcientiæ nomẽ
præter relationem,ex qua dicitur ſcientia ad ſcibile:
dat intelligere rem quandam principaliter ſignifica-
tam per ipſum:licet ex conſequenti importet relonẽ.
Sicut etiam dicit. D.S. in primo ſnſarum. diſt. 18. q. 1.
ar. 2. ad tertiũ de hoc nomine donũ:vbi ſic ait, Hoc
nomen donum vel datum præter relationem,ex qua
dicitur donum, vel datum, dat intelligere rem quan-
dam:quæ datur,quãuis forte non ſicut partem ſigni-
ficationis nominis,quia ſubiectum nõ includitur in
ſignificatione nominis ſignificantis accidens cõcreti
ue:vt dicit Cõmẽtator quinto Metaphy. q̃uis Aui.
contrariũ ſenſerit. Sed ad rationem dati vel doni ni-
B hil refert:vtrum illa res data ſit in hoc gñe vel in illo.
Quorundã Hæc illæ. ℭVerumtñ aliqui dicere volunt ꝙ ſcien-
ſolutio. tia poteſt accipi dupliciter. ℣ Vno modo ſm ꝙ ſigni-
ficat habitum. Et ſic ponitur in prædicamento quali
tatis. ℣ Alio modo ſm ꝙ ſignificat relonẽ. Et ſic po-
nitur in prædicamento relationis. Non enim ſm
eos eſt inconueniens:ꝙ vnum & idem nomen pona
ꝯ ſolutionẽ tur in diuerſis prędicamentis:ſm diuerſas ratiões cõ-
ſideratum. ℣ Sed hæc diffinitio nulla eſt. Nã hoc no-
men ſcientia, ſi ſignificaret ſpeciem qualitatis,& ſpe-
ciem relationis,ita ꝙ eſſet in potentia ad ſignificãdũ
qualitatem, & relationem, aut ergo æqualiter illa
duo ſignificaret,aut inęqualiter. Si primum ſequitur
ꝙ aliquid erit vniuocatum & æqualiter prædicatum
de diuerſis prædicamentis. Si ſecundum ſequitur ꝙ
aliquod analogum vel æquiuocum æquiuocans po-
nitur in prędicamento:quod eſt contra omnes expo
ſitores logicæ & metaphyſicæ. ℣ Licet enim canis, q
eſt canis latrabilis, ponatur in prædicamento, nunq̃
tamen conceditur,ꝙ canis in communi, vt æquiuo-
C cum æquiuocans,cauſas ponatur in prædicamento.
℣ Similiter licet ens quod eſt ſubſtantia in p̃dicamen
to ſubæ,ponat & ens qđ eſt q̃ntas ponatur in p̃dica-
mento q̃titatis,& ſic de alijs, nunq̃ tamen conceditꝰ
ꝙ ens in communi ponatur in p̃dicamento. ℣ Simile
licet corpus quod eſt trina demenſio,ponatur in præ
dicamento q̃titatis,& corpus quod eſt ſubſtãtia cor-
porea ponatur in prædicamento ſubſtantiæ, non tñ
corpus in communi acceptum ponitur in prędicamẽ
to. Si ergo ſcientia ſignificaret illa duo analogicæ, nõ
Reſpon ſio poſſet poni in prædicamento. ℭSed dicebat prædi-
cauilloſa. ctus cauillator ꝙ ſcientia,quæ eſt habitus ponitur in
ꝯ primo prædicamento qualitatis:& ſcientia,quæ eſt relatio,
ponitur in prædicamento relonis,& non ſcientia in
communi. ℭContra, In terminis ſpecialibus nunq̃
abſtractum verificatur de concreto: nec econuerſo.
Iſta enim eſt falſa. Albedo eſt alba, vel econuerſo. Cũ
ergo ſcientia ſit relatiuum, iſta eſt falſa:ſcientia eſt re-
latio, ſicut eſt falſa, pater eſt paternitas:vel filius eſt fi-
liatio, loquendo de relonibus, quæ ponuntur in gñe
Secundo. ad aliquid. Secus eſt in relationibus diuinis. Vñ fal-
ſum eſt dicere, ꝙ ſcientia, quę eſt relatio, ponatur in
prædicamento ad aliquid:cum hæc ſit falſa, ſcientia
eſt relatio. ℭPræterea, p̃dicta reſponſio repugnat di
ctis. D.S. Nam ſi hoc nomen ſcientia eſſet impoſitũ

ad ſignificandum relationem, tunc eſſet relatiuum ſe D
cundũ eſſe, quia vt dicit. D.S. in de potentia. q. 57. ar.
penultimo, relatiua ſm eſſe dicuntur, quando nomi-
na impoſita ſunt ad ſignificandum ipſas relones. Sed
conſequens eſt contra ipſum ibidem:vt dicit, ꝙ ſcien
tia eſt relatiuum ſm dici:ergo p̃dicta reſpõſio nulla.
ℭAd primum igitur principale dicendum negando
conſequentiam:quia licet diuerſorum penitus diſpe-
ratorum, ſint diuerſi fines proximi, tamen diuerſorũ
ſubordinatorum poteſt eſſe vnus finis proprius. In-
tellectus autem, & ſcientiæ ſpeculatiuæ, & ſyllꝰus de-
monſtratiuus ſubordinantur:ita ꝙ vnum eſt propter
alterum, videlicet demonſtratio propter ſcientias:&
ſcientiæ propter intellectum cum ſint perfectiões ip-
ſius intellectus. Vnde non eſt inconueniens ꝙ oĩa il-
la ordinẽtur ad ſcire tanq̃ ad finem. ℭEt per hoc pa-
tet ſolutio ad ſecundum. ℭAd tertium dicendum ꝙ
idem poteſt eſſe cauſa & effectus reſpectu eiuſdem in
diuerſis tamen generibus cauſæ:vt patet. 2. Phyſico.
& quinto Metaphyſicæ:& in hoc primo Poſteriorꝫ.
Vnde ſcire eſt cauſa demonſtrationis in genere cau-
E ſæ finalis. Sed eſt effectus demonſtrationis in gñe cãę
efficientis. ℭAd quartum dicendum ꝙ ſcientia põt
Scia dupl'r conſiderari dupliciter. ℣ Vno modo inquantum eſt
quædam ſpecies de genere qualitatis. Et iſto modo
de ea poteſt aliquid demonſtrari etiam demonſtra-
tione propter quid. Et iſto modo de ſcientia poteſt
haberi ſcientia. Nec tamen eſt procedere in infinitũ:
quia de hac, vel illa ſcientia iſto modo cõſiderata, nõ
habetur ſcientia:ſed de ſcientia in communi cũ ſciẽ-
tia ſit vniuerſalium, & non ſingularium per ſe primo
vt infra patebit. ℣ Alio modo poteſt conſiderari ſciẽ-
tia in ratione ſcientiæ:ſm ꝙ eſt actus cõcluſionis de-
monſtrabilis. Et iſto modo de ſcientia non poteſt ha
beri ſcientia. ℭAd vltimum dicendum ꝙ ſyllogiſ-
mus demonſtratiuus non eſt cauſa principalis & rea-
lis ipſius ſciẽtię: aut cauſa intrinſeca quod requiritur
ad diffõnem, vt infra patebit. Sed eſt ſolum cauſa in-
ſtrumentalis:quę nõ habet poni in diffinitione. Vn-
de non oportet ꝙ ſyllogiſmus demonſtratiuus pona
tur in diffinitione ipſius ſcire.
ℭVbi ſupra ſ Philoſopho &. D.S. ℭArticulus. II. F
AD SECVNDVM ſic proceditur. Vide-
tur ꝙ diffõ ipſius ſcire non ſit ſufficienter a Pħo tradi
ta. In qua dicitur. Scire eſt rei cauſam &c̃. ℭNã ſi ſci- Primum
re eſt rei cauſam cognoſcere:ſequitur ꝙ erit procede-
re in infinitum, aut ꝙ nihil contingit ſcire. Sed conſe
quens eſt inconueniens:ergo &c̃. ℣ Patet conſequen
tia. Nam ſi debeamus ſcire cauſam, ad hoc ꝙ ſciamus
rem ipſam, nõ poterimus illam cauſam ſcire, niſi ad-
huc cognoſcamus eius cauſam:vt patet per diffinitio
nem ipſius ſcire. Et iterum non poterimus ſcire illam
cauſam, niſi per cauſam:& ſic in infinitum. Et ſic erit
procedere in infinitum. Vel oportebit dicere ꝙ con-
tingit aliquid ſcire, & non per cauſam. ℭPræterea,
Omnis demonſtratio facit ſcire. Alias non eſſet de- Secundũ
monſtratio. Sed aliqua demonſtratio procedit ab ef-
fectibus ad ſuas cauſas, vt infra deducit Pħs:ergo ſci-
re eſt rem per effectum aliquando cognoſcere: & nõ
ſemper per cauſam. ℭPręterea, ſi ſic, ſequeretur ꝙ de Tertium.
his, quæ non habent cauſam, non poſſumus habere
ſcientiam. Sed conſequens eſt falſum. Nam de eo tra
ditur ſcientia:videlicet metaphy. & ſciẽtia ſacrę ſcri-
pturæ:ergo &c̃. ℭPræterea, ſi ſic, ſequereꝭ ꝙ de ente Quartum
rationis non poſſet eſſe ſcientia. Nam ens rationis, vt
videtur, nõ habet cauſam propter quam eſt. Sed hoc
eſt falſum cum Pħs tradat logicam:quę eſt de ente ra-

Quintum G tionis. ¶Præterea, si diffinitio esset bene data: sequeretur ꝙ de naturalibus non esset scientia, quia naturalia possunt aliter se habere. Sed consequens est contra Philosophū in sua phica, &. 6. Meta. ergo &c. ¶Sed contra est Philosophus in litera dicens.

¶Scire aūt opinamur simplr̄ vnumquodq;: sed nō sophistico modo, siue ſm accidens: cū causam arbitramur cognoscere &c.

Conclusio. ¶Respondeo dicendum ꝙ diffinitio ipsius scire est bene data. In qua dicitur, Scire est cām rei cognoscere pp quam res est, & qm̄ illius est causa: & non cōtingit hoc aliter se habere. ¶Quam quidem diffinitionē notificat Phs a signo. Nam tam scientes, q̄ non scientes,

Probatio. existimantes se aliquid scire: hoc modo accipiunt scire: sicut in diffōne dicitur. Nam non scientes, qui se existimant scire, opinantur scire: cum causas existimant cognoscere. Scientes autem non opinantur solum, sed realiter sciunt, cum causas cognoscunt: ergo signum est, ꝙ scire est rei causam cognoscere, propter quam &c. ¶Ex qua diffinitione infert Phs quoddā

Correlariū correlarium: videlicet ꝙ illud de quo est sciētia, oportet esse necessarium. s. ꝙ non contingit aliter se habe-

H re. ¶Eādem vero diffinitionem notificat. D.S. per singulas particulas. Nam scire aliquid est perfecte cognoscere ipsum. Perfecte autem cognoscere rem, est

Declaratio diffōnis. perfecte apprehēdere veritatē ipsius. Sed eadem sunt principia esse rei, & veritatis ipsius; vt dicitur. 2. Metaphy. Cum ergo causa sit principium esse rei, & cōsequens veritatis eius, oportet scientem, si est perfecte cognoscēs, cognoscere causam rei propter quam res est. Sed qui cognoscit causam tātum, non cognoscit effectum in actu, quod est simplr̄ scire: sed virtute tantum, quod est scire ſm quid: & per consequens per accidens. Cum ergo hic diffiniatur scire simplr̄, vt dicit Phs, oportet sciētem, vt simplr̄ sciat, etiam cognoscere applicationem causæ ad effectum. Vnde dr̄ in prędicta diffinitione. Et qm̄ illius est causa. Et quia scientia est certa cognitio rei, sed quod contingit aliter se habere, nullus potest per certitudinem cognoscere, ideo oportet ꝙ illud, quod scitur, non possit aliter se habere. Vnde additur in prędicta diffinitione. Et nō

I est contingere aliter se habere. ¶Posset etiam proba-

Alia probatio. ri per conditiones bonæ diffinitionis: quæ sibi conueniunt. Nam illa diffinitio conuenit omni contento sub diffinito, & nulli alteri, & facit ipsum diffinitū differre a quolibet alio, & euacuat totā naturam diffiniti a prima potentia vsq; ad vltimum actum: ergo ē bene assignata. ¶Considerandum est autem primo

Notandū primū ſm. D.S. in lec. ꝙ ratio quare hic Phs ponit ipsius scire diffinitionem, est ista. ¶Nā in omnibus, quæ sunt propter finem, diffinitio, quæ datur per causam finalem, est ratio diffinitionis, quæ datur per causam materialem, & medium probans ipsam: propter hoc. n. oportet ꝙ domus sit ex lapidibus & lignis, quia ē operimentum prohibens nos a frigore & æstu. Quia igr̄ Phs voluit ponere duas diffinitiones demonstrationis, quarum vna sumitur ex fine demonstrationis, q est facere scire, qui quidem finis ponitur in diffinitione eius: ideo p̄misit diffinitionem ipsius scire, anteq̄ poneret diffinitionem demonstrationis. ¶Aduertē-

Notandū secundum Scire dupl'r dum est vlterius ſm. D.S. in præsenti lec. & ſm Phm elicitiue ꝙ dupl'r aliqd dicimur scire. ¶Vno modo simplr̄ qm̄ scimus aliquid in seipso. ¶Alio modo dicimur aliquid scire in alio in quo est vel sicut pars in toto, sicut si scientes domum diceremur scire parietē, vel sicut accidēs in subiecto, sicut si scientes Coriscū diceremur scire veniētem, vel sicut effectus in sua cā: sicut scientes præmissas ſm se, diceremur scire cōclu-

K sionem, vel quocunq; alio modo. Et hoc est scire per accn̄s: quia. s. scito aliquo per se dicimur scire, id qđ accidit ei quocunq; modo. Et tale scire dicitur etiam scire sophistico modo: quia sophisticę vtūtur tali modo arguēdi. Cognosco Coriscū, Coriscus est veniēs, ergo cognosco venientem. ¶Considerandum est in-

Notandū tertium. super ſm. D.S. ibidem ꝙ manifestatio prædicta Phi diffōnis ipsius scire a signo est recta & conueniēs manifestatio: Nam diffinitio ē ratio quam significat nomen: vt habetur. 4. Metaphy. Sed significatio nominis accipienda est ab eo, quod intendunt communiter loquentes per illud nomen significare. Vnde in .2. Topicorum dicitur, ꝙ nominibus vtendum est vt plures. Vnde si tam scientes, q̄ non scientes, intendunt significare per hoc nomen scire hoc. s. quod est causam rei cognoscere, sequitur ꝙ prædicta manife-

Notandū quartum statio est sufficiens & recta. ¶Aduertendum est etiā ſm. D.S. ibidem ꝙ prædicta diffinitio magis est diffinitio dicēs quid nominis, q̄ quid rei. Nam si quis recte consideret: illa notificatione seu diffinitione magis ostenditur quid significet nomen, q̄ ꝙ directe aliquid significetur. Nam Phs non notificat scientiam

L de qua proprie posset diffinitio haberi, cū sit species alicuius generis: sed notificat ipsum scire. Vnde etiā a principio dixit: Scire opinamur. Et non dixit scire est aliquid tale vel tale. Hucusq;. D.S. in lec. quasi de verbo ad verbum. ¶Sed istud vltimum videtur pu-

Dubium. gnare his, quæ determinata sunt in præcedenti articulo. Nam ibi dictum est ꝙ scire potest diffiniri proprie: & ꝙ erat species alicuius generis. Hic autem vr̄. .D.S. aliter innuere. Videtur. n. velle ꝙ scientia, quę est alicuius generis, possit proprie diffiniri, & non ip-

Responsio sum scire. ¶Dicēdum ꝙ licet prædicta diffinitio sit diffinitio dicens quid nominis, tn̄ non propter hoc sequitur ꝙ non possit dari diffinitio quid rei ipsius scire. ¶Verum tn̄ scire potest dupl'r. ¶Vno modo ſm ꝙ ē effectus demonstrationis: vt. s. nominat actualē motum rōnis discurrentis a præmissis ad conclusionem. Et isto modo proprie non est spēs alicuius gn̄is: sicut nec aliquis alius motus. ¶Alio modo accipitur abso-

M lute ſm. s. ꝙ est actus intelligentis in anima existens. Et isto modo potest diffiniri: etiam diffinitione proprie dicta, & est species alicuius gn̄is: vt supra conces-

Notandū quintum Scire quadruplicitet sum est. Primo autē modo accipitur hic a. D.S. ¶Cōsiderandum est insuper ꝙ scire dicitur multis modis. ¶Vno enim modo accipitur pro quacunq; cognitione siue perfecta siue imperfecta. Et isto modo nō solum scire est per causam: sed etiam per effectum, vel aliquo alio modo. ¶Alio modo accipitur, vt est idē ꝙ cognoscere aliquid per causam quancunq; siue illa causa sit necessaria siue non. Et isto modo dicimur scire etiam contingentia. ¶Tertio modo accipitur scire, vt idem est ꝙ cognoscere aliquid per causam necessariam qualitercunq;: siue illa causa sit applicata siue non. ¶Quarto modo dicitur scire vt idem est ꝙ cognoscere aliquid per causam necessariam applicatam ad effectum. Et isto modo proprie aliquid scitur per demonstrationem propterquid. Et sic accipitur hic scire quod est proprie & perfecte scire. Vn̄. D.S. dicit in lec. ꝙ contingit aliquid scire per effectum, vt infra patebit: & contingit etiam scire prima p̄ncipia indemonstrabilia, quorum non est accipere cām. Sed proprius & perfectus modus ipsius scire est vltimus qui prædictus est. Ex quo patet ꝙ scire accipitur quadrupl'r. Communissime, communius, cōiter, & proprie,

A
Notandũ sextum
Proprie scire q̃druplr

prie: sicut etiam supra tactum est. ¶ Aduertendum ē insuper ꝙ quadruplr aliquid dicimur scire proprie. ¶ Vno modo dicimur scire proprie, id cui intellect⁹ assentit per demonstrationem. Et isto modo conclusio demonstrabilis proprie scitur. ¶ Alio modo dicimur proprie scire, illud, quod significatur per conclusionem, cui intellectus assentit: sicut significatum huius conclusionis, homo est risibilis proprie scimus. ¶ Tertio modo dicimur scire proprie, id, quod est sbiectum vel p̄dicatum illius conclusionis demonstratæ. ¶ Quarto modo dicimur scire proprie id, quod significatur per tale subm vel prædicatum. ¶ Aduertē-

Notadũ septimum
Scia duplr

dum est vlterius ꝙ sciētia accipitur duplr. ¶ Vno modo vt distinguitur contra intellectum. Et isto modo scientia est solum conclusionum & non principioꝝ. ¶ Alio modo accipitur scientia vt se extēdit ad intellectum. Et isto modo dicimur habere scientiam de p̄missis & principijs demonstrationis. Et talis non semper habetur per cām: vt dcm̄ est.

Notandũ octauum

¶ Aduertendum est vlterius pro ampliori declaratione prædictorũ & eorum quæ inferius dicenda sunt, ꝙ scientiarum plures reperiuntur diuisiones in diuersis locis doctrinę. D. S. Nam scientiarum quædam est scientia visionis & quædam est scientia simplicis intelligentiæ, vt patet per. D. S. in primo sniarum. di. 38. q. 1. ar. 4. Et in de Veritate. q. 2. ar. 9. ad secũdum. Et in prima parte. q. 14. ar. 9.

B
Scia visionis vel intuitiua.

¶ Scientia autem visionis est qua aliquis cognoscit res actu existentes. Et dicitur visionis ad similitudinem visus corporalis: qui intuetur res extra ipsum existentes. Et hęc vocatur alio nomine: scientia intuitiua.

Simplicis intelligētię vel abstractiua.

¶ Sed scientia simplicis intelligentiæ ē qua aliquis cognoscit ea quę possunt esse: quæ tñ nō sunt existentia actu. Et talis alio nomine vocatur cognitio abstractiua. Hi autem duo modi scientiæ non faciũt diuersitatem ex parte scientis: sed ex parte rei scitæ vt dicit. D. S. in de Veritate vbi supra. ¶ Item sciētiaꝝ quædam est apprehensiua. Alia est comprehensiua: vt patet per. D. S. in prima parte. q. 12. ar. 7. Et. q. 14. ar. 3. Et in multis alijs locis.

Comprehensiua.

¶ Sciētia autem cōprehēsionis est qua cognoscitur aliquid ita perfecte, sicut ē cognoscibile: sicut conclusio demonstrabilis scit̃ scīa comprehensiua, qñ scitur per demonstrationem: nō autem qñ cognoscitur per aliquam rationem probabilem, vt ibidem. D. S. dicit.

Apprehensiua.

Sed scientia apprehēsionis est qua cognoscitur res non tñ omnibus modis q̄bus cognoscibilis est: sicut quando cognoscitur aliq̄ conclusio demonstrabilis, non tñ per demonstrationem, sed per aliquam rationem probabilem: puta si hoc quod est triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis aliquis sciat per demonstrationem comprehendit illud: si vero aliquis eius opinionem accipiat per hoc ꝙ a sapientibus vel pluribus ita dr̄ non comprehendet ipsum, quia non pertingit ad illũ perfectum modum cognitionis quo cognoscibile ē: sed solum cognoscet ipsum scientia apprehensionis.

C

¶ Item scientiarum quædam est scientia quia est, & quædam est scientia propter quid est: vt patet p Phm in pñti libro. ¶ Scientia quia est, dr̄ habitus cōclusionis acquisitus per demonstrationem, quia est.

Scia quia ē
Scia pp̄ quid.

¶ Sed scientia propter quid, dicitur habitus cōclusionis acquisitus per demonstrationem pp̄ quid: vt infra ostēditur.

Subalternata.
Subalternans.

¶ Item scientiarum quædam est scientia subalternata, & quædam subalternans, vt inferius ostēdit Phs. ¶ Scientia subalternata est quę accipit sua principia a scientia subalternante. ¶ Sed scientia subalternans est quæ habet probare & regulare principia inferioris scientiæ subalternatæ; vt clarius infra patebit.

D
Scia vlis

¶ Item scientiarum alia est vl'is, alia particularis, alia in potentia, alia in habitu, & alia in actu: vt patet per. D. S. in primo sniarum. di. 35. q. 1. ar. vlti. ¶ Scientia vniuersalis dr̄ qua aliquis cognoscit aliquid p medium vniuersale: siue per rationem vniuersalē, sicut Metaphysi.

Particularis.

¶ Scientia vero particularis est qua aliqs cognoscit aliquid per rationem propriam & particularem. Dr̄ autem scientia particularis vt ibidem dicit. D. S. quia est per medium cognoscendi particularē a re accepta.

Scia in potentia

¶ Sed sciētia in potentia est qua aliquis aptus natus est aliquid cognoscere: quod tamen non cognoscit.

In habitu.

¶ Scientia vero in habitu ē qua aliquis cognoscit aliquid quod considerare potest cum vult q̄d tñ actu non considerat.

In actu.

¶ Sed scientia in actu est qua aliquis considerat actu rem ipsam.

Scia donũ S. S.

¶ Item scientiarũ quædam est donum spũs sancti: alia est habitus conclusionis acquisitus. ¶ Scientia quę est donum est cognitio qua aliquis iudicat de re per modum inclinationis: sicut qui habet habitum virtutis, recte iudicat de his, quæ sunt s̄m virtutem agenda: inquantum ad illa facilius facienda inclinatur vt in Ethicis dicit̃ ꝙ virtus est mensura & regula humanorum actuum.

Habitus cōclusiōis.

¶ Scientia vero quæ est habitus conclusionis acquisitus, est qua aliquis iudicat de re per modum cognitionis, sicut aliquis instructus in scientia morali posset iudicare de actibus virtutis etiam si habitum illaꝝ non haberet: vt patet per. D. S. in prima parte. q. 1. ar. 6. ad vltimum elicitiue.

E
Humana.
Diuina.

¶ Item scientiarum quædam est humana & quędam diuina: vt patet per Phs. &. D. S. in primo Metaphy. ¶ Scientia humana proprie dicitur illa quę est humanitus inuenta. ¶ Sed sciētia diuina est illa quæ est diuinitus inspirata: sicut sciētia sacræ theologiæ. Vel quæ solum a deo habetur: sicut scientia ipsius dei quæ est sua essentia.

Rationalis
Realis triplex.
Actiua.
Factiua.
Theorica triplex.
Physica.
Mathema.
Metaphy.

¶ Itē sciētiarum quædam est rationalis quæ. s. est de ente rationis: sicut logica. ¶ Quædam vero est realis: q̃. s. est de ente reali. ¶ Et talis ē triplex. ¶ Quędā ē actiua: sicut sciētia moralis. ¶ Quædam defectiua: sicut scientiæ mechanicæ. Et quædam theorica. Et illa est triplex. ¶ . s. phīca, quæ est de coniunctis materiæ sensibili communi secundũ rē & rationem. ¶ Alia est mathematica quæ est de coniunctis secundum rem materiæ sensibili & de separatis secundum rationem. ¶ Alia est metaphysica quæ est de separatis a materia secundũ rem & secundum rationem.

Practica.
Speculati.

¶ Item scientiarum alia est practica, alia speculatiua, vt patet. 2. Metaphysi. ¶ Scientia practica est quæ ordinatur ad opus: modo supra exposito. ¶ Sed scientia speculatiua, est q̄ ordinatur ad scire siue ad operationem intellectus. Vel ēt ad operationem voluntatis: non vt operatio est: sed vt scibilis est vel diffinibilis.

F
Naturali. indita.
Infusa.

¶ Item scientiarum. ¶ Quædā est naturaliter indita: sicut scientia primorum principiorum cognitis terminis. ¶ Quædam vero est infusa per grām: sicut declarat. D. S. I prima parte. q. 12. ar. vltimo.

Acq̄sita

¶ Alia vero est acquisita per studium & exercitium.

Infinita.
finita.

¶ Item scientiarum alia est infinita, sicut sciētia dei: vt dicit. D. S. in prima parte. q. 14. ar. 12. ¶ Alia vero finita, sicut scientia cuiuslibet creaturæ. Idem innuit. D. S. in primo sniarum. di. 39. q. 1. ar. vlti. Scientia infinita dr̄ cognitio qua aliqd cognoscitur per medium infinitum. Sed scientia finita dicitur illa qua aliquid cognoscitur per medium finitum siue per rationem cognoscendi finitum. ¶ Item scientiarum quædam est simplex: & quædam est discursiua: vt patet per. D. S. in prima parte. q. 14. ar. 7. in corpore.

Simplex.

¶ Scientia simplex dicitur illa qua cognoscitur aliquid sine processu vnius ad aliud. ¶ Sed scientia

G discursiua est triplex. ¶Quædam est discursiua ſm
Discursiua triplex. Successiõe successionem tm̃: qna .s. dũ cognoscimus aliquid in
Cãlitate. actu conuertimus nos ad cognoscendũ aliud. ¶Alia
Resolõne. est discursiua ſm cãlitatem .s. qua principijs cognitis
discurrimus ad sciendũ cõclusionẽ. ¶Tertia ẽ discur
siua ſm resolutionẽ qua .s. resoluimus effectus ĩ suas
causas: & ibi cessat inquisitio. ¶Item scientiarũ quę
dam est vna, & quædã plures: vt elicitur ex .2. & .3. de
Scia vna Anima. ¶Scientia vna dr̃ illa quę est de vno obõ for
Scia plu. maliter sumpto: sicut scientia ph̃icalis. ¶Scientia ve
ro plures dicitur illa quæ est diuersis obiectis forma
liter sumptis specifice: sicut ph̃ia rralis in cõmuni est
plures simpliciter, licet sit vnum genere gñalissimo.
¶Ex p̃dictis ergo patent modi scientiarũ pro maiori
parte si eis adiungantur modi cognitionum: positi su
pra .q .4. ar. vlti. Qui si memoriæ diligenter commen
dentur ad ea quę infra dicenda sunt maximã adducẽt
vtilitatẽ. ¶Ad primũ igitur dicendũ ꝙ qñ scimus cõ
clusionẽ ꝑ cãm, non oportet ꝙ iterũ sciamus illã cãm
per aliam cãm: quia de tali cã .s. prima non habet sciẽ
tia propria sed magis intellectus qui est principiorũ
vt dcm̃ est: vñ non est procedere in infinitum. ¶Ad
secundũ & tertiũ patet solutio per ea, quæ dicta sunt.
¶Ad quartũ dd̃m ꝙ aliqui volunt ꝑꝑ hoc argumen
H tũ dicere ꝙ logica non est scientia proprie dicta. Sed
isti non volunt vti terminis vt plures, quod est con
tra Ph̃m in lib. 2. Topicorũ: & cõtra. D.S. in p̃nti le.
Nã illi qui loquuntur de scire, volunt per hoc nomẽ
scire significare hoc .s. aliquã propõnẽ necessariã co
gnoscere per causam applicatã: vt iam expositũ ẽ, sed
manifestũ est ꝙ aliquę propositiones formantur ĩ lo
gica necessariæ quæ demonstrantur & demonstratio
ne ꝑꝑ quid: videlicet per diffõnem subti. v. g. hæc cõ
clusio est necessaria, & per se, omne vl̃e est p̃dicabile:
quæ demonstratur sic, oẽ illud quod aptũ natum est
esse in multis est p̃dicabile, sed oẽ vl̃e est huiusmodi:
ergo &c̃. ¶Item hæc sñia est & contra omnes exposi
tores qui diuidunt ph̃iam in ph̃iam sermocinalem &
realem. ¶Item si non esset scientia proprie dicta non
esset habitus de gñe qualitatis: quod est cõtra omnes
Ph̃os & logicos, & contra. D.S. in principio, huius li
bri: vbi vult ꝙ requiratur quædam scĩa rõnalis, quæ
habeat dirigere rationem in suis actibus: quod nõ fa
ceret si non esset quid reale in aliquo genere. ¶Vn
de dd̃m est ꝙ logica est scientia proprie dicta. Verũ
tamen si accipiatur scientia proprie siue vt pauci acci
piunt: videlicet pro habitu reali, quæ est de ente reali
& per diffõnem proprie dictam & quiditatiuam: sic
de sola substantia est scientia. Et isto modo logica nõ
est scientia, .s. proprijssime & strictissime sumpta: sed
hoc nihil ad proposim̃. ¶Dicendũ est ergo ꝙ ens rõ
I nis potest habere cãm suę necessitatis: vnde probatio
consequentis falsę assumitur. ¶Ad vltimum dd̃m ꝙ
naturalia possunt dupl̃r considerari. ¶Vno modo in
Naturalia dupl̃r. particulari quantum ad esse existentiæ. Et sic sunt cõ
tingentia. Et isto modo de eis non est scientia. ¶Alio
modo possunt considerari in vl̃i q̃tum ad esse essen
tiæ per respectum ad suas passiones & prædicata essẽ
tialia. Et sic sunt incorruptibilia, Et isto modo de eis
est sciẽtia. ¶Vel posset dici ꝙ licet res naturales sint
corruptibiles, tñ habitudo passionis ad subm̃, quam
significat conclusio demonstrabilis, est necessaria &
perpetua. Proprie. n. & ꝑ se primo de cõclõne ẽ scĩa.
¶Vbi supra ĩ Philosopho, & ĩ. D.S. Articulus. III.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ
causæ extrinsecæ, videlicet causa finalis & efficiẽs ma
Primum. gis faciant scire q̃ causæ intrinsecæ quę sunt materia
& forma. ¶Nam illa cã magis facit scire quæ necessi K
tat omnes alias causas: & quæ est maxima causarum.
Sed finis est huiusmodi, cum sit cã causarum: vt patet
.2. Physi. & primo. & .5. Metaphy. ergo finis maxĩe
facit scire. ¶Probatio maioris, quia scire est cãm rei
cognoscere vt dictum est: ergo maxime scire est maxi
mam causam rei cognoscere, quia sicut se habet sim
pliciter ad simpliciter: ita se habet magis ad magis, &
maximum ad maximum: vt patet per maximã Topi
cam. ¶Præterea, illa causa maxime facit scire, quę ha Secundũ.
bet regulare omnes alias causas. Sed causa finalis est
huiusmodi: quia vt dicit Lynconiensis secundũ exi
gentiam finis, necesse est omnia moderari: ergo idem
quod pri⁹. ¶Præterea, illa causa facit maxime scire, ꝑ Tertium.
quam fit demonstratio potissima. Sed demonstratio
quę datur per causam finalem, dicitur potissima ĩfra:
vt probatur: ergo &c̃. ¶Præterea, illa causa maxime Quartum
facit scire a qua maxime dependet effectus in esse: cũ
eadem sint principia essendi & cognoscendi, vt habe
tur. 2. Metaphy. Sed causa efficiens est huiusmodi:
quia disponit materiam & introducit formam, con
seruat etiam effectum in esse maxime primũ efficiẽs:
ergo causa efficiens maxime facit scire. ¶Sed in con
trarium arguitur. Nam illa causa maxime facit scire,
per quam materiale distĩguitur ab immateriali: quia L
eadem sunt principia essendi & distinguendi, & per
consequens cognoscendi. Sed causa materialis est hu
iusmodi, vt de se notum est: ergo causa materialis ma
xime facit scire, & non causæ extrinsecæ. Pręterea, ꝑ
illud maxime aliquid scitur, per quod habetur eẽ sim
pliciter. Sed forma est huiusmodi: ergo forma maxi
me facit scire & non causæ extrinsecę. ¶Respondeo Responsio
dicendum ꝙ causę possunt dupliciter considerari. Causæ du
¶Vno modo metaphy. s. ſm earũ naturam. ¶Alio pliciter.
modo possunt considerari logicæ ſm .s. ꝙ cadunt in
apprehensione nostra. Si ergo loquamur de causis ꝑ
mo modo, tunc manifestum est ꝙ causæ extrinsecæ
non faciunt maxime scire: sed causæ intrinsecę. Qđ
sic patet. ¶Nam diffinitio significans quod quid est
rei, ẽ mediũ in demonstratione propter quid, cuius
est facere maxime scire: ergo illæ causę, quæ includũ
tur in essentia rei & quę ponũtur in diffinitione rei,
maxime faciunt scire. Sed causæ intrinsecę pertinent
ad diffinitionem & essentiam rei realiter loquendo:
& non causę extrinsecę. Finis enim & efficiens, non
sunt partes essentię rei nisi forte finis gñatiõis qui est
ipsa forma rei, non tamen finis rei generatę est pars
essentię rei: vt patet per. D.S. in. 2. Physi. lec. vltima,
& per Commentatorem ibidem: ergo causę intrinse
M cę maxime faciunt scire. ¶Q, autem causę intrinsecę
non pertineant ad quod quid est metaphysicę loquẽ
do, licet bene logice loquendo, patet per. D.S, in fine
septimi Metaphysicæ secũdum sñiam Aristo. ibidẽ,
vbi sic ait. Nam logicus considerat modum p̃dicãdi,
& non essentiam rei: vñ quicquid respondetur ad qđ
quid est, siue illud sit intrinsecum, vt materia & for
ma, siue extrinsecum, vt finis & efficiens, dicitur per
tinere ad quod quid est, & hoc logice loquendo. Sed
metaphysicus, qui essentiam rerum quærit, finem vel
causam efficientem cum sint quędam extrinseca non
comprehendit sub quod quid erat esse. Vnde si dica
mus ꝙ domus est aliquid prohibens a frigore, logicę
loquendo significatur quod quid est, non autem ſm
considerationẽm ph̃icam. Hęc illę formaliter. ¶Si er
go metaphysicę, & realiter loquendo, causę extrinse
cę, non pertinent ad quod quid est, neq; ponuntur in
diffinitione quiditatiua rei: ideo non maxime faciũt
scire,

A scire: cum vt sic non possint esse medium demonstrationis propter quid. ¶ Si vero causę considerentur secundo modo: sic inter omnes causas, causa finalis maxime facit scire: vt voluerunt tria prima argumēta ante in contrariū adducta. ¶ Et possent etiam sic corroborari. Nam illa causa vltra quam non conningit vlterius quærere, & qua habita cessat omnis quęstio, veræ scibilis, illa maxime facit scire: sed causa finalis est huiusmodi, vt in. 2. huius dicetur: ergo causa finalis maxime facit scire. ¶ Ad tria igitur prima argumenta patet solutio ex dictis: quia probant ꝙ causa finalis logicę loq̄ndo maxime facit scire, non aūt loquendo realiter & phīce: vt dictum est. ¶ Ad quartum dd̄m ꝙ illa causa, quæ est intrinseca, a qua essentialiter res dependet in esse: facit maxime scire realiter loquendo. s. causa formalis: sed illa quæ est prima in gñe cāt rū, illa facit scire simpliciter. s. cā finalis logicę loquēdo. Vnde causa efficiens cum non sit prima causarū, cum etiam non sit cā intrinseca, non facit maxime scire: siue logicæ siue metaphysicæ, loquamur.

¶ Quæstio. 9. De diffinitione syllogismi demr̄atiui.

B DEINDE considerādum restat de syllogismo demonstratiuo, quantū ad quod quid est. s. de diffinitionibus eius. ¶ Circa quod quæruntur quattuor. ¶ Primo vtrum prima diffō demonstrationis sit bn̄ data. ¶ Secūdo vtrum secūda diffō eiusdem sit sufficiens. ¶ Tertio vtrum demonstratio propter quid debeat procedere ex prioribus & notioribus secundū naturam & quo ad nos. ¶ Quarto vtrū illa quæ sunt propinquiora singularibus sint nobis notiora.

¶ Sequitur in Phō, &. in. D. S. Deinde, cum dicit. ¶ Dicimus autem scire. ¶ Articulus primus.

Primum. AD PRIMVM sic proceditᷣ. Videtur ꝙ prima diffinitio demonstrationis non sit bene assignata. In qua dicitur ꝙ syllogismus demonstratiuus est syllogismus faciens scire. ¶ Nam intellectus agēs & obm̄ intelligibile faciunt scire. Obiectū. n. cuiuslibet scientię est principium sciendi: ergo prædicta diffinitio conuenit alijs a diffinito, & per consequens non est bona.

Secundū ¶ Præterea, si demonstratio faceret scire, aut faceret scire dū est, aut dū non est. Non potest dici secundum: quia qđ non est, est nihil. Sed nihil: nō facit aliquid. Neque ēt potest dici primum: quia seq̄retur ꝙ scire fieret dum esset, quod est falsum: qa qđ est non fit. Patet sequela, quia dum demonstratio est, ipsum scire est. Si ergo demonstratio dum est, facit scire: seqtur ꝙ ipsum scire fiet dum est, qđ fuit probādū.

C Tertium. ¶ Præterea, scire est rei causam cognoscere, vt dictū est, sed sylls̄ demonstratiuus non est causa rei, cum sit ens rationis: ergo &c. ¶ Præterea, illa quæ ponuntur in diffinitione alicuius debēt prędicari in recto & in quid de diffinito: vt patet per Phm̄. 7. Metaphy. Sed scire non potest p̄dicari de syllogismo demōstratiuo in recto nec in quid. Hæc enim p̄dicatio est falsa. Demonstratio est scire. Igitur diffinitio illa vr̄ insufficiens. ¶ Sed contra est Phs̄ in litera dicens. ¶ Dicim⁹ autem scire & per demonstrationem intelligere. Secundum nomen autem dico sylsm̄ apodicticon. i. syllogismū facientē scire. ¶ Sed apodicticon dico scd̄m

Conclusio quē in habitudo ipsum scimus. ¶ Responsio dd̄m ꝙ syllus̄ demonstratiuus conueniēter diffinitur per scire dum dicitur. Syllus̄ demonstratiuus est syllogism⁹ faciens scire.

Probatio. ¶ Quod sic probatur per Phm̄ & hoc in pn̄ti lectione elicitur. Nā in omnibus quæ sunt pp̄ finē, rō sumēda est ex ipso fine. Sed syllogismus demōstratiuus est propter aliquem finem, vt supra ostensū est: ergo ratio eius ex fine sumenda est. Finis aūt sylli

D demonstratiui est scire: quia scire nihil aliud esse videtur, q̄ per demonstrationem intelligere, vt dicit hic Phs̄ in litera: ergo syllogismus demonstratiuus conuenienter diffinitur per hoc quod est facere scire.

Discip. ¶ Sed quærebat discipulus primo, qualis esset p̄dicta diffō, videlicet an sit materialis vel formalis? Nō quidem potest esse materialis: cum nō detur per causam materialem. Neq̄ etiam vr̄ ꝙ sit formalis: cum nō detur per causam formalem. Oīs aūt diffō vel est materialis vel formalis. ¶ Dicēdum sm̄. D. S. in. 2. huius lec. 8. ꝙ & si demonstretur aliquid per causam efficiētem & finalem: dd̄m erit ꝙ semper cā superior se hēt vt formalis respectu inferioris. Hęc ille. Idem dicitur veri, q. 14. 5. c. vn̄ dici potest, ꝙ omnis diffō vel est formalis vel materialis: p̄dicta autem diffinitio ē formalis & non materialis.

Notandū primum Diffō formalis dupliciter. ¶ Sed sciendum ꝙ aliqua diffō potest dici formalis dupliciter. ¶ Vno modo qa datᷣ per veram causam formalem. Et sic prædicta diffinitio nō est formalis. Neq̄ isto modo omnis diffinitio est vel materialis vel formalis: cū quædam detur per causam efficientem & finalem logicę loquendo, vt supra dictum est. Alio modo aliqua diffinitio dicitᷣ formalis: quia datur per aliquid, quod habet modū formę. ¶ De ratione. n. formę est ꝙ sit actus. Illud ergo, quod habet ratiōem actus habet modum formę.

E Cōstat autem ꝙ finis, cum sit causa causarū, est actus quia mouet ipsum efficiens ad agendum. Nihil. n. mouet nisi sm̄ qđ habet rationem actus. Similiter ipsum efficiens, cum agat, habet rationem actus, & forma est ipse actus: vnde manifestum est ꝙ isto modo, diffō quę datur per causam finalem & efficientem, formalis dici potest. Cū ergo prędicta diffō detur per causam finalem, sequitur ꝙ sit formalis.

Notandū secundū Diffō formalis dupliciter. ¶ Considerandum est tamen ꝙ aliqua diffinitio potest dici formalis dupl'r. ¶ Vno modo simpl'r. ¶ Alio modo in respectu. ¶ Illa aūt diffinitio dicitur formalis simpl'r, quę datᷣ p causam finalem, quia causa finalis non habet causam p̄otem respectu: cuius possit habere rationem potentię. ¶ Illa vero diffō dr̄ formalis in respectu, quæ datur p cām formalē vel efficientē: quia cā efficiens dr̄ hr̄e rōnē actus respectu formę & materię: & forma respectu materię. Quia tn̄ efficiens respectu finis habet rōnem potentiæ, & forma respectu efficientis & finis: iō diffinitiones hmōi datę dicūtur formales, in respectu et materiales in respectu. Et hęc ē snīa. D. S. in. 4. Snīarū circa principiū.

Discip. ¶ Quęrebat insuper discipulus an p̄dicta diffō sit quiditatiua. ¶ Et videbatᷣ sibi ꝙ nō, qa finis non pertinent ad quiditatem rei: p̄dicta aūt diffinitio datur per finem: ergo &c̄. ¶ In contrarium videbatur ꝙ sic, quia per eam respondetur ad interrogationem factam per quid: vt si quęratur quid est syllogismus demonstratiuus? conuenienter respondetᷣ

F Responsio ꝙ est sylls̄ faciēs scire: ergo vr̄ ꝙ sit quiditatiua. ¶ Dicendum ꝙ logicæ loq̄ndo p̄dicta diffō potest dici quiditatiua vt voluit argumentū in cōtrariū, quia logicę loq̄ndo, oīs illa diffō pōt dici q̄ditatiua, per quā rn̄deri potest ad interrogationē factā p quid cęteris tribus cōditiōib⁹ obs̄uatis supius adductis. Sed metaphysi. loquēdo ipsa nō est q̄ditatiua: sed vt sic est quædā descriptio, quia vt dcm̄ est, finis non pertinet ad quiditatē rei, cū sit cā extrinseca. ¶ Ad primū igitᷣ dd̄m ꝙ p̄dicta diffō non cōuenit intellectui, neq̄ eius obo: qa genus diffiniti, qđ est syllus̄, eis nō conuenit. Non. n. intellectus est syllus̄, neq̄ obm̄ intelligibile est sylls̄: vn̄ dato antecedēte neganda est cōsequentia. Verūtn̄ intells̄, & obiectū intelligibile, non faciunt eodē mō scire, sicut sylls̄ demōstratiuus. Hęc enī oīa. s. sensus,

G

fantaſma, intellectus agens, ees intellecta, ſpẽs intelligibilis, intellectus poſſis, & ipſa aĩa cõcurrunt ad generationẽ ſciæ, & ſic aliquo mõ faciunt ſcire: licet diuerſimode. ¶ Nam ad gñationẽ ſciæ aliqua cõcurrũt dupl'r. ¶ Vno mõ ſicut principia remota. ¶ Alio mõ ſicut principia propinqua. ¶ Primo mõ cõtingit dupliciter. ¶ Vno mõ ſicut principiũ principale. Et ſic aĩa rõnalis cõcurrit ad gñationẽ ſciȩ. ¶ Alio mõ ſicut principiũ coadiuuans. Et ſic ſenſus cõcurrit ad gñationẽ ſciæ. ¶ Scdo modo cõtingit ſex modis. ¶ Vno modo effectiuæ. ¶ Et hoc dupliciter, vel pricipaliter vel inſtr'aliter. ¶ Primo mõ cõcurrit intell'us agẽs ad gñationem ſciæ. ¶ Secundo mõ ſyll'us demõſtratiuꝰ. ¶ Alio mõ obiectiue. Et hoc dupliciter. ¶ Vel vt obiectũ principale, & proximũ, & ſic res intellecta concurrit, Vel vt obm remotũ, & ſic fantaſma cõcurrit. ¶ Tertio mõ materialiter. Et ſic cõcurrit intell's poſſibilis. ¶ Quarto mõ formal'r. Et ſic cõcurrit ſpẽs itelligibilis. ¶ Quinto mõ finaliter. Et ſic cõcurrit beatitudo. ¶ Sexto mõ ſicut vl'is cã oĩum. Et ſic cõcurrit prima cã ad gñationem ſcientiæ.

Concurrẽtia ad cãndã ſciam.

H

¶ Ad ſm dicendum ꝙ ſyll'us demonſtratiuus facit ſcire dum eſt. Et licet ſcire, ſit ſimul tpe cũ ſyll'o demonſtratiuo, tñ ſequit eum naturaliter: ſicut effectus ſuã cãm. Et licet id, qđ ẽ, qñ eſt, non fiat in his, quȩ per verum motũ fiunt: tñ i his, quȩ in inſtanti producuntur, id, quod fit, dum fit, eſt: & dum eſt, fit: accipiendo terminos proprie. Illud. n. quod gñatur, eſt: & illud, qđ ſic eſt, gñat: ſi accipiatur gñatio, vt diſtinguitur contra alterationẽ. ¶ Ad tertiũ dđm ꝙ cognoſcere rẽ nõ eſt cognoſcere ſyll'm demonſtratiuũ: ſed cognoſcere rẽ ẽ, cognoſcere cãm rei per ſyll'um demonſtratiuũ: vnde argumentũ non ſequitur. ¶ Ad vltimum dđm ꝙ illa, quæ ponuntur in diffinitione quiditatiua pertinentia ad eſſentiam rei debent p̃dicari in recto de diffinito: non autem illa, quæ ponuntur in diffinitione tanquam principia extrinſeca diffiniti. Scire autem ponitur in prȩdicta diffinitione, ſecundo modo, & non primomodo.

¶ Sequitur in. D. S. 3. ibi {. Demonſtratio &c̃. }

¶ Articulus. II.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr ꝙ diffinitio ſecunda ſyll'i demonſtratiui, q̃ dr̃ materialis, non ſit ſufficienter tradita a Pħo: in qua dr̃, Syll'us demonſtratiuus eſt, qui procedit ex primis veris &c̃.

Primum.

¶ Nã vnius rei eſt vnica eſſentia: ergo vnius rei ẽ vna diffõ tñ, qa ipſa eſſentia, ſiue ipm qđ qd eſt rei, eſt ſignificatũ diffõnis. Cũ ergo p̃dicta diffõ demr̃ationis de qua dcm̃ eſt in p̃cedenti articulo, ſit bñ aſſignata, vt patet, ſequitur ꝙ iſta ſit ſuperflua.

Secundũ

I

¶ Prȩterea, p̃ma principia non ingrediuntur formaliter demr̃ationẽ, cũ in oĩ demr̃atione ſupponantur: ergo male ponitur illa pticula, ex primis in diffõne demonſtrationis.

Tertium.

¶ Præterea, ex falſis contingit ſyllogizari verũ, vt patet. 2. Priorũ: ergo ex falſis poteſt ſciri verũ. Cũ ergo ſcire ſit effectus demr̃ationis, vt ſupra conceſſum eſt, relinqtur ꝙ demr̃atio poſſit eſſe ex falſis: & ſic male ponit in diffõne illa pticula ex veris.

Quartum

¶ Præterea, propinquũ & immediatũ idẽ ſunt. Sed primũ, & imediatũ opponunt. Si ergo demõſtratio procedit ex p̃mis, male adiungit ꝙ p̃cedit ex imediatis.

Quintum

¶ Prȩterea propoſitio immediata caret medio, per qđ poſſit demonſtrati: ſed p̃miſſæ demr̃ationis poſſunt demõſtrari, vt patet de p̃miſſis ſciæ ſubalternatȩ, q̃ poſſunt demr̃ari per principia ſciæ ſubalternãtis: ergo demr̃atio nõ ſemper procedit ex immediatis.

Sextum

¶ Præterea, demonſtratio procedit ex proprijs, et tñ illa particula nõ ponitur in prȩdicta diffinitione, ergo non eſt ſufficiens.

¶ Prȩterea, omnia prima ſunt priora & econuerſo: omnia illa, q̃ ſunt priora, ſunt prima: ergo ſupflue ponit illa pticula ex prioribus.

Septimum

K

¶ Præterea, diffõ p̃dicta nõ cõpetit omni contento ſub diffinito: ergo non eſt bona. patet aſſumptũ: quia demonſtratio qa eſt, ẽ demõſtratio, & tñ nõ ſemper procedit a cauſis: ſed aliqñ ab effectibus, vt infra dicit Philoſophꝰ, ergo &c̃.

Octauum

¶ Sed contra eſt Pħs in litera, dicens, {Si igit eſt ſcire vt poſuimus, demonſtratiuã ſcientiã, neceſſe eſt ex veris eſſe & primis, & immediatis, notioribus, prioribus, cauſiſq; concluſionis. } ¶ Reſpõdeo dicendũ ꝙ diffõ materialis ipſius demonſtrationis eſt bene aſſignata: in qua dr̃, ſyll'us demonſtratiuus eſt qui procedit ex primis veris & immediatis, prioribus, notioribus, cauſiſq; concluſionis.

Concluſio.

¶ Quam quidem diffõnẽ probat Pħs dupliciter: primo probat eam ſm ſe totã, demõſtrando eam per primã diffõnẽ. ¶ Nam omnis ſyll'us faciens ſcire procedit ex primis veris & immediatis &c̃. Sed omnis ſyll'us demonſtratiuus ẽ ſyll'us faciens ſcire: ergo omnis ſyll'us demonſtratiuus procedit ex primis, veris, &c̃. Ex quibus patet ꝙ hæc ſecunda diffõ ſe habet vt concluſio. Prima vero vt medium demonſtrationis: q̃ ſi coniungantur ſimul, habebunt ſe ſimul vt tota demonſtratio, ſola poſitione differens.

Probatio. Prima

L

¶ Secundo probat eam per ſingulas pticulas. Et primo ꝙ ſit ex veris, nam quod non eſt, nõ cõtingit ſciri cum ſcientia ſit de ente. Sicut dyametrum quadrati eſſe ſimetrum. i. commenſurabilẽ coſtæ. ſ. eius lateri: ſed qđ non eſt verũ, non eſt ens, cũ ens & verum conuertantur: ergo illud quod ſcitur, debet eẽ verũ. Concluſio aũt demr̃abilis ſcit: ergo conclo demonſtrabilis eſt vera. Sed verũ non ſcitur niſi ex veris, vt infra probabitur: ergo oportet p̃miſſas, ex quibus ſcit concluſio, eſſe veras.

Scđa quo ad pticulas Quod ſit ex veris.

¶ Sed ꝙ demonſtratio procedat ex primis & immediatis probatur ſic ſecundum Pħm. ¶ Nam non contingit aliquẽ habere ſciẽtiã niſi hẽat demr̃ationẽ eorũ quorũ eſt demõſtratio. Si ergo demonſtrator in ſuis demonſtrationibus procedat ex p̃miſſis mediatis & demr̃abilibus, aut ergo habet demr̃ationẽ illarũ p̃miſſarũ, aut nõ, ſi det ꝙ nõ, tunc ſeqtur ꝙ non ſcit illas p̃miſſas: & p ꝯñs neq; concluſionẽ. Nã dcm̃ eſt ꝙ non contingit aliquẽ habere ſciam aliquorũ, niſi hẽat demr̃ationẽ illorũ, quorũ eſt demr̃atio: ſi vero det primũ, videlicet ꝙ habeat taliũ p̃miſſarum demr̃ationẽ, tunc vel eſt procedere in infinitũ in demonſtrationibus, vel eſt ſtatus. Non primũ qa non contingit infinita ptranſire: & p ꝯñs nihil ſciret, vt infra dicet. Relinquit ergo ſm. ſ. ꝙ deueniẽdũ eſt ad aliquas p̃miſſas primas & immediatas, & indemonſtrabiles. Et ſic oportet ꝙ demr̃atio ex Imediatis procedat vel ſtatim vel per aliqua mediata: vt patet.

Q đ ex primis & immediatis.

M

¶ Deinde probat Pħs ꝙ procedat ex cauſis p diffinitionẽ ipſius ſcire. ¶ Nam ſcire eſt rei cãm cognoſcere: ſed demonſtratio facit ſcire, vt patet per primã eius diffõnẽ: ergo procedit ex cauſis.

Quod ex cauſis.

¶ Vlterius probat ꝙ p̃cedat ex prioribus & notioribus: quia oĩs cã natural'r prior ẽ ſuo effectu, & notior: ſed demr̃atio procedit ex cãis, vt iã dcm̃ eſt, ergo p̃cedit ex p̃oribus & notioribꝰ, non ſolũ q̃ãm ad cognitionẽ quid eſt: vt dicit hic. D. S. ſed ẽt q̃ãm ad cognitionẽ qa eſt. Nõ. n. ad ſciẽdũ ꝙ eclypſis ſolis ſit, ſufficit ſcire quid ẽ eclypſis. ſ. ꝙ eſt iterpoſitio lunȩ iter ſolẽ & terrã: ſed oportet ẽt ſcire ꝙ luna interponatur.

Ex prioribꝰ & notioribus.

¶ Et qa aliqd dr̃ priꝰ altero dupl'r. ¶ Vno mõ ſimpl'r & ſm nãm. ¶ Alio mõ quo ad nos: iõ formaliter Pħs oñdit ꝙ demr̃atio p̃cedit ex prioribꝰ & notioribꝰ ſimpl'r & ſm nãm: nã illa q̃ ſũt remotiora a ſenſu, ſunt notiora ſimpliciter:

Ex p̃oribꝰ & notioribꝰ ſimpl'r i ſm nãe

ſed

A sed vl̃ia sunt hm̃oi singularia.n.sunt propinquissima
sen sui q̃ opponunt vl̃ibus. Cũ ergo demõstratio ꝓce
dat ex vl̃ibus & non ex singularibus, sequitur ꝙ pro-
Discip. 1. erdat ex notioribus ſm naturam. Hæc omnia. D.S.
in lec. & Phs sentẽtialiter. ℂ Sed cõtra aliqua quę di-
cta sunt, instabat discipulus. Nã primũ & immediatũ
idem sunt: quia illa ꝓpositio dr̃ prima, q̃ nõ potest de-
monstrari, quia si demonstraret, non esset prima: silr
illa ꝓpõ dr̃ immediata, q̃ non põt demõstrari. Frustra
ergo, in ꝑdicta diffõne adiungit ex immediatis. ℂ Pręs
Secundo. terea cõtingit aliquẽ scire cõclõnẽ per ꝑmissas dmr̃a
biles, quaꝝ tñ demr̃ationẽ ignorabit, sicut patet ĩ sciẽ
tijs subalternantis: ergo non oportet ꝙ qcunq; habet
sciam aliquoꝝ, habeat demonstrationẽ oĩum, quorũ
est demonstratio. ℂ Pręterea, de ꝑmissis non ꝑcogno
Tertio. scitur qd sunt, vt supra dcm̃ est: ergo male dcm̃ est ꝙ
oportet demõstrationẽ ꝓcedere ex notioribus q̃tum
ad qd est & qa est. Modo illa. ex quibus procedit de-
monstratio sunt ꝑmissę: ergo &c̃. ℂ Pręterea id, qđ in
Quarto. cludit ĩ essent a alterius, aut ĩ intellectu qditatiuo ei⁹
nõ hẽt oppõnem ad ipm̃: sed vl̃e includitur in intellu
singularium per se & essentialiter, sicut superius in suo
inferiori: ergo male dcm̃ est ꝙ vl̃e opponit singulari.
B ℂ Ddm̃ primo ꝙ licet primũ & immediatũ sint idem
Responsio ſm rẽ: drnt tñ ſm rõnem, vt dicit hic. D.S. Nã ꝑmis-
ad primũ. sæ dicunt immediatæ inq̃tum carent medio demon
strante. Et dicuntur primæ per respectũ ad alias ꝓpõ-
nes q̃ per eas probantur. ℂ Ddm̃ secundo ꝙ non con
Ad secũdũ tingit aliquẽ scire cõclõnẽ aliq̃ꝫ ꝑ ꝑmissas dmr̃abiles
vt demr̃abiles sunt: sed bene vt accipit illas vt imme-
diatas & indemonstrabiles, et hoc loquendo per se et
Ad tertiũ. non ſm accñs, vt dicit Phs in litera. ℂ Ddm̃ tertio ꝙ
demõstratio procedit ex aliquibus duplr̃. ℣ Vno mo
do tanq̃ꝫ ex complexis. Et sic procedit ex pręmissis de
qbus non est quid: vt supra dcm̃ est. ℣ Alio mõ tanq̃ꝫ
ex incomplexis. Et isto modo procedit ex tribus ter-
minis, Et isto modo non refert ꝑcognoscere quid est
de his, ex quibus procedit demõstratio. ℂ Ddm̃. 4. ꝙ
Ad quartũ vl̃e non opponitur singulari ſm rẽ: sed solũ oppõne
Discip. prioris & posterioris, aut propinqui & remoti: vt di-
cit. D.S. in lec. vñ ratio non sequitur. ℂ Ad primum
Ad primũ igitur principale dicendum ꝙ duplex est diffinitio. s.
ꝑncipale. descriptiua & quiditatiua: vnius rei pñt eẽ plures dif-
finitiones discriptiuæ, nõ quidem ſm vnam rõnem:
sed ſm ꝙ diuersimode illa res consideratur. ℣ Sed ꝙ
vnius rei possint eẽ plures diffinitiões qditatiuę, hoc
põt duplr̃ intelligi: quia duplex est diffinitio quidita-
Diffõ qdi- tiua. ℣ Quędã est metaphysica, & quędã logica. Vni-
tatiua du- us rei non pñt esse plures diffõnes qditatiuę metaphy
plex sicæ loquendo, quia diffinitio quiditatiua dat per ea,
q̃ sunt de essentia rei, vt supra dcm̃ ẽ: sed essentia vni⁹
G rei est vna rñ, vni⁹ aũt rei possunt esse plures diffini-
tiones quiditatiuæ logicæ loquendo: quia causa effi-
ciens & finalis pertinent ad quiditatem rei ſm logi-
cos. Istæ autem diffinitiones non sunt quiditatiuæ:
sed descriptiuæ, nisi logicæ loquendo: igitur argumẽ
tum nullum. ℂ Ad ſm ddm̃ ꝙ principia pñt dici pri-
Principia ma duplr̃. ℣ Vno modo ordine cõpositionis. ℂ Alio
Pria duplr̃ mõ ordine resolutionis. Præmissę igitur demonstra-
tionis sunt principia prima ordine resolutionis, non
autem ordine compositionis: hinc est quod supra di-
ctum est in pñti articulo. s. ꝙ dicuntur prima per re-
spectum ad illas propositiones quæ per ea demõstrã-
tur. ℣ Vel posset clarius dici. s. ꝙ aliquid potest dici
primum duplr̃. ℣ Vno mõ simplr̃. ℣ Alio mõ ĩ respe
Primum ctu. Verũ est ꝙ illa principia, quę dicunt ꝑma simplr̃
dupliciter. non ingrediuntur demonstrationem formaliter. Illa

vero principia quæ dicuntur prima in respectu, bene D
ingrediuntur demonstrationem, pręmissæ vero dicũ
tur prima principia, in respectu & non simplr̃: ideo
argumentum nihil concludit. ℂ Ad tertium negatur
ɔ̃ñtia ſm Phm̃ in litera, quia licet prædictæ cõditiões
non requirantur ad syllogismum in communi: requi
runtur tñ ad syllogismum demonstratiuum, qui facit
scire. Cuius ratio infra patebit. ℂ Ad quartum dicen
dum ꝙ licet illud quod est primum per viam diuisio-
nis, & descensus, dicatur remotum, & nõ propinquũ
illud tñ quod est propinquum siue primum per viam
resolutionis, & ascensus, dicitur propinquum: siue ꝓ-
ximum, vt potest exemplificari in arbore Porphyrij.
Principia aũt ex quibus procedit demonstratio sunt
prima via resolutionis, vt dictum est. ℂ Ad quintum Pręmissæ
dicendum ꝙ præmissæ demonstrationis possunt du- dupliciter.
pliciter considerari. ℣ Vno modo inquãtum pręmis-
sæ sunt. Et sic non pñt demonstrari. ℣ Alio modo vt
sunt cõclusiones. Et sic bñ pñt demonstrari: sicut ꝑn-
cipia scientiæ subalternatæ possunt demonstrari per
principia scientiæ subalternantis: non quidem vt ꝑn
cipia, quod esset ea demonstrari in eodem gñe termi-
norum, sed vt conclusiones. ℂ Ad sextum ddm̃ secũ- E
dum Phm̃ in litera ꝙ illa particula ex proprijs intelli
gitur per hoc, ꝙ demonstratio procedit ex causis. Nã
suppositiones demonstrationis sunt causæ cõclõnis:
necesse est eas esse proprias. Nam oportet causas esse
proportionatas suis effectibus: vt habetur ex. 2. Phy.
per hoc etiam ꝙ demõstratio ꝓcedit ex primis, datur
intelligi etiam ꝙ fit ex principijs: primum enim et ꝑn
cipiũ idem videntur esse, quia primum in vnoquoq;
gñe est cã & principiũ omnium, quæ sunt post: vt dr̃
in. 2. Metaphy. ℂ Ad septimum dicendum ꝙ licet ꝑ
mum & prius sint idem ſm rem, differũt tñ ſm rõnẽ:
quia prius importat ordinem ad posterius in suo mõ
significandi, non autem primum. ℂ Ad vltimum di-
cendum ꝙ prædicta diffinitio datur solum de demõ-
stratione propter quid: & non de demonstratione
in communi. Vnde non oportet ꝙ competat demõ
strationi quia est. Alias competeret alijs diffinitio.
ℂ Sequit in. D.S. Vr̃ aũt ɔ̃riũ. ℂ Articulus. III.

AD TERTIVM sic procedit. Videt ꝙ vl̃ia
nõ sint notiora simplr̃: et singularia q̃ ad nos. ℂ Nam Primum.
vt arguit. D.S. in lec. ĩ primo Physicorum dicitur ꝙ
vniuersalia sunt nobis notiora singularibus. Sed eas-
dem non sunt nobis nota & naturæ, vt ibidem dici-
tur: ergo male dicitur hic, ꝙ vniuersalia sunt notio-
ra secundum naturam. ℂ Præterea demonstratio fa- Secundũ
cit scire: & per consequens ostendit aliquid igno-
tum. Sed ignotum non potest fieri nobis notum nisi
per id, quod est nobis magis notum: vt hic dicit. D.
S. ergo demonstratio quælibet procedit ex notiori- F
bus nobis. Cum igitur demonstratio procedat ex
vniuersalibus: sequitur ꝙ vniuersalia sint notiora
nobis & non singularia. ℂ Præterea, illud est notius Tertium.
quo ad nos, quod prius occurrit intellectui nostro:
sed maxime vniuersale. s. ens prius inter omnia præ-
dicata occurrit intellectui nostro, vt dicit Auicenna
ĩ principio suę Metaphy. ergo maxime vniuersalia
sunt nobis notiora. ℂ Præterea, illud quod intelligi-
tur directe, est nobis notius eo, quod ĩtelligitur refle- Quartum
xe: quia illud, quod intelligitur solum reflexe, intelli-
gitur ad intellectionem illius, quod directe intelligi-
tur: sed vl̃e ĩtelligitur directe, singulare vero reflexe:
ergo &c̃. Sed cõtra est Phs in litera dicẽs ꝙ priora &
notiora simplr̃ sunt illa, quæ sunt remotiora a sensu,
vt vl̃ia: priora aũt, & notiora quo ad nos sunt ꝓxima

G

Responsio. Singulare duplex. Vl̃e dupliciter. Cognitio duplex. Intellectiua dupl'r. Nota de cognitione magis vel minus vl̃ium & singulariũ & q̃ magis vel minus nota.

sensui.s. singularia. ℂRespondeo dd̄m ꝙ duplex est singulare. ⁋Videlicet singulare simpliciter, vt Sor. & Plato. ⁋Et singulare in respectu, quod dr̄ minus vl̃e: sicut hõ dr̄ singulare respectu animalis, & aĩal respectu corporis. ⁋Duplex etiam est vl̃e. s. vl̃e in p̄dicando, vt aĩal: & vl̃e in causando: sicut deus & cœlũ. ⁋Similiter duplex ẽ cognitio. s. sensitiua sicut cognitio per visum vel auditum. ⁋Alia est cognitio intellectiua. ⁋Et illa est duplex. ⁋Quædã est confusa qua. s. aliquid intelligitur imperfecte. ⁋Et quædam est cognitio determinata: qua. s. aliq̃d ĩtelligit̃ perfecte. ⁋Vniuersalia ergo esse magis vel minus nota singularibus hoc potest intelligi dupl'r. ⁋Vel de singularibus simpl'r: vel de singularibus ĩ respectu. ⁋Si loquemur de singularibus simpliciter, hoc potest intelligi dupl'r. ⁋Vel comparando cognitione intellectiuam ad sensitiuam, ita ꝙ vl̃ia cognoscant̃ cognitione intellectiua & singularia cognitione sensitiua, & isto modo sunt nobis notiora singularia vl̃ibus, quia vt supra dc̄m est, omnis nostra cognitio intellectiua ortum habet a sensitiua, igitur singularia, quæ in nobis cadunt sub sensu sunt nobis prius nota, & hinc est ꝙ

H

deficiente sensu deficit scientia de sensibilibus illius sensus: vt infra dicit Ph̃s, & sic loquitur hic Ph̃s, vel cõparãdo cognitiõe ĩtellectiuã ad ĩtellectiuã: vt si loquamur de cognitione intellectiua tã vl̃ium, q̃ singularium simpl'r. Et isto modo vl̃ia sunt nobis notiora: quia intelligũtur directe: singularia vero simpliciter intelliguntur reflexe solum. Et per hoc patet solutio ad vltimum argumẽtum. ⁋Si vero loquamur de singularibus in respectu, quę dicuntur minus vl̃ia. ⁋Sic magis vl̃ia esse notiora singularibus potest dupliciter intelligi. ⁋Vel loquendo de vl̃ibus in causando, vel de vl̃ibus in p̄dicando. ⁋Si primo, sic maxime vl̃ia sunt difficillimæ cognitionis ex parte nostra, quia sunt remotissima a sensu. Vnde isto modo singularia. i. minus vl̃ia sunt notiora quo ad nos, & magis vl̃ia sunt notiora s̃m nãm: quia sunt maxime in actu, vt vult Ph̃s in primo Metaphy. ⁋Si secundo modo, hoc põt intelligi dupliciter vel considerando magis vl̃ia s̃m ꝙ sunt principia diffinitiua minus vl̃ium, vel accipiendo magis vl̃ia s̃m ꝙ sunt vl̃ia & s̃m se. ⁋Si primo mõ, & hoc dupliciter, vel comparando vnam partem alteri, sic genus ĩ nobis magis notum q̃ dr̃ia, vt aĩal q̃ rõnale, vel cõparando ambas partes ipsi diffinito, sic magis vl̃ia sunt magis nota s̃m naturam &

I

non quo ad nos: quia vt sic hñt rõnẽ partis, & minus vl̃e habet rationem totius diffiniti. Totum aũt magis est notum nobis suis ptibus: vt vult Ph̃s primo Phy. & omnes partes se hñt ad totum s̃m rõnem mãæ: vt patet. 2. Physico. ⁋Si secondo modo hoc põt intelligi dupl'r, vel loquendo de cognitione confusa, vel de cognitione determinata. ⁋Si primo modo, sic magis vl̃ia sunt nobis notiora: vt vult Ph̃s in primo Physi. Quod sic probat. D. S. in præsenti lectione. ℂNam in omni generatione id, quod est in potentia, est p̄us tempore & posterius natura. Quod aũt est cõpletũ in actu, est prius natura, & posterius tp̄e. Cognitio autẽ gñis est quasi potentialis in cõparatione ad cognitionẽ spẽi: in qua actu sciuntur oĩa essentialia rei: vnde in gñatione sciæ nostræ prius est cognoscere magis cõe q̃ minus cõe. Hęc illę. ⁋Si vero loquamur de cognitione determinata, sic minus vl̃ia sunt nobis notiora, quia pauciora reqrunt̃ ad cognitionẽ determinatã min⁹ vl̃is q̃ magis vl̃is. ℂAd primũ igr̃ p̄ncipale dd̄m sicut dicit. D. S. in lec, ꝙ Ph̃s hic loqtur de ordine vniuersalis ad singulare simpl'r, quorum ordinẽ oportet accipere s̃m ordinem cognitionis intellectiuæ ad sensitiuam. In nobis enim cognitio sensitiua est prior intellectiua. Vnde & singulare est prius & notius quo ad nos q̃ vniuersale. Sed in primo Phy. non ponitur ordo singularis ad vl̃e simpliciter: sed ordo magis vl̃is ad minus vl̃e, vtputa aĩalis ad hominẽ. Et sic oportet ꝙ ad nos vl̃ius sit prius & magis notum. Hæc ille. Vñ nulla est cõtradictio. ℂAd s̃m dicendũ sicut dicit. D. S. in lec. ꝙ in omni demr̃atione oportet procedere ex notioribus nobis: non quidem singularibus, sed vl̃ibus: quia non põt nobis aliquid notum fieri, nisi per id quod est magis notum nobis.

K

Notandũ

ℂSed considerandũ est ꝙ quędã sunt demonstrationes mathematicæ q̃ procedunt ex notioribus nobis & s̃m naturam. In mathematicis. n. ꝓpter abstractionẽ a mã sensibili, non fiunt demonstrationes nisi ex principijs formalibus, quę sunt notiora & s̃m nãm & quo ad nos. ⁋Aliæ sunt demonstrationes physicę q̃ vt plurimum fiunt per effectus. Et tales procedunt ex notioribus quo ad nos & non s̃m nãm. In naturalibus. n. essentię & virtutes rerum ꝓp hoc ꝙ sunt in materia, sunt occultæ sed innotescunt nobis per ea, quæ exterius de ipsis apparent. Inde est ꝙ in talibus vt in pluribus demonstrationes procedunt per effectus.

L

Discip.

ℂSed dicebat discipulus. Oĩs demõstratio ꝓcedit ex notioribus nobis, ergo vl̃ia sunt nobis notiora. Et sic argumẽtũ remanet in robore suo.

Responsio

ℂDd̄m ꝙ comparando cognitionẽ intellectiuã ad intellectiuã, concessum ꝙ vl̃ia sunt nobis notiora. Et sic intelligendũ est ꝙ oĩs demonstratio procedit ex notioribus nobis. Si vero comparetur cognitio ĩtellectiua ad sensitiuam, sic vl̃ia non sunt nobis notiora. Nec sic oportet ꝙ demonstratio procedat ex notioribus nobis. Et licet in naturalibus eadem non sint nota nobis, & naturæ secundum eandẽ considerationem, tamen in mathematicis eadem sunt nobis nota & naturæ.

ℂAd tertiũ & q̃rtũ patet solutio in corpore articuli.

ℂVbi supra impertinenter. Articulus. IIII.

AD QVARTVM sic procedit̃. Videt̃ ꝙ singularia simpliciter sint nobis prius nota s̃m intellectum q̃ vl̃ia.

Primum

ℂNam illud est prius notum intellectui, a quo prius fit abstractio. Sed singulare simpliciter est hmõi: igitur est primo notum ĩtellectui. ⁋Maior patet: quia si illud, a quo fit abstractio non esset prius notum, sequeretur ꝙ intellectus non magis abstraheret ab vno q̃ alio, quod tñ est falsum.

Secundũ

ℂPræterea, sicut aliquid se habet in sensu, ita se habet intellectu: ergo illud quod est prius sensatum est prius intellectum. Sed singulare est prius sensatum: ergo idem, quod prius.

M

Tertium.

ℂPræterea, illa, quæ sunt propinquiora sensui sunt nobis notiora, vt dicit hic Ph̃s: sed singularia sunt huiusmodi, ergo &c̃.

Quartum

ℂPræterea, illud qđ est vnum numero positiuę, prius intelligitur q̃ illud, quod est vnum numero priuatiue: cum habitus p̄us intelligatur priuatione. Sed singulare est vnum numero positiue, vniuersale vero priuatiue: ergo &c̃.

ℂSed in ꝯrĩũ arguit̃. Nã primũ qđ occurrit ĩtellectui nr̃o est ens, sed ens est vl̃issimũ p̄dicatorũ: ergo vl̃e est a nobis prius intellectũ.

Cõclusio.

ℂRespondeo dd̄m ꝙ singularia nõ sunt prius nota nobis cognitiõe ĩtellectiua.

Probatio prima.

⁋Qđ sic patet. Nã illud qđ solũ intelligit̃ reflexe, non põt esse prius intellectum: quia actus reflexus p̄supponit actum directũ. Sed singularia non possunt intelligi nisi p reflexionẽ quandam intellectus ad imaginationem & sensum: dum. s. intellectus spẽ vniuersalẽ quã a singularibus abstrahit, applicat formæ singulari in imaginatione seruatæ: vt dicit. D. S. secundo Sententiarum.

A Sententiarum.di.3.ar.1.&.3.ergo singularia non mo
uent primo intellectum, neq; sunt prius intellecta.
Secunda ℭPręterea, intellectus intelligit per abstractionem a
fantasmatibus, vt patet per Philosophum.3. de Ani-
ma. Si ergo singulare esset prius ītellectum, sequere-
tur ꝙ singulare esset abstractum a fantasmatibus, &
per cōsequens a singularibus. Et sic singulare non es-
Tertia. set singulare, sed vſe. ℭPræterea ad intellectionē ne-
cessario requiritur intellectus agens, si ergo singula-
re prius intelligeretur, ꝙ̄ vſe, non requireret intelle-
ctus agens, cum non requiratur nisi pp illustrationē
Quarta. specierū a fantasmatibus abstractarum. ℭPræterea,
illud quod primo appræhēditur ab intellectu est suū
obiectum, sed obiectū per se ipsius intellectus est qdi-
Discip. ditas rei materialis: ergo &c. ℭSed instabat discipu-
lus. Nam proprium ipsius intellectus nostri, est in-
telligere formam in materia indiuiduali existentem,
vt dicit.D.S.infra lec.33.in fi. vbi sic ait, Nos.n.intē-
dimus de hmōi rebus, de quibus in nobis sciētia per
B demōstrationem acquiritur. Et hmōi sunt res in ma-
teria existentes nobis notæ, de quibus fiunt demon-
strationes. Hæc ille. Et hoc idem dicit in prima parte
q.12.ar.4.in corpore: vbi sic ait, Vnde per intellectū
connaturale est nobis cognoscere naturas, quæ qui-
dem nō habent esse nisi in materia indiuiduali. Hæc
ille. Et idem dicit in prima parte.q.75. ar.1. in corpo-
re, sed intelligere formam existentem in materia indi
Respōsio. niduali est intelligere singulare: ergo &c. ℭDicendū
ꝙ vt ibidem dicit.D.S. propriū est intellectus nostri
intelligere formam in materia indiuidualiter existen
rem: non tamen prout in tali materia, quod est abstra
here a fantasmanbus. Intelligere autē formam in ma
teria exn̄tem, non prout in materia existit, est intelli-
gere vſe, & non singulare: de quo alias plenius di-
sputandum restat. ℭAd primum ergo dicendum ne-
gando maiorem: immo necesse est ꝙ illud a quo ab-
stractio fit, non intelligatur in ipsa abstractione: nam
abstrahere vſe ab ipsis particularib⁹ nihil aliud est ꝙ̄
intelligere vſe non intelligendo particulare. Vn̄ in-
C telligere rem per abstractionem a fantasmatibus est
intelligere rem non intelligendo fantasmata, aut sin-
gularia, quorū sunt fantasmata. Et intelligere rem p
cōuersionem ad fantasmata, est intelligere rem in fan
tasmatibus, in materia existentem: vn̄ patet ꝙ maior
est falsa. Ad hoc autem ꝙ magis abstrahat intellectus
speciem ab vno, ꝙ̄ ab alio, sufficit cognitio sensitiua,
quia singulare prius cognoscit ꝙ̄ vſe. ℭAd secūdum
dicendum, ꝙ illa propositio, sicut aliquid se habet in
sensu, ita se habet in intellectu: potest intelligi dupli-
citer. ¶Vno modo, vt sit sensus, ꝙ nihil est in intelle
ctu, qđ prius nō fuerit in sensu. Et sic est vera. ¶Alio
mō, vt sit sensus ꝙ aliquid est in intellectu eodē mo-
do, sicut in sensu. Et sic est falsa. Vnde nō oportet ꝙ
illud, quod est prius sensatum sit primo intellectum.
ℭAd tertium dicēdum ꝙ singularia, quia sunt pro-
pinquiora sensui, sunt prius nota cognitione sensiti-
ua. Non autem oportet ꝙ sint prius nota cognitione
intellectiua, de qua nunc loquimur. ℭAd quartū di-
cendum ꝙ ad hoc quod aliquid intelligatur, non re-
quiritur ꝙ sit vnum numero numerositate suppo-
siti: sed ꝙ sit vnum numero numerositate essentię. Et
requiritur ꝙ tale vnum sit illustratum per intellectū
agentem. Vnde argumentum supponit falsum.
ℭQuæstio.10. de diffinitione, & diuisione proposi-
Lec.5. tionis immediatæ. lec.5. Sancti Doctoris.

QVIA VERO superius Philosophus dixit
ꝙ demonstratio procedit ex primis, & immediatis,
consequenter considerandum restat de propositione D
immediata. ℭCirca quod duplex occurrit considera
tio. ¶Primo nanq; considerandum est de propositio
ne immediata diffinitiue, & diuisiue. ¶Secundo quo
modo oporteat huiusmodi propositiones esse notio-
res conclusione: ibi {Quoniam autem oportet cre-
dere &c.} ℭCirca primum quæruntur duo. ¶Pri-
mo, vtrum diffinitio propositionis immediatę sit cō-
uenienter a Philosopho assignata. ¶Secundo, vtrum
conuenienter a Philosopho in litera diuidatur.
ℭSequit in Phō, & in.D.S. {Est autē principiū.}

ℭArticulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ
diffinitio propositionis immediatę non sit cōueniēs,
in qua dicitur, propositio immediata est qua non est
altera prior neq; notior. ℭNam hæc propositio est Primum.
immediata, Deus est, cum prędicatum sit ratione sub
iecti. Deus.n.est suum esse: sed constat ꝙ ista est ali-
qua alia notior, cum sit demonstrabilis, vt patet per
D.S.in prima parte.q.2.ar.2.ergo male dicitur ꝙ ꝓ- E
positio immediata est qua non est altera prior. ℭPrę- Secūdum.
terea, hæc etiam est propositio immediata, homo est
risibilis. Et tamen ea est altera prior. Alias nō posset
demonstrari: ergo &c. ¶Probatio maioris, quia om-
ne prædicabile, prædicatur immediate de suis subiici
bilib⁹. Sed risibile est prædicabile respectu hominis:
ergo immediate prędicatur de homine, & sic ista est
immediata, omnis homo est risibilis. ℭPręterea, hęc Tertium.
etiā est propositio immediata, Omnis homo est ani-
mal rationale. Alias non posset esse præmissa demō-
strationis. Sed tamen ea est altera prior: potest enim
probari per istam, Omne animal risibile ē rationale
animal: ergo omnis homo est animal rationale, vt pa
tet per locum a descriptione ad descriptum: ergo &c. Quartū.
ℭPræterea primum principium est notissimum, er-
go est omnibus alijs notius. Sed multæ sunt proposi-
tiones īmediatæ aliæ a primo principio: ergo aliquæ
propositiones immediatæ habent aliquam propōnē
eis notiorē & priorē. ℭSed ꝯ est Phs in lr̄a.d.

Est autem principium demonstrationis, pro- F
positio immediata. Propositio autem imme-
diata est, qua non est altera prior &c.

ℭRespondeo dicēdum ꝙ propō immediata est qua Cōclusio.
non est altera prior neq; notior. ℭCuius rō est, qa si Probatio.
ea esset altera prior, tunc posset demr̄ari per eā, quia
demonstratio procedit ex prioribus. Sed illa propō
quæ pōt demōstrari, est propō mediata hn̄s.s. mediū
per quod possit demonstrari: ergo si propō immedia
ta haberet aliquam priorē, p quā posset demonstrari,
tūc propō immediata esset mediata inquantū hmōi.
Hoc autem est inconueniens: ergo propositio imme
diata est qua non est altera prior. ℭHanc autē rōnē
innuit.D.S.in lectione: cum dicit. Huius autē notifi
cationis ratio ex prædictis apparet. Dictum est.n.su-
pra, ꝙ demonstratio est ex prioribus. Quandocunq;
ergo aliqua propositio est mediata.i. habens mediū
per quod demonstratur prædicatū de subiecto: opor
tet ꝙ priores ea sint propōnes, ex quibus demonstra-
tur. Nam prædicatum conclōnis per prius inest me-
dio, ꝙ̄ subto, cui etiam per prius inest medium, ꝙ̄ prę
dicatum. Relinquitur ergo ꝙ illa propō qua non est
altera prior, sit ꝓpositio immediata. Hæc ille. ℭSed Discip.
instabat discipulus nihil notius est diffinito, ꝙ̄ sua
diffinitio: ergo probatio concludens diffinitionem
de diffinito peccat secundū fallaciam petitionis prin-
cipij, vt probat Philosophus infra in secundo huius:

Respõsio. quia probat notum per ignotum. ¶ Dicendum ꝙ ali
G quid dicitur esse notius dupliciter. ¶ Vno mõ, secũ-
dum naturã. ¶ Alio modo quo ad nos, verum est ꝙ
nihil notius conuenit diffinito, ꝙ̃ sua diffinitio, se-
cundum naturam & simpliciter: tamẽ aliquid notius
potest conuenire diffinito quo ad nos ꝙ̃ sua diffini-
tio, & hoc considerando diffinitionem, vt diffinitio
est, vt patet in prohemio Physicorũ, & sic est in pro-
Notãdum primum. posito. ¶ Aduertẽdum est autem ꝙ quia propositio
ponitur in diffinitione propositionis immediatæ, &
enuntiatio in diffinitione propositionis, & contradi
ctio in diffinitione enũtiationis, & affirmatio vel ne
gatio in diffinitione contradictionis: ideo Philoso-
phus in præsenti passu diffinit propositionem, enun-
tiationem, contradictionem, affirmationem, & nega
Propositio tionem, ne. s. pcederet ex ignotis. ¶ Propositio ergo
secundum Philosophum est altera pars enũtiationis
in qua prędicatur vnum de vno: per hoc. n. ꝙ dicitur
altera pars enuntiationis, separatur propositio a pro-
blemate: habet. n. enunciatio duas partes, vt hic dicit
D. S. videlicet affirmationem, & negationem. Opor
tet autem ꝙ omnis syllogizãs alteram earum propo-
H nat, non autem vtranq;, sicut facit qui mouet proble
ma: per hoc autem, quod dicitur in prædicta diffini-
tione, in qua prædicatur vnum de vno, separatur pro
Enũciatio. positio ab enunciatione, quæ dicitur plures. Sed enũ
Contradictio. ciatio est quæ complectitur vtranq; partem contradi
ctionis. Contradictio vero est oppositio, cuius secun
dum se non est dare medium. Et licet priuatiue oppo
sita, & aliqua sint contraria immediata, inter quæ nõ
cadit medium per participationem, tamen inter om-
nia cõtraria cadit medium per abnegationem. Inter
contradictoria vero nullum cadit medium. ¶ Consi-
Notandũ secũdum. derandum vlterius est secundo, secundũ Philosophũ
Contradictionis partes. 2. hic ꝙ contradictionis duæ sunt partes, videlicet affir
matio, & negatio. ¶ Affirmatio est quæ prædicat ali-
quid de aliquo. ¶ Negatio vero est, quæ remouet ali-
quid ab aliquo. Et hoc potissime loquendo de nega-
tione negante. Aliud autem est de negatione priuan
Notãdum tertium. te aut infinitante. ¶ Considerandum vlterius est ter-
Propõ im mediata dupl'r. tio ꝙ propositio dicit immediata dupliciter. ¶ Vno
modo immediata simpliciter. ¶ Alio modo in gene-
re alicuius scientiæ. Si simpliciter, sic de ea ait. D. S.
I in lec. 5. Quarundam propositionum termini sunt ta
les, ꝙ sunt in notitia omnium, sicut ens, & vnum, &
alia quæ sunt entis inquãtum ens, nam ens est prima
conceptio intellectus: vnde oportet ꝙ tales proposi-
tiones nõ solum in se, sed etiam quo ad omnes quasi
per se notæ habeantur, sicut ꝙ non contingit idẽ esse
& non esse. Hęc ille. Ex quibus patet ꝙ tales sunt pro
positiones immediatæ simpliciter, quia componun-
tur ex terminis communibus, & sic non habent me-
dium per quod probentur: secundum. D. S. lec. 44.
Duplex genus ppõnũ immediatarum. vbi sic ait. Duplex est genus immediatarum propo-
sitionum. Quædam. n. sunt immediatæ propositio-
nes primæ, & quædam secundæ: ita ꝙ accipiatur or-
do immediatarum propositionum secundum ordi-
nem terminorum. Hęc ille. Si autẽ sit propositio im-
mediata in genere alterius scientiæ. s. quæ est ex ter-
minis minus communib⁹. ¶ Hoc est dupliciter. Vel
est propositio immediata affirmatiua, vel negatiua.
¶ Si negatiua, hoc est dupliciter, vel neutrũ extremũ
est in aliquo toto, ita ꝙ nõ habet medium per quod
probetur, vel ambo extrema sunt in aliquo toto. Si
primum, sic dicitur de ea in lec. 26. secundum. D. S.
Ostẽdit quomodo propositio negatiua sit immedia-
ta dicẽs ꝙ si neutrius sit in toto aliquo. s. neq; a. neq;

.b. cum. a. non sit in. b. necesse est ꝙ hæc sit immedia- K
ta. Nullum. b. est. a. Hæc ille. Sicut ista propositio est
immediata. Nulla substãtia est quantitas. Si vero am
bo termini sint in quodam toto, sic de ea ait ibidem.
Si. n. sint in eodem toto, est propositio immediata.
Sicut nullum rationale est irrationale, & nullum bi-
pes est quadrupes. Hæc ille. ¶ Si vero sit affirmatiua,
hoc est dupliciter, vel est necessaria, vel contingens.
¶ Si secũdum, sic de ea ait. D. S. in lec. 44. vbi sic ait.
Et ad exponendum quid sit opinio, subiungit ꝙ opi-
nio est acceptio. i. existimatio quædam immediatæ
propositionis non necessariç. ¶ Quod potest duobus
modis itelligi. ¶ Vno modo sic, ꝙ propositio imme-
diata in se quidem sit necessaria, sed ab opinante acci
piatur vt non necessaria. ¶ Alio modo, vt in se sit cõ-
tingens. Dicitur. n. immediata propositio quęcunq; Propõ immediata.
per aliquod medium probari nõ potest siue sit neces-
saria, siue nõ necessaria. Ostensum est. n. supra ꝙ nõ
est procedere in infinitum in prædicationibus, neq;
quantum ad media, neq; quãtum ad extrema. Si igit
sit aliqua propositio contingens mediata, oportet ꝙ
reducatur ad aliquas immediatas. Non autem redu-
citur ad immediatas necessarias, quia necessaria non L
sunt propria principia contingentium, nec ex neces-
sarijs potest concludi contingens. Vnde relinquitur
ꝙ sit aliqua propositio immediata contingens, sicut
hæc, homo non currit, est mediata: potest. n. probari
per hoc medium, homo non mouet, quæ ẽt est cõtin
gens, sed immediata. Sed p hoc non excluditur quin
ẽt acceptio propõnis contingentis immediatç, sit opi
nio. Sic. n. se habet opinio circa cõtingentia: sicut in-
tellectus, & scĩa circa necessaria. Hęc ille. Et idem di-
cendum est de immediatis contingentibus affirmati-
uis quantũ ad reductionẽ. ¶ Sed ꝯ prædicta instabat Discip.
discipulus ꝯ dcm̃ Phi. Nã aĩal rõnale cum sit diffõ, est Primo.
principium immediatũ, & tñ nõ est propositio, cum
non significet esse vel non esse: ergo insufficienter di-
cit in textu, ꝙ principiũ immediatũ est propõ. ¶ Prę- Secundo.
terea, nã nihil cognoscit, cũ nõ habeat intell'm: ergo
male dcm̃ est ꝙ aliquid est notius nãç. ¶ Dd'm primo Respõsio.
ꝙ duplex est principiũ immediatũ, vz incõplexum & Ad primũ
cõplexũ. Phs ergo ibi loquit de principio cõplexo in Principiũ
textu allegato, & non de principio incõplexo. Diffõ immediatũ duplex.
autẽ non est principiũ cõplexũ, sed incõplexũ. Vnde M
instantia nulla. ¶ Dd'm. 2. ꝙ aliqd dr esse notius nãç; Ad scd'm.
nõ quia natura cognoscatur, sed qa ipsum qd' cogno- Esse notius
scitur est magis cognoscibile ẜm suã propriã nãm & naturæ.
entitatẽ. Vñ rõ supponit falsum & laborat in æquo-
co. ¶ Ad primũ igit dd'm ꝙ illa propõ, Deus est, dr p
se nota & immediata ẜm nãm, non autẽ quo ad nos.
Vñ põt demr̃ari p effectus, & a posteriori ẜm nãm, et
a priori quo ad nos, non autẽ a priori ẜm nãm & sim-
pliciter, vt ibidẽ p doctores saniori mõ patet. ¶ Ad
scd'm dd'm ꝙ duplex ẽ immediatio, vt infra dr, vz im-
mediatio prædicationis, siue subti, & immediatio cã-
litatis. Illa igit ppõ, homo est risibilis, est immediata
immediatione prædicationis siue subti, non autẽ im-
mediatione cãlitatis, vnde habet mediũ p quod põt
demonstrari. ¶ Ad tertiũ dd'm ꝙ illa ppõ, homo est
aĩal rõnale, est bene immediata immediatione cãç in
gñe cãç formalis, nõ autẽ simpl'r. Vnde in eodẽ gñe
cãç, non habet aliquam priorem per quam possit de-
monstrari, licet simpl'r loquendo per aliud genus cãç
possit demonstrari. ¶ Quando autẽ dr propositio im-
mediata est qua non est altera prior, neque notior,
intelligendum est in eodem genere causæ & non sim
pliciter: nisi loquendo de primo principio simplici-
ter.

A ter, seu de propositione immediata simpliciter. ¶ Et
per hoc patet solutio ad quartum.
¶ Sequitur in Philosopho, &c. D. S. ibi, deinde cũ dis-
cit. {Principij autem immediati.} Articulus. II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt
ꝙ diuisio principij immediati cum subdiuisione posi-
Primum. tionis non sit sufficiens. ¶ Nam omne principiũ im-
mediatum, siue omnis propositio immediata est pro-
positio per se nota: sed positio non est propositio per
se nota, cum non sit necesse quemlibet docendum eã
habere, vt habetur in textu. Ergo positio non est pro-
Secũdum. positio immediata, neq; principiũ immediatũ. ¶ Prę-
terea, dignitas debet esse nota omnibus: Sed nulla p-
positio est huiusmodi, cum quęlibet possit negari, vt
patet. 4. Metaph. de primis principijs quę aliqui Phi-
losophorum negauerunt. Ergo nulla propositio est
Tertium. dignitas. ¶ Prętérea, positio infra diuiditur lec. 19. in
quattuor species, videlicet ĩ suppositionem, q̃õnem,
petitionẽ, & diffõnem. Ergo male diuidit hic in duas
Quartũ. spẽs tm̃, vз in suppõnẽ, & diffõnẽ. ¶ Præterea, omnis
positio est propõ immediata: aliter alid' erit diffinitũ
& diuisura: sed diffinitio nõ est propositio immedia-
B ta, cum non dicat esse: ergo diffinitio non est positio,
& per ɔñs non est suppositio, vt patet per locum a su-
periori ad inferius negatiue. Sed ɔ̃ est Phs ĩ textu: ibi
{Principij autem immediati positionẽ dico &c.}
Respõsio. ¶ Respondeo dicendum ꝙ postq̃ Phs in hoc. 2. capi-
tulo huius primi tractatus determinauit de pricipio
immediato diffinitiue: hic determinat de principio
Cõclusio. immediato diuisiue. ¶ Et hæc est secunda conclusio
huius secundi capituli, quæ est respõsiua ad quęsitũ:
videlicet ꝙ principium immediatum conuenienter
diuiditur in positionem, & dignitatẽ, & positio con-
uenienter subdiuiditur in suppõnem, & diffõnem.
Probatio cõcl'onis quo ad pri-mã partẽ. ¶ Prima pars huius cõclusionis sic probatur ẜm Phi-
losophum elicitiue. Nam oẽ principium immediatũ
est indemonstrabile. Aliter non esset immediatum.
Aut ergo tale principium non contingit demonstra-
ri, & non est necesse ipsum quemlibet docendum ha-
bere, vel non contingit ipsum demonstrari, & neces-
se est quemlibet docẽdum habere. Si primum, sic est
Dignitas positio. positio. Si secundum, sic est dignitas. ¶ Ex quibus pa-
tet quid sit dignitas, & quid sit positio. ℣ Est. n. digni-
C tas propositio immediata, quam non contingit de-
monstrari, & necesse est eam quẽlibet docendum ha-
bere. ℣ Positio vero est propositio immediata, quam
non contingit demõstrari, & non est necesse eã quẽ-
Secunda probatio. libet docendum habere. ¶ Potest etiam pręd icta pri-
ma pars conclõnis sic aliter probari ẜm. D. S. Nã om-
ne pricipiũm immediatũ est per se notum. Aut ergo
est compositum ex terminis cõibus, & per se est om-
nibus notum, aut non. Si primum, sic est dignitas, Si
Scda pars cõcl'onis probatur. secundum, sic est positio. ¶ Secunda pars eiusdẽ con-
clusionis sic probatur. ℣ Nam oĩs positio est pricipiũ
immediatũ. Vel ergo est principium complexum, si-
gnificans esse, vel non esse: vel est principium incom-
plexum non significans esse vel non esse. Si primum,
Suppõ. sic est suppositio. Si scdm, sic est diffõ. ¶ Ex quib' pa-
Diffinitio. tet ꝙ suppositio est principium immediatum esse vel
Notandũ primum. non esse significãs. Sed diffinitio est principiũ imme-
diatum non significans esse vel nõ esse. ¶ Cõsideran-
Propõ per se nota. dum est autem ẜm. D. S. ꝙ propositio illa dicitur esse
per se nota, cuius prędicatũ est de rõne subiecti, quan-
tum est in se, & hoc loquendo de propositionibus af-
Propõ per se nota duplex. firmatiuis. ℣ Sed propositiones immediatæ & per se
notæ sunt in duplici differẽtia. ℣ Nam quædam sunt
quæ sunt per se notæ secundũ se, & quasi quo ad om-

D nes, quarum. s. termini sunt in notitia omniũ, vt sunt
illę propositiones quæ constituuntur ex terminis cõ-
munibus siue transcendentibus, vt sunt ens & vnum
bonum, & omnia quæ sunt passiones entis inquantũ
est ens: sicut ista propositio, non cõtingit idem simul
esse & non esse, & omne totum est maius sua parte.
℣ Aliæ vero sunt propositiones per se notæ secundũ
se, non tamen quo ad nos, quæ videlicet componun-
tur ex terminis specialibus, quorum notitia non ha-
betur ab omnibus, sicut hęc. Omnes rectianguli sunt
æquales. ¶ Considerandum vlterius est secundo ꝙ Notandũ secundũ.
quædam propositiones sunt quę non possunt proba-
ri nisi per principia alterius scientiæ. Et ideo oportet
ꝙ in illa scientia supponantur, licet probentur p prin-
cipia alterius scientiæ. Sicut ꝙ a puncto ad punctum
cõtingit rectam lineam ducere, supponit geometra,
& probat naturalis, ostendens ꝙ inter quælibet duo
puncta est linea media. Hęc omnia. D. S. in lectione.
¶ Ad primum igitur patet solutio ex dictis. ¶ Ad se-
cundum dicendũ ꝙ dignitas non potest negari men-
te, licet antiqui Philosophi proteruiter voce & non
ratione negauerint. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ licet E
de quæstione hic non fiat mentio explicite, tamen
implicite cõtinetur sub suppositione: vt infra clarius
patebit lec. 19. ¶ Ad quartum dicendum secundum
D. S. ꝙ licet diffinitio non sit positio, quæ dicit pro-
positio immediata, est tamen principium immedia-
tum, Philosophus autem in prædicta subdiuisione,
nõ subdiuidit siue resumit propositionem immedia-
tam: sed immediatum principium. ¶ Vel potest dici
ꝙ licet diffinitio non sit propositio actu: est tamẽ vir-
tualiter propositio, quia cognita diffinitione apparet
manifeste diffinitionem de diffinito vere prædicari.
Non ergo omnis positio est actu propositio imme-
diata, sed bene est pricipium immediatum. ℣ Vel di- Esse triplex
cendum ꝙ Esse accipitur tripliciter. ℣ Vno modo ac-
cipitur pro actuali existentia rei, quod communiter
solet vocari esse actualis existentiæ. Quandoq; etiam
solet vocari esse in effectu. Quandoq; autem vocatur
actus naturæ, & illud esse non dicit diffinitio. ℣ Alio
modo accipitur pro ipsa rei essentia, seu quidditate.
Et hoc modo accipitur in diffinitione diffinitionis, F
cum dicitur in primo Topicorũ, ꝙ diffinitio est ora-
tio quod est esse rei significans. Nec tamen propter
hoc sequit ꝙ significet rei esse. Aliud est enim signifi-
care esse rei, & significare rẽ esse. ℣ Tertio modo po-
test accipi esse pro ipsa compositione extremorum. s.
prædicati, & subiecti, quã facere videtur intellectus,
& quam sine extremis non est intelligere, & hoc esse
significatur per propositionẽ, & vocatur esse verũ, &
tale esse non significat diffinitio in actu: sed virtualr.
¶ Quæstio. 12. de præeminẽtia cognitionis pręmissa- Lec. 6.
rum in ordine ad conclusionem est lectio. 5. D. S.

DEINDE considerandum est de cognitione
præmissarum in ordine ad cognitionem conclusio-
nis. ¶ Circa quod quæruntur duo. ℣ Primo, vtrum
magis credendum sit principijs, q̃ conclusioni. ℣ Se-
cundo, vtrum hæc propositio sit vera: propter quod
vnumquodq; tale, & illud magis.
¶ Sequitur in Philosopho, & in. D. S. {Quoniam
autem oportet.} Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videt ꝙ nõ
Primum. magis credendum sit principijs, q̃ cõcl'oni. ¶ Nã illi
magis credẽdum est, quod certiori modo cognoscit.
Sed cõcl'o certiori modo cognoscitur q̃ præmissę, cũ
cognoscat per demonstrationem. Scire. n. vt dictum
est, dicit effectus demonstrationis. Pręmissę autẽ non

G Secundũ. cognoſcuntur per demõſtrationem: ergo &c. ¶Præterea illi magis credẽdum eſt, quod eſt magis ſcibile, quàm illi quod non eſt ſcibile, neq; ſcitur. Sed concluſio eſt ſcibilis, cũ ſciã ſit tantum habitus concluſionum, præmiſſę vero non ſunt ſcibiles, cum habitus earũ ſit

Tertium. intellectus & non ſcientia: ergo &c. ¶Præterea, illa quæ ſimul tempore cognoſcuntur, ſic ſe hñt quòd vnum non magis cognoſcitur quàm reliquum, nec vni magis eſt credendum quàm reliquo, ſed pręmiſſę & cõcluſio ſimul tempore cognoſcuntur, & vno actu, vt ſupra cõceſſum eſt: ergo &c. ❡Probatio maioris. Nam inter illa, quæ ſimul tempore cognoſcuntur, nõ eſt diſcurſus: ſed ab his, quæ magis cognoſcũtur, ad ea, quę minus cognoſcuntur, eſt diſcurſus, cum diſcurrere nihil aliud ſit quàm procedere a magis noto ad minus notum. Ergo illa quę ſimul tẽpore & eodem actu cognoſcuntur ſic ſe habent, quòd vnum non magis cognoſcitur quàm reliquũ, nec vni eſt magis credẽdum quàm reliquo quod fuit probãdum. ¶Sed contra eſt Philoſophus in textu ibi.

Qm̃ autẽ oportet credere & ſcire magis &c.

H ¶Reſpondeo dicendũ quòd iſtud eſt ternõ caplm huius primi tractatus, in quo Phs determinando de pręeminentia cognitionis principiorum reſpectu cognitionis cõclonum, vz oñdendo quòd demrãtio pcedit ex notioribus: ponit vnã cõclonem inferẽdo vnũ correlariũ. Quę qdẽ cõclo, q̃ eſt rñſiua ad quęſitũ, eſt talis. Oportet magis credere principijs ſiue pmiſſis quàm cõcloni.

Cõcluſio. ¶Hanc conclonem probat Phs duabus rõnibus, videlicet vna rõne oſtenſiua; altera vero ducente ad impoſſibile, ſiue ad inconueniens manifeſtũ.

Prima rõ. ¶Prima ratio talis eſt. Nam propter quod vnumquodq; tale, & illud magis eſt, vt ſi diligimus magiſtrũ propter diſcipulum, magis diſcipulũ diligimus: ſed nos ſcimus cõcluſiones, & eis credimus pp principia: ergo principia magis ſcimus & magis eis credimus. ¶Secunda ratio eſt talis. Nam ſi principia non magis ſciunt quàm concluſio, ſequitur quòd homo ſciens, vel melius diſpoſitus quàm ſciens, non magis cognoſceret ea, quæ nouit, quàm ea, quæ non nouit. Hoc autem eſt inconueniens, cum quęlibet noſtra cognitio procedat ex notitia noti ad ignoti notitiam. ❡Patet ſequela. Nam principia poſſunt prius tempore cognoſci ipſa concluſione, vt ex ſupradictis patet. In illo ergo priori, concluſio eſt

I nobis ignota, & pręmiſſę ſiue principia ſunt nota. Si ergo principia nõ magis ſcirent quàm cõclo in illo priori, ſequeretur quòd nõ magis ſciremus ea, quæ nouimus

Notãdum primum. quàm ea quæ ignoramus. ¶Conſiderandum eſt autẽ hic

Magis ſcire. primo ſm Alber. mag. quòd magis ſcire eſt aliquid per ſe ſcire. Nam illud magis ſcitur quod per ſe ſcitur, quàm illud quod ſcitur per aliud. Cum ergo principia, ſiue pręmiſſę ſciantur p ſe, cõclo vero p alterum, videlicet

Notandũ ſecũdum. per præmiſſas, relinquit quòd principia magis ſciuntur, quàm cõclo. ¶Conſiderandũ vlterius eſt ſcdo ſm Phm in textu, quòd qñ dicit quòd neceſſe eſt credere magis principijs oibus aut quibuſdam quàm cõcloni, intelligendũ eſt de illo, qui acquirit ſciẽtiam per demonſtrationẽ. Si autem cõclo aliũde eſſet nota, vtputa per ſenſum, non eſſet neceſſe principia eſſe magis nota, quàm ſit con-

Notãdum tertium. cluſio. ¶Conſiderandum vlterius eſt tertio hic ſm D. S. et Egidium quòd hoc quod Phs infra dicit, quòd oportet magis credere principijs, aut oibus, aut quibuſdã, poteſt intelligi quadrupliciter ſm quattuor diuerſitates, quæ reperiuntur in demonſtratione. ❡Quarum prima eſt diuerſitas principiorum. Nam quædam ſunt principia cõia, & quædam propria. Principia autem cõia ſunt oĩa nobis magis nota quàm cõclo cognitis terminis. Sed principia propria non ſemper ſunt oĩa nobis magis nota quàm concluſio. Dicit ergo Phs quòd oportet magis credere principijs, aut omnibus propter principia cõia, aut quibuſdam propter principia propria. ❡Secunda diuerſitas eſt præmiſſarum. Nam præmiſſarum altera eſt maior, et altera minor. Maior autem prius tempore aliquando cognoſcitur, quàm concluſio. Minor vero debite ſubſumpta, & applicata ad cõcluſionem in ratione minoris, ſimul tempore cognoſcitur cum concluſione. Vnde ad hoc demonſtrandũ dicit Philoſophus aut omnibus, aut quibuſdam. ❡Tertia vero diuerſitas eſt modorum cognoſcendi. Nam aliqua cognoſcuntur per ſenſum; aliqua vero per intellectum. Vnde quãdo concluſio eſt nobis nota ad ſenſum, vt ſupra dictum eſt in ſecũdo notabili, nõ oportet quòd principia illius cõcluſionis ſint magis nobis nota quàm concluſio. Ideo Phs dicit aut omnibus aut quibuſdam. ❡Sed quarta diuerſitas eſt ſcientiarum. Nã quædam eſt ſcientia ſubalternans, & quędam eſt ſciã ſubalternata, vt infra declarabitur. Principia autem ſcientiæ ſubalternatę, aliquando probantur per principia ſcientię ſubalternantis. Vnde antequàm probentur, non ſunt magis nota ipſa cõcluſione. Dicit ergo Phi-

L loſophus, aut omnibus, aut quibuſdam propter prędictas diuerſitates. ¶Conſiderandum vlterius eſt hic

Notãdum quartũ. Correlariũ. quarto, quòd ex pdicta concluſione, infert Philoſophus vnum correlarium, videlicet quòd non ſolũ oportet magis credere principijs quàm concluſioni: ſed etiam oportet quòd nihil ſit certius quàm quòd oppoſita principijs ſint fal-

Ratio correlarij. ſa. ❡Cuius ratio eſt, quia quicunq; dubitat de falſitate vnius oppoſitorum, non poteſt firmiter adhærere alteri oppoſito, quia ſemper formidat de veritate alterius. Sed oportet illum, qui accipit ſcientiã concluſionis per demonſtrationem, non ſolum magis credere principijs quàm concluſioni: ſed etiam firmiſſime adhærere eis, vt dictum eſt. Ergo nihil ei debet eſſe certius, quàm quòd oppoſita principijs ſint falſa. Ad primum igitur dicendum negando minorem. Et ad eius probationem dicendum quòd quãdo aliqua duo apta nata ſunt cognoſci per demonſtrationem, verum eſt quòd illud certius cognoſcitur, quod per demonſtrationem cognoſcitur, quàm illud, quod cognoſcitur non per demonſtrationem. Sed ſi aliqua duo ſint, quorum vnũ eſt cognoſcibile per demonſtrationem: alterum vero

M non, ſed altiori modo & certiori habitu, ſic nõ eſt verum quòd illud quod cognoſcitur per demonſtrationẽ, certius cognoſcatur quàm illud quod cognoſcitur non per demonſtrationem. Principia autem cognoſcuntur per habitum intellectus, & non per demonſtrationem. Habitus autem intellectus certior eſt quàm habitus ſcientiæ, vt infra probat Philoſophus: vt etiã adductum eſt ſupra. q. 7. ar. 1. ad ſecundam inſtantiam

Scibile dupliciter. diſcipuli: vnde probatio nulla. ¶Ad ſecũdum dicendum quòd ſcibile accipitur dupliciter. ❡Vno modo ſecundum quòd ſcibile dicitur ad ſciam prout ſcia diſtinguitur contra alios habitus intellectuales, videlicet prout ſciẽtia eſt tm̃ habitus cõcluſionis. Et iſto modo principia nõ ſunt ſcibilia niſi virtualiter. ❡Alio modo accipitur cõiter ſciẽtia, videlicet pro omni certitudinali cognitione. Et iſto modo principia magis ſciunt quàm concluſio. Et hoc modo accipitur hic. ¶Ad tertium patet ſolutio ex dictis ſupra. q. 6. ar. 1. ad ſecundum. ¶Sequitur in Philoſopho, & in D. S. vbi ſupra impertinenter tamen.

Articulus. II.

AD SECVNDVM ſic pcedit. Vr quòd illa poſitio non ſit vera pp quod vnũquodq; tale, & illud

Primum. magis eſt. ¶Nã mobile efficit calm pp motũ localẽ,

A Et tñ motus localis non est magis calidus. Ergo propositio illa est falsa. Secũdum. ℭPræterea, Sortes genitus est homo pp Platonem generantem, et tñ Plato generans non est magis homo ꝙ Sortes genitus, cum subã, vt patet in prædicamentis, nõ suscipiat magis & minus: ergo &c. Tertium. ℭPræterea, ignis genitus est ignis & est calidus pp ignem generantem, et tñ ignis generans non est magis ignis aut calidus ꝙ ignis genitus: ergo &c. ℭPræterea, aliquod subm est album pp albedinem. Et tñ albedo non est magis alba, quia vt dr̃.2. Topicorũ albedo non est colorata: ergo nec alba: ergo etc. Sed ꝯ est Phs in textu vbi supra. Responsio ℭRñdeo dicendum ꝙ causarũ quędã sunt cãę per se, quędã vero p accñs: vt patet.2. Physicoꝝ. Prædicta vero propositio non habet veritatem in causis p accñs, vt voluit secũdum argumentum. ⁋Causarum vero per se quædam sunt intrinsecæ, quædam vero extrinsecę. Prædicta autẽ propositio nõ verificatur in causis per se intrinsecis. Non. n. sequitur paries est albus pp albedinem: ergo albedo est magis alba, vt voluit quartum argumẽtũ. ⁋Causarum vero per se extrinsecarũ, quædã sunt cãę B efficientes, quędam vero finales. In causis autem finalibus semper tenet si sint vnius ordinis: si autem non sint vnius ordinis, non sp tenet. Non. n. sequitur, homo post cœnam deambulat pp sanitatem: ergo sanitas magis deambulat. ⁋Causarum vero efficientium quædã sunt principales, quædam vero minus principales. In causis autem minus principalibus nõ tenet prædicta propositio. Non. n. sequitur hoc est calidũ pp calorẽ ignis. Ergo calor est magis calidus. ⁋Causarum vero efficientium principalium, quędam sunt æquiuoce, quæ. s. non conueniunt in noĩe et rõne cũ suo effectu: aliæ vero sunt vniuoce. ⁋Et hoc dupliciter, vel in prædicationibus vniuocis essentialibus. Et sic non tenet, vt dr̃ in primo notabili & sequentibus, vel in prædicationibus vniuocis accidentalibus siue denominatiuis. Et sic tenet, vt patebit ibidem. ⁋Causę vero efficiẽtes æquiuocę sunt in duplici dr̃ia. ⁋Nã quędam sunt per se & essentialiter subordinatę. s. qñ vna non potest agere, nisi in virtute alterius. s. qñ intentio primæ respicit oẽs causas medias, vsq ad vltimum effectum. ⁋Aliæ vero sunt accñtaliter subordi C natæ: sicut diuersæ circulationes ipsius cœli, quarum vna non agit in virtute alterius. Prędicta autẽ propositio habet veritatẽ in causis efficientibus principalibus p se æquiuocis, & analogicis essentialiter subordinatis solũ fm aliquos doctores & non in æquiuocis accñtalib⁹, nec in causis vniuocis essentialibus pp scdm argumentũ. Discip. ℭSed ꝯ prædicta instabat discipulus. Primo. Nam non sequit̃. Filius in diuinis hoc quod est principium spũs sancti habet a patre: ergo pater ẽ magis principium spiritus sancti ꝙ filius. Secundo. ℭPręterea nõ sequit̃ res alię cognoscunt̃ ab aĩa pp habitus et pp species intelligibiles. Ergo ista magis p seipsa ab aĩa cognoscuntur. Tertio. ℭPræterea non sequitur. Corpora inferiora afficiuntur pp motum corporum superiorum. Ergo corpora superiora magis afficiuntur illis qualitatibus. s. calore & frigore, cũ hoc sit ꝯ Phm. Et sic vĩ ꝙ corpora superiora nõ sint cã motuum & alterationum ad illas formas. Omne autem agens ait sibi sĩle, vt patet. 1. de Gñatione. Quarto. ℭPręterea, non sequit̃. Mulier ducta in matrimonium, effici t̃ affinis consanguineoꝝ viri. Ergo effici t̃ magis affinis viro. Vel qa mulier ducta in matrimonium non coniungitur alicui de consanguinitate viri, nisi rõne viri, si non fiat viro affinis: ergo nec alicui consanguineorum affinis erit. Quinto. ℭPræterea non sequitur: vna candela accenditur pp aliam candelam accensam. Ergo illa alia est magis accensa. D Sexto. ℭPræterea non sequitur. Ignis est causa caloris in ferro: ergo ignis est magis calidus ꝙ ferrũ ignitum. Septimo. ℭPræterea non sequitur: intellectus noster cognoscit alia vera pp primam veritatem, quæ lux vera illuminat omnem hominem &c. Ergo primam veritatem, quæ Deus est magis cognoscit. Ad primũ Discip. ℭDicendũ primo fm. D.S. in. 1. Sniarum. dist. 12. ar. 2. ad secundũ, ꝙ dcm̃ Phi verificatur, quando illud quod conuenit alicui propter aliquid aliud est diuersum in vtroq, et præcipue quando tantum est causa alterius essentiali ordine. Tuoc. n. causalitas sua extenditur respectu totius speciei, & non respectu vnius indiuidui tantum, vt dicit Auicẽ. Sicut calor est magis in igne ꝙ in corpore mixto, quia propter ignem est in corpore mixto. Sed ꝙuis filius habeat a patre hoc ꝙ spirat spiritũ sanctum, nihilominus tamẽ non est hoc diuersum in patre & filio: quia eandem virtutem spiratiuam quã pater habet filio cõicat. Et ideo per illã æqualiter spiritum sanctum spirãt. Et si ẽt non esset vna virtus numero, sed specie tantum, ratio non valeret, sicut patet E in oĩbus vniuocis generationibus. Non. n. pater Sortis plus influit in filium Sortis ꝙ Sortes. Hęc ille. Idẽ dicit in. 2. Sniaꝝ. di. 13. ar. 15. Correlariũ ℭEx quibus patet ꝙ illud prædicatũ quod conuenit causę & effectui, oportet ꝙ sit diuersum numero in vtroq. In diuinis autẽ non est aliquid diuersum numero in diuersis personis. Ideo ibi non tenet prædicta propositio. ℭPatet etiam ex his ꝙ non tenet in vniuocis & essentialibus generationibus, sed in æquiuocis, cũ generans vniuocum oporteat esse quasi agens instrumẽtale respectu cãę primarię totius speciei, vt ẽt patet per. D.S. in. 2. ꝯ Gentiles ca. 21. ad quartum. Ad scḋm. ℭDicendum scḋo, fm D.S. in prima parte. q. 87. ar. 2. ad tertium, & Quol. 10. q. 4. |. scḋm ꝙ illa propõ veritatem habet si intelligatur in his, quæ sunt vnius ordinis: puta in vno gñe cãę: puta si dicatur ꝙ sanitas est desiderabilis pp vitã, sequitur ꝙ vita sit magis desiderabilis. Si autem accipiant̃ ea quæ sunt diuersoꝝ ordinũ, non habet veritatem, vt si dicat̃ ꝙ sanitas est pp medicinã: non ideo sequitur ꝙ medicina sit magis desiderabilis, qa sanitas est in ordine finium: medicina autẽ in ordine cãꝝ F efficientiũ. Sic igitur si accipiamus duo, quoꝝ vtrũq sit per se in ordine obiectorũ cognitionis, illud propter quod aliud cognoscit, erit magis notũ sicut principia conclusionibus. Sed habitus non est de ordine obiectorum, inquantum est habitus, nec propter habitum aliqua cognoscunt̃ sicut pp obm cognitũ: sed sicut propter dispositionem vel formam, qua cognoscens cognoscit. Et ideo ratio non sequitur. Hęc ille. Correlariũ ℭEx quibus patet ꝙ prędicta propositio non solum tenet in causis efficientibus, sed ẽt in genere cãꝝ finalium. Notandũ. Esse in genere cau. effi. dupl̃r. Sed sciẽdum ꝙ dupl̃r est aliquid in gñe cãrum efficientium. ⁋Vno modo directe. ⁋Alio modo reductiue. Finis ergo est in genere esse efficiẽtis non directe, sed reductiue fm. D.S. in libro de Causis lec. 1. co. 3. & 4. vbi sic ait. In causis ẽt finalibus manifestũ est verificari oĩa prædicta. Nam pp vltimum finẽ qui est vniuersalis, alij fines appetuntur, quoꝝ appetitus aduenit post appetitum vltimi finis, et ante ipsum cessat. Et huius ordinis ratio ad genus causę efficiẽtis reducitur. Nam finis intantum est causa, inquantũ mouet efficientem ad agendum. Et sic prout habet rõnẽ mouentis pertinet quodammodo ad causę efficiẽtis genus. Hæc ille. Ad tertiũ. ℭDicendũ. 3. fm. D.S. in. 2. Sniaꝝ. di. 15. q. 12. ad quartũ, ꝙ filia sunt q̃ in eadẽ forma cõicant, Sed contingit ꝙ illam formam nõ vniformiter

G participant quædam, qa quod est in vno diffinitiue, in altero est eminentius. Et hic oportet inueniri fm Diony. in oibus causis essentialibus. Et ideo ipse dicit φ sol vniformiter accipit in se ea, quę diuisim per eius actionem in aliis causantur. Et fm hoc dico φ calor, & frigus, & hmôi inueniunt in corporibus cœlestibus nobiliori mô, φ in elementis: non φ istis qualitatibus afficiatur & denominentur, sed sunt in eis sicut in virtute actiua. Et talis similitudo sufficit ad actionem agentis nô vniuoci. Hæc ille. ℭEt effectus est in câ vniuoca fm similitudinem formę eiusdem spei, in causa vero æquiuoca fm similitudinem formę excellentioris fm. D.S. de Malo. q.4. ar.3. Et in prima parte, q.4. ar.2. Et de Potentia. q.7. art.1. & .8. Et super

Correlariū Diony. lec.3. co.3. ℭEx qbus patet φ prædicta propositio intelligitur φ pp quod vnūquodq; tale, & illud magis. s. formaliter vel virtualiter. ℭDicendū. 4.

Ad quartū fm. D.S. in. 4. Sniaꝝ. di. 41. q.1. ar.1. q.1. ad primū, φ quis causa sit potior suo effectu, non tñ oportet φ spē nomen idem effectui & causę conueniat, quia qñq; illud quod est in effectu inuenit in câ nō in eodem modo sed altiori. Et ideo non conuenit causę & effectui

H per idem nomen, neq; per eandem rônem, sicut patet in oibus causis æquiuoce agentibus. Et hoc mô coniunctio viri & vxoris est potior, φ coniunctio vxoris ad consanguineos viri. Non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium quod est vnitas quædam, sicut homo sibijpsi est idem non consanguineus. Hæc

Correlariū ille. ℭEx qbus patet φ prædicta propositio non semper veritatem habet secundum idem nomen & eandem rône, sed fm diuersum nomen, & fm diuersam rône, & fm aliqd nobilius, aliqñ tenet, sicut in æquiuocis, vt ēt patet p. D.S. hic & in. 2. Meta. le. 2. ī principio, & in. 2. Sniaꝝ. di. 15. q.1. ar. 2. ad quartū, sicet

Ad qntū. adductum est ad tertiā instantiā discipuli supra. ℭDicendum. 5. fm. D.S. in libro de Causis. lec. 1. co. 3. & .4. φ si quęratur in vnoquoq; genere causaꝝ, vtrum prædicta verificent in oibus causis quolibet ordinatis, manifestum est φ non. Inuenimus. n. causas ordinari dupl'r. Vno mô p se. Alio mô p accñs. Per se quidem, qñ intentio primę cāę respicit vsq; ad vltimum effectum p oēs medias cās. Sicut cū ars fabrilis mouet manum & manus martellū, qui ferrum percussū extēdit, ad qđ fertur intētio artis. Per accñs autē qñ intentio cāę non procedit nisi ad proximum effectum.

I Quod autē ab illo effectu efficiat iterum aliud, est pręter intentionē primi efficientis, sicut cū aliquis accendit cādelam, præter intentionē eius est φ ipsa accensa accendat aliam, & illa aliā. Quod autē præter intentionem est, sunt oēs cāę per accñs. In causis igit per se ordinatis, hæc, ppō habet veritatem in qbus câ prima monet oēs cās medias ad effectū. In causis autē ordinatis p accñs est ecōuerso. Nam effectus qui p se: ptoducit a câ proxima, p accñs producit a câ prima præter intentionē eius exñs. Quod autē est per se: potius est eo, quod est per accñs. Et pp hoc significādū dicit Proclus, Causa vl's, q est p se. Hęc ille. ℭEt causa per accñs est duplex. Quædā est nihil operās ad effectū, Et quædam est operans ad effectū pręter intentionē. ℭEt hæc est duplex. Quædā est attingens effectū, sicut casus & fortuna. Et quædā est aliquid ei coniunctū sicut occasio, fm. D.S. in primo Sniaꝝ. di. 46. ar.

Correlariū .2. ad tertiū. Et in. 2. Sniaꝝ. di. 1. q.1. ar.1. ad 6m. ℭEx quibus patet φ prædicta, ppō verificat in causis p se et essentialiter ordinatis nō autem in causis accñtaliter ordinatis, vt ēt patet p D.S. in. 1. Sniaꝝ. di. 12. ar. 2. ad

Ad sextū. scdm. ℭDicendū. 6. φ licet aliquod ferrum sit magis calidum φ aliquis ignis p accñs, videlicet pp maiorē

K impressionē in mā ferri φ est cōdensa, & multū retentiua caloris: tñ simpl'r et p se ignis est magis calidus φ ferrum ignitū. ℭDcdm. 7. fm. D.S. in prima parte. q.

Ad septi. 88. ar. 3. ad scdm, φ dcm Phi intelligendū est in his, φ sunt vnius ordinis, vt supra dcm est. Propter Deū autem alia cognoscunt, nō sicut pp primum cognitum sed sicut pp primā virtutis cognoscitiuę causam. Hęc ille. ℭVel dicendum fm. D.S. in prima parte, q. 16. ar. 6. ad primum, φ aia nō iudicat de oibus rebus fm quancunq; veritatē, sed fm primā, inquantum resultat in aīa sicut in speculo fm prima itelligibilia. ℭEx

Correlariū quibus patet φ dcm Phi verificatur in his, quæ sunt vnius ordinis cāę, vt et supra dcm est ad scdam instantiam discipuli. ℭConsiderandū est autem hic primo

Notādum primum. fm. D.S. in pñti passu, & in. 2. Metaph. lec. 2. in principio, si verba eius diligenter considerentur φ prædicta propō non solum verificatur in causis æquiuocis per se essentialiter subordinans: sed ēt veritatē habet in causis vniuocis. Dicit. n. sic in pñti passu, φ câ semper est potior suo effectu. Qñ ergo câ & effectus conueniunt in nomine, tunc illud nomen magis prædica-

L tur de causa, φ de effectu, sicut ignis est magis calidus φ ea, quę p ignem calefiunt. Qñq; vero câ & effectus non conueniunt in nomine. Et tunc licet nomen effectus non conueniat cāę, tñ cōuenit ei aliqd dignius sicut & si in sole non sit calor, est tñ virtus in eo, quædam, quæ est principium caloris. Hæc ille. ℭEx qui-

Correlariū bus patet φ ipsum prædicta propō Phi, ēt veritatem habet in causis vniuocis, videlicet in causis cōuenientibus in noie cū suo effectu, non quidē in prædicationibus vniuocis essentialibus, vt dcm est ad primam instantiā discipuli: sed in prædicationibus vniuocis denoīatiuis. ℭBene. n. sequit. Aqua est calida pp ignem, ergo ignis est magis calidus: qa ibi est prędicatio vniuoca accñtalis, seu denoīatiua. ℭSed non sequit, Ignis genitus est ignis pp ignē generantem: ergo ignis generās est magis ignis, qa ibi est prædicatio vniuoca essentialis in qua prędicta propō non tenet. Aliter, vt voluit argumēm fm suba susciperet magis

Notandū secundū. et minus. ℭConsiderandū est vlterius et. 2. fm. D.S. in 2. Meta. lec. 2. in principio, & fm Philosophum ibidem, φ ista propositio vnūquodq; inter alia dicit maxime tale, ex quo causat in alijs aliquod vniuoce prędicatum de eis, intelligitur in vniuocis, & per se. Vn-

M de Philosophus notanter facit mentionem de vniuocatione; quia quandoq; contingit φ effectus non peruenit ad similitudinem cāę fm eandem rônem speciei, propter excellentiam cāę, vt dicit ibidē. D.S. sicut sol est causa coloris in istis inferioribus, nec tñ inferiora corpora possunt recipere impressionē solis, aut aliorum corporū cœlestiū secundum eandem rationem speciei, cum non cōicent in materia. Et pp hoc non dicimus solem esse calidissimum, sicut ignem: sed dicimus solem esse aliquid amplius. s. quia in eo est virtus quædam excellentior ipso calore. ℭConsiderandū est vl-

Notādum tertium. terius. 3. fm Phm, & D.S. ibidem, φ ista propō, prima causa est maxime vera, & causa aliorum verorū, debet intelligi φ verum conuenit vtriq; formaliter, & non solum virtualiter. Nam oēs res alię adeo sunt verę vna veritate. s. veritate Dei, sicut in principio effectiuo & exemplari: sed sunt verę multis veritatibus formaliter fm. D.S. in primo Sniaꝝ. di. 19. q.5. ar. 2. Et in prima parte. q. 16. ar. 6. Et de Veri. q.1. ar. 4. & q. 27. ar. 1. ad septimum. ℭSed ꝯ hoc instabat discipu-

Discip. lus. Nā si prima câ est illud ex quo cāturverū in oibus alijs rebus creatis, aut ergo illud verū qđ cōuenit prime

A

mę cāę, & oībus alijs rebus creatis, vniuoce eis cōuenit, aut nō. Non primū, qa sic necium esset scotizare, vз ponere aliqd vniuocū Deo et creaturis. Si secūdū, tunc probatio Phi ibi nulla erit, qa sicut in præcedēti notabili dcm̄ est, prima propositio ēt intelligitur in vniuocis, & non in æquiuocis solū. ¶ Si dicat ꝙ sufficit ꝙ illud, quod producit a causa in effectum: sit eis commune nomen, & secundum eandem rationē cōmunem. ¶ Contra, Sol. n. & ista inferiora conueniūt secundum nomen commune, & ſm rōnem communem: videlicet ſm rationem entis. Et tñ non vniuoce in eo conueniunt. ¶ Præterea ſm. D.S. ibidē, ad hoc ꝙ illa prima auctoritas habeat veritatem in vniuocis, oportet ꝙ effectus perueniat ad silitudinē causę secundum eandem rationem speciei. Ergo nō sufficit ꝙ conueniāt in ratione communi.

Responsio

¶ Dicendum ꝙ verum quod dr̄ de prima causa, & creaturis, conuenit Deo & creaturis vniuoce.

Notādum quartum. Prædicari uniuoce de pluribus dupliciter.

¶ Pro cuius declaratione considerandū est. 4. ꝙ aliquid prædicari vniuoce de pluribus potest intelligi dupliciter. ¶ Vno modo accipiendo vniuocationē proprie & stricte, videlicet qñ aliquid prędicat ſm vnum nomen, & eandē rōnē ęqualiter participatā. Et sic verū non dicitur vniuoce

B

de Deo & creaturis, sicut nec ens, vt innuit Phs in. 4. Metaphy. & D.S. in primo libro ꝯ Gentiles. ca. 32. 33. 34. ¶ Alio modo accipiendo vniuocationē large, videlicet ꝓ analogia: ita tñ ꝙ ratio analogi cōueniat vtriqꝫ formaliter, & non solum virtualiter. Et sic verū bene dr̄ vniuoce de Deo & creaturis, hoc est non dr̄ pure ęquoce, nec pure vniuoce, sed analogicę. Et hoc sufficit ad vniuocationem, de qua loquitur Phs in. 2. Metaph.

Notādum quintum.

¶ Cōsiderandū vlterius est. 5. ꝙ si illi quod cātur ab aliqua causa ī aliquo. 3. fuerit nomē speciei, oportet ꝙ tam cā ꝗꝫ illud tertium conueniant in cāto ſm eandem rōnem specificam, ad hoc ꝙ prædicta prima auctoritas Phi habeat veritatē. verbi gr̄a. Ignis est causa caloris in vno tertio. s. in aqua, oportet ꝙ tā calor ignis, ꝗꝫ calor aquæ conueniant ſm idē nomē caloris, & ſm eandē rōnem specificā ipsius caloris. Sed si illi quod causat ab aliqua causa in aliquo. 3. sit nomen commune, & nō nomen proprium alicuius speciei: sufficit ꝙ tā causa ꝗꝫ illud tertium conueniant in rōne cōi illius effectus. Cum ergo verū non sit nomē proprium alicuius speciei, sed se habeat cōiter ad oīa entia, si illud quod est cā veritatis in alijs sit eā cōicās cum effectu in noīe et in rōne cōi ipsius veri, sequitur

C

ꝙ erit verissimum. Sed manifestum est ꝙ prima cā & creaturæ conueniunt in nomine, et in rōne cōi ipsius veri, sicut cōueniunt in nomine et in rōne cōi ipsius entis. Ideo ibi a Pho sufficienter ꝓbatum est ꝙ prima

Correlariū

causa est verissima, quæ est causa oīum veritatū. ¶ Ex quibus patet ꝙ illa propositio Phi. s. ꝑ quod vnumquodqꝫ tale et illud magis pōt duplr̄ intelligi. ¶ Vno modo ꝙ ibi sit aliquis terminus specialis, & non trāscendens, quem participant aliqua duo & vnū participat ipsum per aliud, vt calor, qui est in aliqua calida ꝑ ignē, est in igne veriori mō, et verius habet esse in igne ꝗꝫ ī aqua. Et sic tenet propō. ¶ Alio mō ꝙ sit terminus transcendens, vt verū qđ est cōe rebus mālibus & immaterialibus, & ēt Deo. Et sic bene tenet. Sed non sequit, veritas in rebus mālibus est intelligibilis a nobis ꝑ primam veritatem: ergo prima veritas est magis a nobis intelligibilis. Non valet ꝯña, qa intelligibile a nobis est terminus spālis, & non est terminus transcendens & analogus. Et ꝑ primā veritatem alia cognoscunt, non sicut ꝑ primū a nobis cognitum in ordine obtorū; sed sicut ꝑ primā virtutis cognoscitiue cām, sicut etiam adductum est supra ad secundam & ad septimam instātiam discipuli.

D

Correlariū

¶ Ex quibus ēt patet ꝙ prædicta propositio tenet qñ idem prædicatur de duobus per se ordinatis, quod inest eis vel formaliter vel virtualiter: vñ bene valet. Aer est calidus propter solem: ergo sol est magis calidus, nō quidem formaliter sed virtualiter, vel ista est vera ſm veritatem prędicationis, vt probatum est in. 5. Meta. q. 24. 2. notabili. 3.

Notādum sextum. Expō quorundā modernorū.

¶ Considerandum vlterius est. 6. ꝙ ſm aliquos modernos expositores, sensus prędictę propositionis est talis, ꝑ quod vnūquodqꝫ tale, & illud magis est tale, vel magis ꝗꝫ tale. Et isto modo ſm eos ēt veritatem habet in prædicationibus essentialibus, vnde bene sequit, Sortes genitus est homo propter Platonē generantē: ergo Plato est magis hō, vel magis ꝗꝫ homo. Sed ista expositio est minus decēs & est magis voluntaria, ꝗꝫ cōsona intētioni Phi.

Notādum septimum

¶ Cōsiderandum vlterius est. 7. quod elicitur ex verbis. D.S. ꝙ prædicta propositio potest dupliciter intelligi. ¶ Vno mō in per se essentialiter ordinatis. ¶ Alio modo in accidentaliter ordinatis. Si secundū, sic non tenet, vt patuit ad quintam instantiam discipuli. ¶ Si vero primum, hoc est dupliciter. ¶ Vno modo per se

E

in genere causæ directe. ¶ Alio modo per se in genere causę reductiue. Si secundum, sic tenet, vt patuit supra ad secundam instantiam discipuli in fine. Si vero primum, hoc est duplr̄. ¶ Vno modo in his, quę sunt vnius ordinis, puta vnius ordinis cāæ. ¶ Alio modo in his, quę sunt diuersoꝝ ordinū. Si scd̄m, sic non tenet, vt patuit supra ad scd̄am instātiam discipuli. ¶ Si vero primum, hoc est duplr̄. ¶ Vno mō in causis extrinsecis. ¶ Alio mō in causis intrinsecis. Si scd̄m, sic non tenet formalr̄ loquendo, vt supra patuit in principio corporis articuli. ¶ Si vero primū, hoc ē duplr̄. ¶ Vno mō in causis efficientibus. ¶ Alio mō in causis finalib⁹. Si scd̄m, sic tenet, vt patuit supra ad scd̄am instantiā discipuli. ¶ Si vero primum, hoc est duplr̄. ¶ Vno mō in causis principalibus. ¶ Alio mō in causis minus principalibus. Si scd̄m, sic non tenet: vt patuit in principio articuli. ¶ Si vero primū, hoc est duplr̄. ¶ Vno mō in causis æquocis. ¶ Alio mō in causis vniuocis. Si scd̄m, vel ſm idē nomē propriū, & ſm eādem rōnem essentialē. Et sic non tenet, vt supra patuit ad primā instantiā discipuli, & in. 1. 4. & . 5. notabili. Vel ſm idē nomen cōe, & sic ēt tenet ibidē. ¶ Si autē in causis æquiuocis siue analogis, hoc est duplr̄.

F

Vno mō, qa res importata ꝑ prędicatū est diuersa in vtroqꝫ. ¶ Alio mō, qa non est diuersa. Si scd̄m sic nō tenet: vt supra patuit ad primā instātiā discipuli. ¶ Si vero primū, hoc est duplr̄. ¶ Vno mō qñ vnū est cā alteri⁹ essentiali ordine. ¶ Alio mō accñtali ordine. Si scd̄m, sic nō tenet, vt patuit ad primā instātiā discipuli. ¶ Si vero primū, hoc ē duplr̄. ¶ Vno mō qñ prędicatū ē termin⁹ spālis. ¶ Alio mō qñ p̄dicatū est terminus trāscēdēs. Si scd̄m, sic tenet. ¶ Si vero primū, hoc est duplr̄. ¶ Vno mō ſm formā eiusdē rōnis, & sic nō tenet. ¶ Alio mō ſm formā alterius rōnis, & sic tenet vt patet ꝑ. D.S. in. 2. Sn̄iarū. di. 27. q. 1. ar. 1. ad primū, vbi sic ait, Alr̄ est in noībus illis, q̄ exprimūt formas gn̄ales, & q̄ exprimūt formas spāles. Formas. n. spālis quæ informat aliquod subm̄, non informat alia forma eiusdem rōnis. Sicut color non informat colore, sed forte luce. Vnde nō potest dici coloratus: sed forte clarus. Nec similiter albedo colorata. Cōtingit autem ꝙ illud quod est perfectio vnius ſm vnam rōnē, sit perfectum ab alio secundū aliā rōnē: sicut lux perficit colorē, et color ꝑficit suꝑficiē, et superficies corpus

G cuius est terminus. Et ideo perfectio potest dic perfe
cta,& similiter in oĩbus alijs, quæ exprimunt perfe
ctionem in cõi, sicut est hoc nomen bonũ. Et inde est
ꝙ virtus, quæ dicitur bonitas aię ſm ꝙ perficit eam,
etiam potest dici bona secũdum ꝙ est perfecta a quo
dam alio in ordine ad finem,& regula rationis, a qui
bus formam habet & in speciem trabitur. Hæc ille.
Correlariũ ℂEx quibus patet ꝙ cum D.S. dicit in.12.q.55.ar.4.
ad primum. Et Virtu.q.1.ar.2.ad primũ, et ad scdm
ꝙ virtus est bona seipsa,& non per aliam bonitatẽ, et
in.2.Sniaꝝ, vbi supra, ꝙ virtus est bona alio.s. ordi
ne ratione & mensura rõnis, ꝙ in primo dicto loqui
tur de alietate reali: sed in.2. dicto de alietate rationis
sicut etiam lux est perfectio coloris, cum tñ color sit
essentialiter lux ſm Aristo. in libro de Sensu, & Sen
sato, ꝙ lux est tota hypostasis coloꝝ. Et. D.S. dicit in
primo Sniarum. dist.15.q.7.ar.1. ꝙ color est lux incor
porata. ℂVel potest dici ꝙ in primo dicto intelligit
ꝙ virtus non est bona alia bonitate formaliter & in
trinsece. In secundo autem dicto intelligit ꝙ virtus
H est bona originaliter et extrĩsece ordine rõnis. ℂDe
formis autem trãscendentibus, patet ꝙ seipsas deno
minant ſm. D.S. in de Potentia. q.9.ar.7. circa finẽ.
ℂAd primum ergo dicendum ꝙ licet motus localis
nõ habeat calorem in se formaliter, habet tñ in se ca
lorem virtualiter, siue in ipso est virtus quædã vel ali
quid excellẽtius ipso calore, vt in sole est lux, siue ali
qua alia qualitas, quę est principium calorit. Et simi
liter in motu locali est virtus per quam est quodãmo
do primum oĩum motuum. Primum autem in vno
quoqꝫ genere est principium & per se causa omnium
aliorum in illo genere, vt dicitur.2. Meta. Vnde mo
tus localis est per se causa cuiuslibet alterationis. Et
quia calefactio est prima alteratio, sicut caliditas in
ter oẽs qualitates alteratiuas est prima, ideo motus lo
calis est per se causa caloris. ℂAd scdm dicendum ꝙ
inter ea, quæ sunt eiusdem speciei non est ordo essen
tialis, sed solum ordo accidẽtalis. Nam scda causa in
quantum causat, non depẽdet a causa prima, licet de
pendeat a prima in fieri, non tamen in conseruari vel
in esse suo, vel in aliquo altero. Filius.n. põt causare
mortuo patre,& præter intentionẽ eius. Et sic in ppo
sito illa propositio non habet virtutẽ, vt patuit ẽt ad
I primam, & ad quintam instantiam discipuli. ℂAd
tertium dicendum sicut ad scdm. ℂAd quartum di
cendum ꝙ licet albedo non sit alba, habet tñ ſm mo
dum prædicandi vel significandi aliquid perfectius
albo, in boc ꝙ abstractum quod significat per modũ
subę perfectius est, ꝙ̃ concretum, qd' significat ꝑ mo
dum alteri adiacentis. Et sic bene sequiẗ hoc albũ, est
album ꝑꝑ albedinem. Ergo albedo est potior & ex
cellentior ipso albo, quantum ad boc, quod dictũ est
logicæ. Sed hoc est secundum modum significandi,
& logicę, sed non secundum rem: vñ hæc respõsio nõ
est ita consona intentioni Phi, vt dcm̃ est.6. notabili,
licet prædicato essentialis sit dignior denominatiua.
ℂQuęstio.12. de errore quorũdam dicentiũ nullius
Lec.7. rei esse sciam, et in lectione septima Sancti Doctoris.

CONSEQVENTER considerandũ est de
erroribus aliquorum, qui proueniebant ex prædicta
Primum. determinata veritate. ℂCirca quod duo occurrunt
cõsiderãda. ℣Nã primo cõsiderãdũ est de errore illo
rum q dicebant ꝙ nullius rei esset scia. ℂScdo de er
rore illorũ qui dicebãt oppositum, vꝫ ꝙ oĩum rerum
potest esse scientia et demonstratio. ℂCirca primum
quæruntur duo. ℣Primo vtrum alicuius rei possit es
se scientia, ℂSecundo vtrum cognitio principiorum
sit principium, siue causa cognitionis conclusionis. K
ℂSequitur in Pho. D.S. {Quibus quidã.} Arti. I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ
nullius rei possit esse scientia. Et hoc rationibus ali
quorum antiquorum. ℂNam principia demonstra Primum.
tionis, aut procedunt in infinitũ, aut in eis est status.
Si primum, igitur in eis non est accipere prima, cũ in
finita non contingat pertrãsire, vt ad primum perue
niatur. Et ita non contingit primum cognoscere. Et
per consequens nihil contingit cognoscere. Nam po
steriora nõ possunt cognosci, ignoratis primis. Si au
tem est status in principijs, oportet ꝙ principia non
sciantur, quia scire est aliquid cognoscere per demon
strationem, vt patet per primã diffinitionem demon
strationis. Prima autem principia non habent aliqua
priora per quæ possint demõstrari. Ergo prima prin
cipia non sciuntur, & per consequens neqꝫ posterio
ra. Et sic nullius rei erit scientia. ℂPræterea, Si alicu Secũdum.
ius rei esset scĩa, oporteret dicere ꝙ aliqua esset scien
tia, quæ non baberetur per demonstrationem. Sed
consequens est falsum, cum scientia, vt supra dictum
est, sit babitus conclusionis per demonstrationem ac L
quisitus. Patet sequela. Nam si aliqua conclusio sciẗ,
necesse est & principia sciri, immo ea magis sciri, ꝙ̃
conclusionem, vt supra probatum est. Sed princi
pia non sciuntur per demonstrationem. Ergo aliqua
sciuntur non per demõstrationem. ℂSed contra est
Phs in textu: ibi {Quibusdã igitur ꝑꝑ boc qd' opor
tet prima scire, non videtur scientiã esse &c.} ℂRe Respõsio.
spondeo, dicendum ꝙ istud est quartum capitulũ hu
ius primi tractatus. In quo Philosophus remouendo
vnam opinionem falsam ponit vnam conclusionem
contra suppositum opinatum, ex qua sequitur cõclu
sio responsiua ad quæsitum. ℂPro cuius declaratio Notãdum
ne considerandum est primo, ꝙ quia supra ostensum primum.
est ꝙ oportet principia demonstrationis sciri, iõ qui
busdam Phis visum est ꝙ nullius rei possit esse sciẽtia
propter rationes adductas in principio articuli. Sup
ponebant autem ꝙ omnis scientia haberetur per de
mõstrationem. Cũ ergo prima principia, non possint
demonstrari, dicebant ꝙ principioꝝ non est scĩa, &
per consequens neqꝫ conclusionum. ℂContra vero Conclusio
istud suppositum Phs adducit vnam conclusionẽ, vi
delicet ꝙ non omnium est scientia per demonstratio M
nem accepta, sed aliquoꝝ videlicet cõclonum est scĩa
per demonstrationem acquisita, aliquoꝝ autem vide
licet primorũ principiorũ est scĩa indemonstrabilis.
℣Quę quidem conclo, sic probaẗ ſm Phm. Nam ne Ratio.
cesse est scire.i. certitudinaliter cognoscere priora, ex
quibus est demonstratio, qa ignoratis prioribus oĩa
alia ignoranẗ. Sed talia cõtingit aliqñ ad immediata
reducere: aliter inter duo extrema, videlicet inter sub
iectum, et prædicatũ essent infinita media actu, quod
infra improbabiẗ. Immediata autẽ, cũ sint priora, sũt
indemonstrabilia. Ergo necesse est aliquoꝝ sciam es
se ꝑ demõstrationẽ,& aliquoꝝ esse sciam sine demõ
stratione. ℂEx quo sequiẗ cõclo responsiua ad quęsi Correlariũ
tũ, videlicet ꝙ alicuius rei est scĩa. Nã principiorũ est
scĩa sine demr̃atione. Cõclonũ vero est scĩa ꝑ demr̃a
tionẽ acquisita, vt dcm̃ est ergo alicuius rei est sciẽtia.
Aliter sequereẗ ꝙ sylls demr̃atiuus esset frustra, cum
finis eius sit facere scire, vt in prohemio huius decla
ratũ est. ℣Sequereẗ ẽt ꝙ genus studij esset inane,& ꝙ
desideriũ humanũ esset frustra, cũ oẽs hoĩes naã scire
desiderẽt, vt patet in principio Meta. ℂCõsiderãdũ Notandũ
vlterius est.2. ſm. D.S. in lra sicut ẽt supra dcm̃ est, ꝙ secundũ.
scĩa accipitur duplr. ℣Vno mõ ꝓprie.s. pro habitu
conclusionis:

A conclusionis:prout distinguitur contra intellectum,
vt patet.6.Ethico.Et isto modo quælibet scientia ha
betur per demonstrationem.¶Alio modo accipitur
scientia cõmuniter,non tamen cõmunissime:sed cõ
muniter, videlicet pro omni certitudinali cognitio
ne.Et isto modo necesse est ꝙ aliquorum sit scientia
absq; demõstratione,vt de principijs dictum est:quę
considerata vt principia sunt, demonstrari non pos
Notādū.3. sunt.Aliter principiorum essent principia.¶Conside
randum vlterius est.3.ſm Phm in textu, ꝙ non solũ
immediatorum principiorum est scientia, immo eo
rum cognitio est principium quoddam totius scien
tiæ.Nam ex cognitione principiorum deriuatur co
gnitio conclusionum:quarum propriæ est scientia.
Ipsa vero principia immediata non per aliud extrin
secum medium cognoscuntur:sed per cognitionem
propriorum terminorum.Cum ergo illud,quod est per
se,sit causa & principium illius,quod est per aliud:ra
tionabiliter dicitur ꝙ principia sunt causa cognitio
nis conclusionis,vt infra declarabitur. Hæc omnia.
B D.S.in lec.¶Ad primum igitur dicendum ꝙ in prin
cipijs demonstrationis est status: quæ quidem sciunt
.i.certitudinaliter cognoscuntur, cognitis terminis:
& non per demonstrationem. Non enim necesse est
oium eē sciam per demõstrationem, vt declaratũ est.
¶Ad secundum patet solutio in secundo notabili.
¶Vbi supra in Phylosopho, &.D.S.potissime ibi,
{Hæc igitur sic dicimus &c.} Articulus. II.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ
Primum. cognitio principiorum non sit causa siue principium
cognitionis cõclusionum. ¶Nam aut esset causa in
trinseca,puta materia & forma,aut esset causa extrin
seca:videlicet efficiens vel finis. Non primum: quia
non est pars ipsius conclusionis,cum medium nõ in
trat conclusionem.Neq;.2.quia sequeretur ꝙ in ma
thematicis esset efficiens & finis:cum in eis sint prin
cipia demõstrationis certissima, quod est cõtra Phm
Secũdum. 3.Metaphy.ergo nullo modo principia siue pmissæ
sunt causa cognitionis conclusionum. Præterea,illa
qualitas per quam aliquid agit producendo sibi simi
le,est qualitas actiua.Si ergo cognitio principiorum es
set causa cognitionis cõclusionum, sequeretur ꝙ co
C gnitio,siue scientia eorum esset qualitas actiua:quod
Tertium. est falsum;ergo &c.¶Præterea,lumen intelligibile,
& species intelligibilis,& doctor exterior,sunt causę
cognitionis conclusionũ in discipulo:ergo non prin
cipia siue pmissæ.¶Sed contra est Phs vbi supra po
tissime circa finem lectionis dicens, {Hæc igitur sic
dicimus non solum scientiam esse,sed principiũ sciẽ
tię quoddam esse dicimus:inquantum terminos cogno
Cõclusio. scimus &c.} Rñdeo dicendũ ꝙ cognitio principio
rum siue pmissarum,est causa cognitionis ipsarum con
clusionum. Quod patet ſm.D.S.in lec.& ſm Phm
Ratio. elicitiue:tali ratione.¶Nam semper illud quod est p
se,est causa illius,quod est per aliud: vt patet.2.Phy.
&.2.Metaphy.Sed principia cognoscũtur per se, &
nõ per aliquod medium extrinsecum, vt dictum est:
sed cognitis terminis,immediate sunt p se nota. Cõ
clusio vero cognoscitur per aliud, videlicet per prin
cipia:ergo cognitio principiorum est causa cognitio
Discip. nis conclusionum. ¶Sed instabat discipulus. Nam
illud,cuius cognitio dependet ex pexistenti cognitio
ne,non cognoscitur per se:sed per aliud. Sed cogni
tio principiorum dependet ex pexistẽti cognitione:
videlicet ex cognitione intellectiua terminorum, vt
supra concessum est:ergo principia non cognoscunt
Respõsio. per se,quod est contra pdicta.¶Dicendum ad mino

rem ꝙ licet cognitio principiorum dependeat ex prę D
existenti cognitione incomplexa, videlicet ipsorum
terminorum,non tamen fit ex præexistenti cognitio
ne cõplexa:quæ videlicet acquiritur per discursum.
¶Considerandum est autem hic primo pro amplio Notādũ.1.
ri declaratione pdictæ conclusionis,ſm.D.S.in pri
ma parte.q.antepenultima.ar.1.ꝙ effectuum, q sunt
ab exteriori principio,quidam sunt ab exteriori prin
cipio tantum:sicut forma domus causatur in materia
solum ab arte artificis. Alij vero sunt qui quandoq;
sunt ab exteriori principio, & quãdoq; ab interiori:
sicut sanitas quãdoq; causatur in infirmo ab exterio
ri principio.s.ab arte medicinę:quandoq; vero ab in
teriori principio videlicet cum aliquis sanatur p vir
tutem naturę.Scientia autem est de numero illorum
effectuum,qui fiunt quandoq; ab exteriori,& quan
doq; ab interiori principio.Causatur autem scientia
conclusionis in discipulo quandoq; per inuentionẽ
ab interiori principio videlicet a lumine naturali in
tellectus agentis. Quandoq; vero causatur in eo per
acquisitionem ab exteriori principio videlicet a ma
gistro docente,& proponente discipulo ordinẽ prin E
cipiorum ad conclusionem.¶Considerandum vlte Notan.2.
rius est.2.ſm eundem ibidem,ꝙ quando aliquis effe
ctus fit,tam a principio exteriori,quã a principio in
teriori,tunc principium exterius non operatur sicut
principale agens:sed sicut principiũ coadiuuans prin
cipale agens,quod est principium interius, videlicet
confortando ipsum & ministrando ei instrumẽta &
auxilia:quibus vtatur ad effectum producendum, si
cut ars medicinæ confortat naturam. Vnde ars me
dicinæ non operatur tanq̃ principale agẽs:sed tanq̃
principium coadiuuans ipsam naturam confortãdo.
Cum igitur scientia sit a magistro tanq̃ ab exteriori
principio & a lumine naturali intellectus agẽtis tanq̃
a principio interiori,relinquitur ꝙ magister docens
erit principium coadiuuans:& non principale agẽs.
Ipsum vero lumen intellectus agentis erit agens prin
cipale:principia vero siue pmissæ erunt causæ instru
mentales cognitionis ipsius conclusionis in discipu
lo.Species vero intelligibilis erit principiũ quo for
matur conceptio cõclusionis:cuius signa sibi propo
nuntur exterius.Ex quo patet solutio ad tertium ar F
gumentum.¶Ad primum igitur dicendũ ꝙ duplex Efficiens
est efficiens.s.reale quod quidem agit per naturalem duplex.
transmutationem:siue per motum phylosophicum,
& efficiens rationis.Licet ergo in Mathematicis nõ
sit efficiens primo modo dictum, bene tamen est ibi
efficiens secundo modo.Præmissę autem demõstra
tionis non sunt huiusmodi principia realiã,sed ratio
nis:vnde ratio non sequitur. ¶Vel dicendum ſm.
D.S.in.3.Metaphy.ꝙ licet in Mathematicis quantum
ad formalem rationem considerandi non sit efficiẽs
& finis,cum talis cõsideratio abstrahat ab omni mo
tu,tñ realiter in eis est efficiens,cum in eis repeiatur
bonum.¶Vel dicendum ꝙ licet abstrahant ab om
ni motu physico siue naturali,non tamen abstrahũt
ab omni motu Metaphysico qualis est motus a prin
cipijs ad conclusionem. ¶Ad secundum dicendum
ſm.D.S.in prima parte,vbi supra ad secundum, du
plex est qualitas:per quam agens agit. ¶Nam quędã Qualitas,
est per quam agens agit per modum agentis natura qua agens
lis:& talis dicitur qualitas actiua. ¶Alia est qualitas agit duplx.
per quam agens dirigitur in operando: & talis non
semper est qualitas actiua,vt accidit in proposito de
scientia.Magister.n.docens non causat scientiam in
discipulo per scientiam principiorum per modum

G agentis naturalis, vt Commentator obijcit: licet est principium quo aliquis dirigitur in operando. Vnde non oportet ꝙ sciẽna sit qualitas actiua: sed est pncipium, quo aliquis dirigitur in docendo: sicut agens naturale est principium, quo aliqs dirigit in opãdo. ¶Ad.3. patet solutio ex dictis in secundo notabili.

¶Quæstio.13. de errore dicentium omnium rerum posse esse scientiam: & in lectione.8.D.S.

DEINDE oportet considerare de alio errore Phorum, qui propter determinata dicebant: omniũ rerum esse sciẽtiam, etiam per demonstrationem: qa fm eos, demonstratio circularis erat possibilis. ¶Circa quod quæruntur duo. ¶Primo vtrum demonstratio circularis sit possibilis. ¶Secundo vtrũ syllogismus circularis sit possibilis.

¶Seqſ̃i Phylosopho & i. D.S. {Circulo quoq.}

¶Articulus primus.

Primum. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ demonstratio circularis sit possibilis. ¶Nam syllogismus circularis ẽ possibilis: vt patet.2. Physicorum. Cum ergo demõstratio sit syllogismus, videtur ꝙ pa-

Secũdũ. ri ratione demõstratio circularis sit possibilis. ¶Præterea, effectus potest demonstrari per causam: & causa per effectum, vt infra probabitur: ergo demonstra-

Tertium. tio circularis est possibilis. ¶Prçterea, illud, quod est notum per aliud, potest probari per illud aliud: ergo

H pari ratione illud, quod est notum per se, potest probari per se. Sed constat aliquam propositionem esse per se notam: ergo talis propositio poterit p seipsam probari. Et per consequens non erit inconueniens idem demonstrari per idem. Et sic demonstratio cir-

Quartũ. cularis erit possibilis. ¶Præterea, idem potest esse cã & effectus: vt patet.2. Physicorũ, de deambulatione post cęnam respectu sanitatis: ergo idem potest eẽ notius, & ignotius: prius, & posterius respectu eiusdem.

Quintum. Et sic demonstratio circularis erit possibilis. ¶Præterea, illa demonstratio, qua vere vtitur Phs, est possibilis. Sed demonstratio circularis est huiusmodi: vt patet per Phm i hoc primo libro. lec.14. & per. D.S. ibidem, vbi sic ait, Videtur autem ꝙ Arist. vtatur demonstratione circulari: quã supra improbauit. Ostẽderat enim supra quod demõstratio ẽ necessariorum ex hoc ꝙ est eorum quę sunt per se. Nunc autem ecõuerso ostendit ꝙ demonstratio est eorum quæ sunt

I per se: qa est necessariorum. Hęc ille igitur &c̃. ¶Sed cõtra est Phs in textu dicens, Circulo quoq; ꝙ impos-

Responsio. sibile sit demonstrare manifestum est. ¶Respondeo dicendum ꝙ istud est.5. capitulum, & vltimum hui⁹ primi tractatus. In quo Phs remouẽdo errorem quorundam Phorum dicentium omnium esse scientiam p demonstrationem, videlicet circularem: ponit tantũ vnam conclusionem, quę est responsiua ad q̃sitam: videlicet ꝙ circulo demõstrare est impossibile. Quam

Cõclusio. conclusionem probat Phs tribus rationibus. ¶Qua-

Prima rõ. rum prima talis est. Nam si demonstratio circularis esset possibilis, sequeretur ꝙ idem esset prius & posterius: notius & ignotius respectu eiusdem: eodem modo, & simpliciter. Sed consequens est impossibile: ergo & illud ex quo sequitur. ¶Patet sequela. Nã principium demonstrationis est prius & notius ipsa conclusione: vt ex supradictis patet. In syllogismo autẽ circulari idem est principiũ, & conclusio: quia quod in primo discursu accipitur pro principio, in secũdo discursu accipitur pro conclusione, & est conclusio eius: ergo principium erit notius conclusione in primo discursu, & ignotius in secundo discursu: cũ conclusio primi discursus efficiatur principium in secundo discursu. ¶Secunda ratio est talis. Nam si demon- K Secũda rõ.

stratio circularis esset possibilis, sequęretur ꝙ idẽ demonstratiue probaretur per idem. Sed cõsequens est inconueniens: quia isto modo tam sciens q̃ ignorãs faciliter demõstraret, & syllogismus demonstratiuus non esset generatiuus scientiæ. Probatio consequẽtiæ. Nam quãdo.3. sequitur ad.2. fm ꝙ fm sequitur ad primum, necessario.3. sequitur ad primum: qa qcquid sequitur ad consequens bonæ consequentię, sequitur etiam ad eius antecedens: vt patet per Phm in lib. Priorum, vnde bene sequitur. Si hoc est homo, est rationabile: sed si est rationale, est risibile: ergo si est homo, ẽ risibile. Si igitur ad principium sequitur conclusio, & ad eandem conclusionem sequitur idẽ principium circulariter, tunc idem principium sequitur ad ipsum principium. Et sic idem demõstrabitur per idem, quod fuit probãdum: verbi gratia. Si ad.a. .i. ad hominem sequitur.b.i. rationale, & ad.b.i. ad

L rationale, sequitur.c.i. risibile, necesse ẽ ꝙ ad.a.i. ad hominem sequatur.c.i. risibile, & vt patet per regulã Prioristicam adductam. Similiter si ad.a.i. ad principium sequitur.b.i. conclusio, & ad.b.i. ad conclusionem sequitur.a.i. principium per demonstrationem circularem, & ponatur vltimum.a. in loco tertio, videlicet loco ipsius.c. necesse est ꝙ ad.a.i. ad pncipiũ sequatur.a.i. ipsum principinm, per eandem regulã: sicut ad.a. sequebatur.c. ¶Tertia ratio talis. Nam si Tertia rõ.

omnia possunt demonstratione circulari demõstrari, sequitur ꝙ in tali demonstratione posset concludi vtraq; præmissarum. Hoc autem vr̃ est falsum: quia hoc solum potest fieri dummodo termini sint cõuertibiles: vt patet in.2. Priorum, sicut in sequenti articulo declarabitur, Sed manifeste constat ꝙ non om- M

nes propositiones componuntur ex terminis cõuertibilibus: ergo vacuum est pp̃ter hoc dicere ꝙ omnia possunt demonstratiue sciri per demonstrationẽ circularem, ¶Considerandum autem est hic primo pro Notãdum, primum.

ampliori declaratione pręsentis cõclusionis. fm. D. S. in pręsenti lectione, ꝙ syllogismus circularis dicitur, quando ex conclusione, & altera præmissarum conuersa, cõcluditur reliqua præmissa: sicut si fiat talis syllogismus. Omne animal rationale est risibile: sed omnis homo ẽ animal rationale: ergo omnis hõ est risibilis. Assumatur igitur conclusio tanq̃ p̃missa siue principium, & adiungatur ei minor, & inferatur maior i hoc modo, Omnis homo est risibilis, omne animal rationale est homo: sequitur ergo, omne animal rationale est risibile: quæ erat maior prima syllo-

gismi. ¶Considerandum vlterius est secundo ꝙ de- Notan.2. Demon. circula. esse possibilem dupliciter.

monstrationem circularem esse possibilem, potest intelligi dupliciter. ¶Vno modo variando demõstrationis genus. i. mutando demonstrationem, quia est, in demonstrationem propter quid: & econuerso. Et isto mõ demonstratio circularis est possibilis. ¶Alio modo seruando idem genus demonstrationis: videlicet propter quid. Et isto modo demonstratio circularis est impossibilis: potissime in eodem genere cãę.

¶Considerandum vlterius est.3. ꝙ p̃dictus primus Notan.3.

modus demonstrandi, videlicet variando demõstrationis genus, non est proprię circularis: quia demonstratio dicitur metaphorice circularis ad similitudinem figuræ circularis ad quam requiritur ꝙ fiat processus vniformis: videlicet ab eodem puncto ad idẽ punctum. Quando vero variatur genus demonstrationis vel genus causæ non obseruatur vniformitas. Vnde talis demonstratio non dicitur circularis proprie loquendo, Simpliciter igitur & proprie loquẽdo,

A do,dicendum est ꝙ demõstratio circularis nullo mõ
est possibilis. ℭAd primum igitur dicendum negan-
do consequentiam:qa idem potest esse magis proba-
bile,& minus probabile apud diuersos. Syllogismus
igitur probabilis siue dialecticus procedit ex proba-
bilibus . Ideo syllogismus circularis est possibilis,
non autem demonstratio circularis:quia demonstra
tio vt dictum est,proprie loquendo,procedit ex prio
ribus & notioribus simpl'r respectu eiusdem:etiam
apud diuersos,vt patet in sequẽti articulo ad primũ:
vnde nõ est simile. Ad.2.patet solutio ex dictis in.2.
&.3.notabili. ℭAd.3.dicendum negando consequẽ
tiam:qa probatio importat discursum. Discursus au-
tem nõ est eiusdẽ ad seipsum:sed est de vno ad aliud.
Ideo illud quod est notum per aliud , potest probari
ꝑ illud aliud,nõ tñ illud,qđ est notũ ꝑ se,põt ꝑbari ꝑ
se. ℭAd.4.dicendum sicut ad.2. ℭAd.5.dicendum
ẛm.D.S.ibidem quo supra.s.lec:13.ostendit Aristo.
demonstrationem esse necessariorum, nõ solum pro
pter hoc,ꝙ est eorum,quę sunt per se:sed etiam ex dif
B finitione eius quod est scire. Et hic fuit verus demon
strationis modus. Quod autem ostendit demonstra-
tionem necessariam esse propter hoc ꝙ est eorũ, quæ
sunt per se,non est vera demonstratio : sed est ostẽsio
ad hominem,apud quem notum est ꝙ demonstratio
sit eorum,quæ sunt per se. Hæc ille.

ℭVbi supra in.D.S.& ꝑcipue ibi, {Ex his autem
apparet,&c̃.} ℭArticulus secundus.

Primum. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ
syllogismus circularis non sit possibilis. ℭNam syl-
logismus differt ab inductione , vt patet per Phm in
prohemio huius,ex eo ꝙ syllogismus procedit ex no
tioribus simpl'r: inductio vero ex notioribus nobis.
Si igitur syllogismus circularis esset possibilis,seque-
retur ꝙ idẽ esset notius & ignotius,causa & effectus,
prius & posterius.simpliciter respectu eiusdem, sicut
probatum est de demonstratione circulari. Sed hoc
est inconueniens:vt cõcessum est. Ergo syllogismus,
Secundũ. circularis non est possibilis. ℭPręterea,quando idẽ
probatur per idem,causatur fallacia petitionis prin-
cipij,vt patet in primo Elenchorum. Sed in syll'o cir-
culari idem probatur ꝑ idem. Ergo talis syllogismus
Tertium. est sophisticus & non verus. Et idem qđ prius. ℭPrę-
C terea,si sic:aut talis syllogismus fieret in omni figura,
aut in aliqua tantum. Non est dicendum primum,vt
patet per Phm.2.Phy.& ꝑ.D.S.in ꝑsenti lec. Neq;
etiam est dicẽdum ẛm:quia nõ est maior ratio ꝙ pos-
sit fieri in vna figura magis,q̃ in alia, vel det talis dif-
ferẽtię rõ. Ergo talis syll's non est possibilis. ℭSed cõ-
tra est Phs.2.Phy.&.D.S.in præsenti lec.ibi,

Ex his igi͂r apparet ꝙ dialecticus syllogismus
potest esse circularis,procedit enim ex proba
bilibus,& ex his quę sunt magis nota nobis.
Contingit enim idem esse magis & minus
notum apud diuersos.

Conclusio Hæc ille. ℭRespondeo dicendum ꝙ syllogismus cir-
Probatio. cularis est possibilis,vt patet secundo Phy. ℣Quod
sic probatur ẛm.D.S. Nam ex conclusione cum alte
ra ꝑmissarum conuersa,potest cõcludi reliqua . Ergo
syllogismus circularis est possibilis. Patet consequẽ-
tia per locum à diffinitiõe ad diffinitum. Nam syllo-
gismus circularis , vt dictum est in ꝑcedenti articulo
ẛm.D.S.dicitur processus syllogismus, in quo ex cõ
clusione & conuertente vnius præmissarum infertur
altera ꝑmissa. ℣Antecedens probatur . Nam ex con-
clusione istius syllogismi omne animal rationale est
risibile,omnis homo est animal rationale , ergo om- D
nis homo est risibilis,cum conuertente minoris, põt
inferri maior in barbara:sic syllogizãdo, Omnis ho-
mo est risibilis , omne animal rationale est homo:er-
go omne animal rationale est risibile. Ista autem con
clusio erat maior processus primi,vt etiam in ꝑceden
ti articulo exemplificatũ est . ℣Ex quo patet ꝙ ipsius
syllogismi circularis est duplex processus,vnus a præ
missis ad conclusionem : secundus a conclusione ad
alterã ꝑmissaꝝ. ℭCõsiderãdũ ãt est hic primo ꝙ syl- Notan. 1.
logismus circularis habet fieri in terminis conuerti-
bilibus. Aliter præmissa vniuersalis affirmatiua non
posset circulariter concludi,quod est contra Phm.2. In quibus
Prioꝝ. Quod sic p3. Nam aut ambę ꝑmissæ sunt vni- potest esse
uersales,aut alia vniuersalis & alia particularis : quia syll's circu
ex puris particularibus nihil sequitur . Si secundum, laris.
sic conclusio erit particularis per vnam regulam prio
risticam:videlicet si vna præmissarum ẽ particularis,
cõclusio debet esse particularis . Cuius ratio est,quia
extremitates syllogismi vniuntur in conclusione vir
tute vnionis earum cum medio in pręmissis . Sed cũ
aliqua pręmissarum est particularis,& alia v'lis, extre
mitates vniuntur cum medio particulariter tantum:
quia q̃uis vna earum vniatur cum medio v'r,alia ta-
men vnitur particulariter solum cum ipso medio:er-
go tales extremitates solum particulariter in conclu- E
sione debent vniri. ℣Item in tali dispositione ꝑmissa
v'lis,et ꝑmissa ꝑticularis,se hñt sicut cã v'lis & cã ꝑticu
laris effectiua in naturalibꝰ. Sed ĩ naturalibus effectus
magis assimilatur causæ particularis q̃ v'li . Ergo si-
militer in prędictis conclusio magis debet assimilari
præmissæ particulari q̃ v'li. Ex cõclusione enim par-
ticulari cum conuertente premissæ particularis,non
potest concludi v'lis,vt patet per regulam eandem. Si
autem primum,tunc nulla præmissarum poterit cõ-
uerti in v'em,nisi constituatur ex terminis conuerti-
bilibus. Conuertetur ergo per accidens in particula-
rem. Quæ conuertens cum conclusione non poterit
inferre vniuersalem propter rationem iam dictam et
assignatam . Patet ergo ꝙ syllogismus circularis de- F
bet esse ex terminis conuertibilibus ad concludendũ
circulariter ꝑmissam vniuersalem affirmatiuã. ℣Cõ- Notan. 2.
siderandum vlterius est secundo ꝙ in modis conclu- In modis
dentibus conclusionem negatiuam,ꝑmissa affirmati concludẽti
ua non potest circulariter syllogizari;quia.n.conclu bus negati
sio est negatiua,nunq̃ poterit accipi pro pręmissa ad uam nõ ꝑt
concludendum affirmatiuam;quia si vna ꝑmissarum esse,syll's
est negatiua,conclusio erit negatiua,vt patet per vnã circularis.
regulam prioristicam . ℣Cuius ratio ẽ,quia vnio vel
separatio extremitatum in conclusione, sequitur ꝑꝑ
vnionem vel separationẽ eaꝝ in ꝑmissis. Sed qñ vna
ꝑmissaꝝ est affirmatiua , & alia negatiua, duæ extre-
mitates separantur abinuicem,per hoc,ꝙ vna coniũ-
gitur cũ medio in ꝑmissa affirmatiua,& alia separat a
medio in præmissa negatiua:ergo oportet ipsas extre
mitates separari abinuicem in conclusione:ergo quã
docunq; aliqua ꝑmissarum est negatiua, oportet con
clusionem esse negatiuam. ℣Ex puris etiam negati-
uis nihil sequitur:quia propter separationem aliquo
rum extremorum ab vno tertio, non sequitur separa
tio eorum inter se:sicut propter separationem homi-
nis & risibilis a lapide,non sequitur separatio homi-
nis & risibilis ab inuicem. Sed quando ꝑmissæ sunt
ambæ negatiuæ,denotatur ibi separatio duarum ex-
tremitatum ab vno tertio.s.a medio:ergo non sequi
tur separatio duarum extremitatum inter se. Ideo ex
puris negatiuis nunq̃ formaliter sequitur aliqua cõ-

G clusio: nec in aliqua figura pōt ex eis fieri bonus syllogismus. Ex conclusione igitur negatiua cum altera pmissarum negatiua non potest concludi pmissa affirmatiua. ¶ Ex quo patet ꝙ in .2. figura non potest aliq̄ pmissa affirmatiua syllogizari circulariter: quia omnes eiusmodi concludunt cōclusionem negatiuam.

Notādū. 3. In concludentibus particularē nō est syllo circu. ¶ Considerandum vlterius est tertio ꝙ in modis cōcludentibus conclusionem particularem, non potest circulariter concludi premissa vniuersalis: quia in syllogismo circulari vt dictum est, conclusio accipitur p vna premissarum. Præmissa autem particularis non potest inferre vniuersalem per regulam supradictam in primo notabili: quia si vna pmissarum erit particularis, necesse est conclusionem esse particularē. ¶ Ex quo patet ꝙ in .3. figura non potest circulariter concludi vniuersalis: quia omnes modi eius concludunt particulariter. ¶ Patet etiam ex pdictis, ꝙ vniuersalis affirmatiua non potest circulariter concludi, nisi in primo modo primæ figurę. Non enim potest concludi in celarent aut in modis .2. figuræ: quia est affirmatiua, neq; in darij, vel ferio, vel in aliquo modo .3. figuræ: quia est vniuersalis. ¶ Ad primum igitur dicēdum ꝙ syllogismus dicitur procedere ex notioribus simpliciter: quia procedit ex notioribus sm intellectum cum procedat ex vniuersalibus, non autem qa

H procedat ex notioribus simpliciter. i. ex notioribus sm naturam. Inductio vero procedit ex notioribus sensui: cum procedat ex singularibus. Vnde non est sm idem simpliciter sm. D.S. in secundo huius lec. 12. co. prima in principio vbi sic ait, Quia videmus esse quandam generationem in his, quæ circulo generantur, in his etiam contingit obseruari hoc, quod supra dictū est. s. ꝙ syllogizetur a posteriori, si hoc modo accipiantur termini demonstrationis ꝙ medium & extremi termini seinuicem consequantur: quia in his, quæ sic generantur est quędam conuersio circularis, cum. s. a primo generato deuenitur ad vltimū, & ab vltimo reditur ad primum non idem numero, sed idē spetie: vt patet in .2. de generatione. Ei ita nō sequitur ꝙ idē numero sit prius & posterius, effectus & causa. Et hoc ipsum competit progressui demonstrationis, eo ꝙ in præsenti dictum est, quandoq; cōclusiones conuertuntur, vt ex eis. s. syllogizentur aliquę premissarum: hoc enim est circulo demonstrare.

I Quod q̄uis nō competat si omnino sit vnum & idē quod prius fuit conclusio, & postea est principium respectu eiusdem numero, ne sit notius & minus notū, si tamen nō sit omnino idem, sicut accidit in his, quæ circulo generantur nullum inconueniens est. Hæc ille. Idem dicit lec. 14. in principio. ¶ Ad .2. dicendum ꝙ nihil prohibet eundem syllogismum esse dialecticum quo ad nos, & sophisticum simpliciter, sicut etiā sm. D.S. in pma parte. q. 58. ar. 7. ad. 3. ꝙ aliqd cognoscatur per duo media, quorum vnum est perfectius, & aliud imperfectius, nihil repugnans habet, sicut ad eandem conclusionem habere possumus & medium demōstratiuum, & dialecticum. Hæc ille. De quo ēt ad longum disputatum est in quæstionibus fallaciarum. ¶ Ad .3. dicendum ꝙ syllogismus circularis potest fieri in omni figura: sed diuersimode. In pma. n. figura potest concludi circulariter tam affirmatiua q̄ negatiua, tam vniuersalis q̄ particularis. Sed in .2. figura potest cōcludi circulariter negatiua tantum. In .3. vero figura pōt cōcludi circulariter tm̄ pticularis.

Lec. 9. ¶ Quæstio. 14. De dici de omni, & dici de nullo, & est lec. 9. D.S.

CONSEQVENTER considerādum est de his, quibus demōstrator dirigitur, & vtitur in sua demōstratione. K ¶ Circa quod quatuor occurrunt considerāda. ¶ Primo considerandum est de dici de omni, & de dici de nullo. ¶ Secundo de modis perseitatis. ¶ Tertio considerandū est de ipso vniuersali. ¶ Quarto considerandum est de erroribus, qui contingere possunt in assignatione ipsius vniuersalis. Circa primum quæruntur duo. ¶ Primo vtrū diffinitio ipsius de omni sit in textu a Pħo bene assignata? ¶ Secundo vtrum ad ipsum de omni requiratur tam vniuersalitas suppositorum, q̄ vniuersalitas temporum?

¶ Sequitur in Pħo & in. D.S. {Quoniam autem impossibile.} ¶ Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ diffinitio ipsius de omni, nō sit sufficiens, in qua dicitur, De omni est qd qdem est, nō in quibusdam quidem sic, & in quibusdam quidem non, neq; aliqñ quidem sic, & aliquando quidem non, sed de omni, & p se, & semper. ¶ Nam ista propositio est de omni, omnis homo currit, cum nihil sit sub sumere sub subiecto, de quo non denotetur verificari prędicatum. Et tamen prædicatum non conuenit semper subiecto, non enim omnes homines semper currunt: ergo ista diffinitio non est sufficiens. Primum. L ¶ Præterea, Ista diffinitio conuenit alijs a diffinito: ergo non est sufficiens. Secūdum. ¶ Probatio antecedentis, nam conuenit his, quę dicuntur per se: quia illud, quod dicitur per se, conuenit subō pro omni supposito eius & semper. Sed de omni & per se differunt, vt dicitur hic in textu Pħi: ergo &c̄. Sed contra est Phylosophus in textu dicēs, De omni quidem igitur hoc dico, quod vtiq; est, non in quibusdam qdem sic, in quibusdā autem non: neq; aliquando quidem sic, &c̄.

Responsio. ¶ Responsio dicendum, ꝙ iste est .2. tractatus pmi libri Posteriorū, in quo Phylosophus summarie determinat de his, quibus demonstrator dirigitur, & qbus vtit in sua demonstratione. Qui quidem tractatus cōtinet in se quatuor capitula. ¶ In pmo capitulo determinat Pħs de dici de omni posterioristico. ¶ In .2. vero capitulo, quod incipit ibi, {per se autem &c̄,} determinat de modis perseitatis. ¶ In .3. autem capitulo quod incipit ibi, {vniuersale dico &c̄,} determinat de vl̄i posterioristico, siue de sm ꝙ ipsum, vel pmo. M ¶ Sed in .4. capitulo quod incipit ibi, {Oportet autem non latere &c̄.} determinat de quibusdā erroribus, q contingere possunt in assignatione ipsi⁹ vl̄is posterioristici. ¶ Primum ergo capitulum continet solum vnam conclusionem, quæ est responsiua ad quæsitum. Cōclusio. ¶ Videlicet ꝙ prædicta diffinitio ipsi⁹ dici de omni, est bene assignata. Probatio. ¶ Quam conclusionem probat Pħs a signo. Nam non fertur instantia ꝫ diffinitionem, vel ꝫ probationem aliquam, nisi quia deficit aliquid, quod per diffinitionem importatur, & significatur. Sed dum quæritur vtrum aliquid prędicetur de omni, dupliciter fertur instantia, videlicet vel quia in quodam eorum, quę continentur sub subiecto, non inest pdicatum, aut quia aliquando non inest: ergo signum est quod de omni vtrunq; pdictorum requiritur, quæ per diffinitionem eius importantur: ergo prædicta diffinitio est bene assignata. ¶ Vel sic, nam nos non inferimus instantiam cōtra propositionem vniuersalem, nisi, vel quia pdicatum non inest alicui supposito subiecti, vel quia pdicatū non semper inest subiecto. Et ideo est signum ꝙ de omni posterioristicum vtrūq; importat. Notādū. 1. ¶ Considerandum autem est hic primo sm Pħm in textu, ꝙ qa illud,

A illud, quod scit, impossibile est aliter se hre, vt patuit p diffinitionem ipsius scire, ideo illud, quod scit p demonstrationem, debet esse necessarium: sed necessarium sciri non potest demonstratiue, nisi ex necessarijs, vt infra pbabit; ergo op3 demonstrationem ex necessarijs pcedere. Et ideo nunc determinandum est, ex quibus & qualibus necessarijs pcedunt demõstrationes, pmo determinando quid intelligendum est p dici de omni, & quid p se, et qd p secũdum q ipsum, vel primo.

Notan. 2. De omni, per se, & secundum q ipsum, qualiter se.

℄ Considerandum vlterius est hic secũdo fm D.S. in lec. q tria pdicta sunt idem fm rem: sed differunt fm rationem, sicut supius & inferius, habẽt enim se adinuicem ex additione. Nam omne quod pdicatur pmo, siue fm q ipsum, prædicatur p se & de omni: sed non econuerso. Et omne quod pdicatur p se, pdicat de omni: sed non econuerso. Sic ergo se habent in ordine adinuicem, sicut homo, & animal, & corpus animatum. Ista. n. est de omni, sed non p se, videlicet, Omnis homo est in loco. Et ista est p se, sed nõ fm q ipsum, videlicet, Omnis homo est suba. Ex quo patet ordo & numerus trium pdictoꝝ.

Notan. 3.

℄ Considerandum vlterius est hic. 3. fm eundem ibidem, q aliquid dicit pdicari de omni, p comparationem ad ea, q̄ sunt sub subiecto.

De omni. B Per se.

¶ Tũc. n. aliquid pdicatur de omni, quãdo nihil ẽ sub sumere sub subiecto, de quo non dicatur pdicatum, vt patet pmo Prioꝝ. ¶ Sed p se dicitur aliqd pdicari p comparationem ad ipsum subiectum: quia subiectum ponitur in eius diffinitione, vel econtra, vt infra patebit.

Secundum q ipsum.

¶ Aliquid vero dicit primum, siue fm q ipsum pdicari de altero, p comparationem ad ea, quæ sunt pora subiecto, & sunt continentia ipsum subiectum. Nam risibile dicit de Sorte non pmo: quia pus pdicatur de homine.

Notãdũ. 4.

℄ Considerandum vlterius est hic. 4. fm eundem ibidem, q de omni, vt hic sumitur, addit supra de omni, prout sumitur in pmo libro Prioꝝ. Nam in pmo lib. Prioꝝ accipitur de omni cõiter, videlicet vt vtitur eo dialecticus & demonstrator. Et ideo ibi non ponitur in eius diffinitione, nisi q pdicatum insit cuilibet eorum, quæ continentur sub subiecto.

Differentia inter de omni prioristicũ et poste.

¶ Quod contingit dupliciter. ¶ Vel vt nunc. i. in aliquo tempore, & sic eo vtitur quandoq; dialecticus. ¶ Vel simpliciter .i. q̃tum ad omne tempus. Et sic solum eo vtitur demonstrator. Ideo in diffinitione ipsius de omni, Phs duo ponit. Quorum vnum est, q nihil sit sub sumere sub subiecto, de quo non verificetur prædicatum, quod significat per hoc, quod dicit, Non in quodam sic, & in quodam non. Aliud est, q non sit accipere aliquod tempus, in quo prædicatum non conueniat subiecto, pro quolibet eius supposito. Quod q dem designatur per hoc, quod dicitur, Nec aliquando sic, & aliquando non.

C

℄ Ad primum igitur dicendum, q illa propositio est bene de omni prioristico, non autem posterioristico, de quo est hic solum ad p positum. Quid autem sit dici de omni prioristico, in sequenti articulo plenius declarabitur.

℄ Ad. 2. dicẽdum, q de omni, & per se differunt fm rationem, sicut dictum est in secundo notabili: quia per se est inferius, & se habet ex additiõe ad de omni, vñ cõtinet sub de omni, sicut cõtentũ sub diffinito. Vnde nõ sequitur q dicta diffinitio conueniat alijs a diffinito. Sed magis sequitur, q si non conueniret his, quę sunt per se, q non conueniret omni contento sub diffinito.

℄ Vbi supra i. D. S. impertinẽter. ℄ Articulus sedus.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q ad de omni nõ requiratur vl̃tas suppositoꝝ & tempoꝝ.

Primum. ℄ Nam hęc propositio est de omni, Homo est risibilis cum prædicatum conueniat omni supposito subiecti, & semper. ¦ Et tamen non est vniuersalis; sed indefinita. Et sic in ea nõ est vniuersalitas suppositoꝝ, ergo &c.

D

Secundũ.

℄ Præterea, hæc ppositio est de omni, Omnis homo est bonus, cum sit propositio vniuersalis & affirmatiua, vt patet primo Priorum. Et tamen ibi nõ est vniuersalitas temporum: quia prædicatum nõ cõuenit necessario subiecto pro qualibet differentia tẽporis: ergo &c.

Tertium.

℄ Præterea, ista propositio est per se, homo e animal: cum pdicatum sit de diffinitione subiecti, vt infra patebit: ergo est de omni, quia vt cõcessum est, omnis propositio p se, est de omni. Et tamen non est ibi vniuersalitas suppositoꝝ, cum ista propositio non sit vniuersalis: ergo ad de omni non requiritur vniuersalitas suppositoꝝ.

Quartũ.

℄ Pręterea, hęc propositio est de omni, Omnis homo currit, & tamẽ est aliquid sumere sub subiecto, de quo non dicitur prædicatum: quia ibi currit, nõ verificatur de Adam, vel de Antichristo: ergo &c.

Quintum.

℄ Præterea, in ista propositione, Omnis equus currit, est dici de omni. Et tamẽ est aliquid sumere sub subiecto, de quo non dicitur prędicatũ: q potest sumi sub equo pes vel caput, de quo non dicitur cursus: ergo &c.

℄ Sed cõtra est Phs hic in textu: qui per diffinitionem de omni, quam ponit, innuit vniuersalitatẽ suppositoꝝ cũ dicit, ‹ Non in quodam qdem sit, & in quodam non. › Et vniuersalitatem temporum cum dicit, ‹ & non aliquando quidem sit, aliquando non &c. ›

E

Cõclusio.

℄ Respondeo dicẽdum, q ad dici de omni posterioristicum, requiritur tam vniuersalitas suppositoꝝ, q̃ vniuersalitas temporum.

Ratio.

¶ Cuius ratio est, quia ad ipsum, vt per eius diffinitionẽ patet, requiritur q pdicatum conueniat subiecto pro omni supposito eius: ergo ad ipsum requiritur vniuersalitas suppositoꝝ. Et similiter ad ipsum requiritur q pdicatum conueniat subiecto semper, & pro qualibet differentia temporis: ergo ad ipsum requiritur vniuersalitas tempoꝝ.

Vniuersalitas suppositorum : & temporum

¶ Vniuersalitas ãt suppositoꝝ dicitur esse, quando pdicatum conuenit subiecto pro quolibet eius supposito. ¶ Sed vniuersalitas tempoꝝ dicitur esse, quando pdicatum cõuenit subiecto & eius suppositis semper: & p qualibet differentia temporis.

Notan. primum. Vniuersalitas triplex.

℄ Considerandum autem est hic primo pro ampliori declaratione pdictoꝝ, q triplex est vniuersalitas. ¶ Nã quædam est vniuersalitas fm modum enunciandi tantum. s. quando prædicatum ostenditur conuenire omni supposito subiecti per signum vniuersale, & tamen realiter sic ei nõ cõuenit vt hic, Omnis homo ẽ bonus: omnis homo est albus, & sic de similibus. ¶ Alia ẽ vniuersalitas suppositoꝝ fm rem significatam tantum. s. quando prædicatum realiter conuenit omni supposito subiecti. Et tamen ibi non ostenditur conuenire fm modum enunciandi pro omni supposito per signum vniuersale, vt hic, Homo est rationalis: homo est risibilis, & sic de similibus. ¶ Tertia vl̃tas est vl̃tas suppositoꝝ, fm modũ enunciandi, & fm rem significatam simul. s. quando prædicatum per signum vniuersale denotatur inesse cuilibet supposito subiecti: & realiter, sicut denotat sibi cõuenire, ita ei cõuenit, vt omnis hõ est risibilis.

F

Notan. 2. duplex dici de omni.

℄ Considerandum vlterius est secundo q duplex est dici de omni, videlicet prioristicũ, & posterioristicũ. ¶ Dici de omni prioristicum est, quãdo nihil est sub sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatũ. Et ad ipsum sufficit & requiritur necessario vniuersalitas suppositoꝝ secundũ modum enunciandi tantũ, & non secundum rem significatã: neq; vniuersalitas temporum. ¶ Sed dici de omni posterioristicum est

G illud, quod hic diffinitum est. Et ad ipsum sufficit, & requiritur necessario v̄litas suppositoꝝ ſm rem significatam. & v̄litas temporꝝ. ¶ Ex quo patet ꝙ hic est dici de omni prioristicum, & non posterioristicū, Omnis homo est bonus; sed hic est dici de omni posterioristicum, & non prioristicum, Homo est risibilis: hic

Notādū. 3. autem est dici de omni vtroq̄ modo, Omnis homo ē risibilis. ¶ Considerandum vlterius est. 3. ꝙ dici de omni est conditio p̄dicati in ordine ad subiectum, dici seu p̄dicari est conditio p̄dicati, & non subiecti. Et licet esse in toto, siue ipsa distributio, sit conditio sub

Differentia iter dici de omni, & eē in toto. iecti, quod distribuitur, tamen dici de omni, seu p̄dicari de subiecto distributo, est conditio p̄dicati. ¶ Et per hoc differūt dici de omni, & esse in toto: eo ꝙ dici de omni importat habitudinem p̄dicati ad subiectum, & ad supposita subiecti, & est conditio prædicati, sed esse in toto, est cōditio subiecti in ordine ad p̄dicatū: quia subiectum est in p̄dicato, sicut pars sub

Discip. iectiua est in suo toto v̄li. ¶ Sed instabat discipulus, Nam hic Phs non determinat de dici de nullo: ergo pari ratione nō debeat determinare de dici de omni.

Responsio. ¶ Dicendum ꝙ oppositorum eadem est disciplina. Ideo per oppositum ad dici de omni, poterit faciliter haberi cognitio ipsius dici de nullo, de quo tamē determinauit in libro Prioꝝ. Si enim in aliqua propo

H sitione deficit aut v̄litas suppositoꝝ, aut v̄litas temporum: ibi erit dici de nullo posterioristicum, & loquēdo largo modo de dici nullo. Si autem deficit v̄litas suppositorum & temporum ſm rem, & ſm modum significandi simul: ibi erit dici de nullo prioristicum.

Dici de nullo posterioristicum. ¶ Et diffinitur sic, dici de nullo posterioristicum est, quādo prædicatum remouetur a subiecto, nō a quodam quidem sic, & a quodam non, aut aliquando quidem sic, & aliquando non: sed ab omni & semper.

De nullo prioristicū ¶ Et dici de nullo prioristicum diffinitur sic, Dici de nullo est, quando nihil est subsumere sub subiecto, a quo nō remoueatur p̄dicatum: vt hic, Nullus homo currit. ¶ Cuius ratio est, quia tunc in aliqua propositione est dici de nullo, quando p̄dicatum negatur de subiecto distributo per signum v̄le pro omnibus suis suppositis, & quando nulli supposito inest. Sed quando prædicatum negatum taliter dicitur de subiecto, nihil est sumere sub subiecto, a quo non remoueatur

Responsio alia. p̄dicatum. Igitur diffinitio eius est bona. ¶ Vel dicendum ad instantiam discipuli, ꝙ Phs principaliter de

I terminat in isto libro, de demonstratione ostensiua affirmatiua: q̄ semper vtitur propositionibus de omni. Ideo nullam expressam mētionem hic facit de dici de nullo. Quia vero sylls simplr dictꝰ, de quo Phs principalr tractat in lib. Priorum, indifferenter procedit tam ex veris q̄ ex falsis, tam ex affirmatiuis q̄ ex negatiuis, ideo ibi exp̄ssam mentionem fecit de di

Notan. 4. ci de omni, & de dici de nullo simul. ¶ Considerandum vlterius est. 4. ꝙ dici de omni, & dici de nullo, sunt hoc modo principia regulatiua sylloꝝ, quia per

Maxima sub dici de omni. dici de omni, intelligitur ista maxima, ¶ Quicquid dicitur de subiecto distributo, dicitur etiā de quolibet supposito eius sumpto sub ipso, per quam possunt p̄bari oēs sylli affirmatiui, vt facto isto syllo, Omne aīal currit, omnis hō est animal: ergo omnis hō currit, Ibi currit in maiori dicitur de animali distributo: ergo affirmatur de quolibet supposito animalis. Sed homo in minori subsumitur sub animali: ergo currit

Maxima sub dici de nullo. de homine predicatur. ¶ Et similiter per dici de nullo, intelligatur ista maxima, Quicqd negatur de subiecto distributo, negatur etiam de quolibet supposito eius. Et per istam maximam probātur omnes syllogismi negatiui, sicut affirmatiui per aliam. Vnde K

omnes syllogismi perfecti, qui sunt directe concludētes in prima figura per se primo regulātur per dici de omni & per dici de nullo. Sed alij syllogismi imperfecti regulantur per hæc indirecte, & ex consequenti: inq̄tū reducūtur ad syllogismos perfectos. ¶ Sed Discip.

instabat discipulus, nam nulla regula ingreditur suū regulatum: nec est de compositione eius. Sed dici de omni, & dici de nullo ingrediuntur compositionem sylli: quia in omni propositione affirmatiua & v̄li, ē dici de omni, & in v̄li negatiua, ē dici de nullo: ergo ipsa non sunt principia regulatiua syllorum. ¶ Dicē Responsio

dum ꝙ licet dici de omni, & dici de nullo, p accidens & v̄r ingrediātur compositionem sylli, tanq̄ dispositiones materiæ eius, inquantum aliqua p̄missarum est v̄lis, non tamen ingrediuntur per se, tanq̄ partes materiales actualiter componentes syllm. Et non est inconueniens ꝙ regula alicuius virtualiter, vel p accidens ingrediatur compositionem ipsius regulatim, vt etiam inferius declarabitur. ¶ Ad primum igitur di

cendum ꝙ licet ista ꝓpositio, Homo est risibilis, nō L

sit v̄lis ſm modum enunciandi, est tamen v̄lis ſm rē significatam: quia licet ibi prædicatum non dicatur de subiecto & de quolibet supposito eius v̄r ſm modum enunciandi & in actu per signum v̄le, dicitur tamen de eo v̄r secundum rem, & in aptitudine. Ideo ibi non est dici de omni prioristicum: sed posterioristicum. ¶ Ad. 2. patet solutio ex dictis in secundo notabili. ¶ Ad. 3. dicendum sicut ad primum. ¶ Ad. 4. dicendum ꝙ in ista propositione, Omnis homo currit, homo solum ibi distribuitur pro omnibus præsentibus, ad quos restringitur, ratione illius verbi præsentis temporis currit. Et de illis non est aliquid accipere sub subiecto, de quo non dicatur p̄dicatum. Vnde Adam, & Antichristus non continentur sub homine ibi pro præsentibus distributo, vt patet. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ licet pes, vel caput equi, possit subsumi sub equo, tanq̄ pars integralis eius, non tamen tanq̄ pars subiectiua eius, & tanq̄ suppositum eius. De qua sub sumptione est solum hic ad propositum in dici de omni. Similiter ad dici de nullo præsupponitur ꝙ possit aliqd subsumi sub subiecto, & ꝙ a quo M

libet supposito eius remoueatur p̄dicatū. Vnde sub Sorte simpliciter nihil est subsumere, eo ꝙ nō habet suppositum. Ideo si sic arguatur in ista propositione, Sortes non currit, nihil est subsumere sub subiecto, a quo non remoueatur prædicatum. Et tamen ibi non est dici de nullo, cum sit propositio singularis: ergo diffinitio conuenit alijs a diffinito. ¶ Dicendum ꝙ in ista propositione, Sortes non currit, non est dici de nullo, eo ꝙ Sortes non habet supposita.

¶ Qō. 15. de modis perseitatis; & est lectio. 10. S. D.

DEINDE considerandum restat de his, quæ prædicātur per se, & de modis perseitatis. ¶ Circa quod Lec. 10.

quæruntur duo. ¶ Primo, vtrū quatuor modi perseitatis sint in textu conuenienter a Phō assignati. ¶ Secundo, vtrum secundus & quartus modus perseitatis repiant̄ i cōclusione: & i minori p̄missa demrationis.

¶ Sequit̄ in Phylosopho, & in. D. 8. {Per se autē.}

¶ Articulus primus.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ modi perseitatis quatuor, non sint conuenienter in textu a Phylosopho assignati. ¶ Nam tripliciter solum Primum.

dicitur aliquid p̄dicari per accidens: vt patet in sea, & in. 5. Metaphy. videlicet quando subiectum p̄dicat̄ de accidente, & accidens de subiecto, & accidens de accidente, ergo tripliciter tantum aliquid dicitur per se. Et

A se. Et per consequens male ponuntur quatuor modi perseitatis. ¶Patet consequentia: quia tot modis dicitue vnum oppositorum, quot modis dicitur & reliquum, vt patet primo Topicorum. ¶Præterea, quando accidens pdicatur de subiecto, est pdicatio per accidens, vt in argumento pcedēti assumptum est. Sed hic, homo est risibilis, pdicatur accidens de suo subiecto: ergo est ibi pdicatio per accidens. Et tamen subiectum ibi est de diffinitione pdicati: quia subiectum ē de diffinitione proprie passionis, vt hic & in.7. Metaphy. a Pho dicitur: ergo secundus modus perseitatis est inconuenienter assignatus. ¶Præterea, ista propositio est per se de.2. modo perseitatis, Sortes est risibilis. Et tn̄ subiectum ibi non est de diffinitione prædicati. Minus. n. cōmune, non est de diffinitione magis cōmunis: ergo contra.2. modum. ¶Præterea, ista est per se, de.2. modo perseitatis, Homo est animal, cum non sit per se primo modo: quia pdicatum pmo non conuertitur subiecto, cum sibi conuertibiliter non conueniat. Et tamen subiectum non est de diffinitione pdicati, sed potius ecōtra: ergo idem quod prius.

Secūdum.

Tertium.

Quartū.

B

Quintum. ¶Præterea, illud, quod accidit alicui, non conuenit sibi per se. Sed calefacere accidit igni, cum non sit de essentia eius: ergo ista propositio non est per se, Ignis calefacit per calorem. Et per consequens quartus modus perseitatis est insufficiēs. ¶Præterea, illud quod est per aliud, non est per se. Prima autem suba, vt Sortes, ē per aliud, videlicet per causas tam intrinsecas q̄ extrinsecas: ergo prima suba non est per se, quod est contra.3. modum perseitatis. ¶Præterea, a prima substantia nulla est prædicatio, vt patet per Porphyriū: ergo pma suba non potest dici per se, quia dici idem est q prædicari, vt patet in pdicamentis. Et sic idem, quod prius. ¶Præterea, ista est per se, homo est homo: cum non sit per accidens. Et tamen non est in aliquo quatuor modorum perseitatis, vt patet discurrendo per omnes: ergo tales modi non sunt sufficienter assignati. ¶Præterea Phs in.5. Metaphy. caplo'per se, sufficienter determinat de modis perseitatis: ergo superflue de eis determinat. ¶Sed ɔ̄ est Phs in textu: ibi,

Sextum.

Septimum

Octauum.

Nonum.

Per se autem sunt quæcunq; in eo quod quid est: vt triāgulo inest linea, & lineę pūctū, &c.

Responsio. ¶Respondeo dicendum q istud est.2. caplm huius

C secundi tractatus. In quo Phs determinando de modis perseitatis, ponit duas conclusiones. ¶Quarum prima est, q tantum sunt quatuor modi perseitatis. Ex qua infertur conclusio responsiua ad quęsitum.

Cōclusio. Secunda conclusio est, q in conclusione demonstra-

Probatio. tionis est secūdus, & quartus modus perseitatis, de q̄ in sequenti articulo videbitur. ¶Prima ergo conclusio talis est. Tantum sunt quatuor modi perseitatis. ¶Quę probatur a Pho tali ratione, fm. D. S. Nam si la propositio per, aut dicit solitudinem, aut dicit habitudinem alicuius causæ. Si primū, sic est.3. modus. Si.2. hoc est dupl'r: quia vel dicit habitudinem causæ extrinsecæ, vel causæ intrinsecę. Si primum, sic est qrtus modus. Si.2. hoc est dupl'r: quia vel dicit habitudinem causę formalis. Et sic est primus modus. Vel dicit habitudinem causæ materialis in qua. Et sic est.2. modus. ¶Ex quo patet conclusio responsiua ad quęsitum, videlicet q modi perseitatis quatuor cōuenienter assignātur hic a Pho: cum nō sint plures neq; pauciores. ¶Considerandum autem est hic primo pro declaratione pcedentium fm Phm in textu, & fm. D. S. in psenti lectione, ¶Quod primus modus perseitatis est, quando prædicatum est de diffinitione qui

Notandū. Primum. Primus modus perseitatis.

D ditatiua vel essentiali ipsius subiecti, vt homo est animal, homo est rationalis, & sic de similibus. ¶Sed.2. Secundum modus per se est, quando subiectum est de diffinitione prędicati, videlicet quando propria passio pdicat de suo proprio subiecto, aut de iferiori eius vt homo ē risibilis: equus est hinnibilis, &c. ¶Tertius vero modus qui dicitur modus per se essendi, est quādo aliqd Tertius, per se existit, & non in alio: sicut accidēs in subiecto, vel sicut superius in suo inferiori. Et isto modo quælibet prima substantia dicitur per se. s. solitarie. ¶Sed quartus modus perseitatis, qui dicitur modus causandi, est quando aliquid attribuitur per se alicui effectiue inq̄tum tale, & non per accidens: sicut medicus p se sanat, quia sanat inq̄tum medicus, & nō i nq̄tum albus, vel musicus. Similiter interficiens per se interficit: quia inq̄tum interficiens est, hoc facit. ¶Ex prędictis patet q quatuor sunt modi perseitatis, quorū duo primi modi sunt modi dicendi per se. Tertius vero est modus per se essendi. Quartus autem est modus per se causandi effectiue. Non igitur sunt quatuor modi dicendi per se: sed duo tantum, licet q̄tuor sint modi perseitatis. ¶Patet etiam ex prędictis fm Phm in textu, q quicquid prædicatur, & nō prædicatur altero duorum primorum modorum, prædicatur per accidens, & non per se. Cum autem omnia accidentia cōmunia, de prima suba prædicentur, & non altero illorum duorum modorum, relinquitur q prædicentur de ea per accidens. ¶Considerandū vlterius ē.2. fm. D. S. in.2. de Anima lec.14. vbi sic ait, ¶Per se autem dicitur dupl'r. ¶Vno enim modo dicitur propositio per se, cuius prædicatum cadit in diffinitione subiecti, sicut ista, Homo est animal, animal enim cadit in diffinitione hominis. Et quia id, quod est in diffinitione alicuius, ē aliquo modo causa ei, in his, quæ sic per se dicuntur, prædicatum est cā subiecti. ¶Alio modo dicitur propositio per se, cui⁹ econtrario subm ponitur in diffinitione prędicati: sicut si dicatur, nasus est simus, vel numerus est par. Simus enim nihil aliud ē, q̄ nasus curuus. Et par nihil aliud est, q̄ numerus medietatem habens. Et in istis subiectum est causa prædicati. Intelligendum est ergo, q color est visibilis per se.2. modo, & nō primo. Nam visibilitas est quædam passio. Et hoc est quod dicit, q color est secundum se visibile, nō ratione. i. non ita q visibile ponatur in eius diffinitione: sed qa in seipso habet causam proprię passionis, quod pbat per hoc, q omnis color est motiuus dyaphani secundum actum. Hæc ille. ¶Considerandum vlterius est Notan.3. .3. q in primo modo dicendi per se, aliquid dicitur p se primo, vt homo est rationalis. Et aliquid dicitur p se non primo: sed per se.2. vt Sortes est rationalis. Illud autem dicitur prædicari per se pmo in primo mō, quod conuertibiliter prædicatur de aliquo, & est de diffinitione eius. Sed illud dicitur prædicari per se non primo, sed per se secundo in primo modo, quando prædicatum est de diffinitione subiecti, non tamē de eo conuertibiliter prædicatur, vt homo est suba. ¶Similiter idem dicendum est de.2. modo dicendi p se. Nam aliquid prædicatur per se primo in secundo modo, vt homo est risibilis. Aliquid vero prædicat per se non primo, sed per se.2. in secundo modo, vt Sortes est risibilis. Quandocunq; ergo accidens proprium prędicatur conuertibiliter de suo proprio subiecto: tūc prędicatur per se primo in secundo modo. Quando vero prædicatur de inferiori bus subiecti, et non conuertibiliter, prędicatur, per se nō primo: sed per se secundo, in secundo modo dicēdi per se. ¶Ad

Quartus.

Correllarium. Primum.

E

Correllarium. Secundum

Notan.2.

F

prędicari p se primo et nō primo.

In secundo modo.

G

primum igitur dicendum ꝙ hæc maxima tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis dicitur & reliquum, tenet tantum in oppositis, in quibus est eadē ratio multiplicationis, videlicet dum modo vtrunq; oppositorum diuidatur per differētias aut species immediatas, & hoc potissime loquendo de vere & proprie oppositis fm. S. D. in. 2. 2. q. 92. arti. 2. ad pmū. Diuisio autem ipsius per se, & per accidens, non est p differentias immediatas vel per species immediatas, neq; inter ea est eadem ratio multiplicationis, neq; ēt vere & proprie opponuntur: vnde ratio non sequit. ¶ Ad. 2. dicendum ꝙ quando accidens cōmune, siue accidens per accidens, prædicatur de subiecto inhæsionis, est prędicatio per accidens, vt dictum est in primo notabili. Non autem quando accidens propriū prædicatur de aliquo subiecto inhæsionis: sicut risibile, vnde ratio laborabat in æquiuoco. ¶ Ad. 3. dicendum ꝙ illa prædicatio est per se secundo & non primo, in secundo modo, vnde non oportet ꝙ subiectum ponatur in diffinitione prædicati: sed sufficit ꝙ superius eius. s. homo ponatur in eius diffinitione. ¶ Ad. 4. dicendum ꝙ ista propositio, homo est aīal, est in primo per se secundo: sed non primo. Aliud. n. est prædicari per se primo, & aliud prædicari per se secundo, & non primo, in primo modo, vt declaratū est in tertio notabili. ¶ Ad. 5. dicendum ꝙ licet calefacere accidat igni cōsiderato fm se. s. vt ignis est substantia tantum, & in sensu diuiso, non tamen sibi accidit vt calefaciens est, & in sensu composito. ¶ Vel dicendum est facilius, ꝙ ista prædicatio, ignis calefacit, non est prędicatio per se, licet calefactio per se cōueniat igni ꝙtum ad causalitatem, non tamen sibi cōuenit p se ꝙtum ad prędicationē. Vnde bene dictū ē ꝙ ille quartus modus est modus per se causalitatis, & non prædicationis per se. ¶ Ad. 6. dicendum ꝙ per se accipitur dupliciter.

H

Per se dupliciter.

¶ Vno modo vt distinguitur contra esse ab alio, aut cum alio, aut per aliud, & isto modo non accipitur hic in proposito, vt bene voluit argumentum. ¶ Alio modo accipitur, vt distinguit contra esse in alio, sicut accidens in subiecto, aut sicut superius in suo inferiori: & isto modo substantia prima est per se, vt in proposito accipitur. ¶ Ad. 7. dicendum ꝙ licet prima substantia non prædicetur ordinate, & directe per se de aliquo alio, tamen per se est, & existit. Dictū est enim ꝙ ille tertius modus est modus per se essendi, & non prædicandi. ¶ Ad. 8. dicendum ꝙ ista propositio, hō est homo, est virtualiter in primo modo dicendi per se, quia subiectum non pōt intelligi conceptu quidditatiuo sine prędicato, licet non sit in primo modo formaliter, cum idem non sit in seipso. ¶ Ad vltimum dicendum negando consequentiam, quia Phs. 5. Metaphy. determinat de per se, inꝙtum est conditio entis inꝙtum ens. Hic vero determinat de per se, inꝙtum regulatur eo demōstrator, & in sua demonstratione vtitur eo. Non est autē inconueniens ꝙ idem diuersis rationibus in diuersis scientijs consideretur.

I

¶ Sequitur in Phō, & in. D. S. ibi, {Quæ vero dicūtur in simpliciter &c̄.} ¶ Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur ꝙ in conclusione demonstrationis non sit secundus, & quartus modus perseitatis.

Primum.

¶ Nam distincta & opposita non reperiuntur in eodem. Sed secundus & quartus modus perseitatis sunt distincti ab inuicem, cum sint membra diuidentia: ergo non reperiuntur simul in conclusione.

Secūdum.

¶ Præterea, in minori præmissa non reperiūtur illi duo modi: ergo pari ratione nec in cōclusione, cum non sit maior ratio de vno, ꝙ de alio, alias detur: ergo &c̄.

K

Tertium.

¶ Præterea in conclusione prędicatur propria passio de pprio suo subiecto, sed subiectum nō est causa passionis: ergo cum quartus modus sit modus causalitatis, vt dictum est, sequitur ꝙ quartus modus non reperiatur in conclusione demōstrationis. ¶ Maior patet: sed minor probatur. Nam quando aliqua duo simul generantur, vnum non est causa productiua alterius, cum productio non sit nisi in tempore, sed subiectum & propria passio simul generantur: ergo &c̄.

Quartū.

¶ Præterea, effectus non potest prædicari in recto de sua causa efficiente vniuoca, vñ ista est falsa, Domificator est domus: sed propria passio prædicatur in recto de suo subiecto, vt hic, homo est risibilis: ergo subiectum non est causa passionis, et sic idē qd pus. ¶ Sed ℨ est Phylosophus in textu: ibi,

Quæ vero dicuntur in simpliciter scibilibus, per se sunt in esse &c̄.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ secunda conclusio hui⁹ capituli, quæ est responsiua ad q̄situm est ista.

Cōclusio.

L

¶ Conclusio demōstrationis propter quid, videlicet in qua concluditur demonstratiue propria passio de suo pprio subiecto, est in secundo, & quarto modo perseitatis.

Prima ps probatur.

¶ Prima pars huius conclusionis sic patet fm Phylosophum. Nam subiectum est de diffinitione prædicati, videlicet propriæ passionis: ergo cōclusio illa est in secundo modo dicendi per se. Patet consequentia per locum a diffinitione ad diffinitum.

2. pbatur.

¶ Secunda pars eiusdem sic patet. Nam subiectum est causa actiua per se passionis, vt patet. 7. Metaphy. ergo ē in quarto modo perseitatis.

Discip. primo.

¶ Sed instabat discipulus primo. Nam subiectum est causa materialis ipsius passionis, cum passio sit in eo subiectiue: ergo nō est causa eius effectiua. ¶ Patet consequentia, quia materia, & efficiens nō coincidunt, vt patet. 2. Physicorꝫ.

Secundo.

¶ Secundo, nam essentiæ prædicamentorꝫ sunt impermixtæ: ergo subiectum non est causa proprię passionis, cum subiectum, & ppria passio sint res diuersorum prædicamentorum.

Tertio.

¶ Tertio, nam idem non ē causa suijpsius, præsertim effectiua: sed subiectum, & propria passio sunt idem realiter, quia. 4. Metaphy. eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur: ergo &c̄.

Quarto.

¶ Quarto, nam eclypsis lunæ, est passio lunæ, cum de ipsa sit demonstrabilis, & tamen luna non est causa eclypsis, sed interpositio terræ inter solem & lunam: ergo &c.

Responsio. ad primā.

¶ Dicendum ad primam instantiam ꝙ subiectum est causa effectiua ipsius passionis & materialis.

Notādum. primum. dupliciter materia.

¶ Pro cuius declaratione considerādum est primo ꝙ duplex est materia, scilicet materia ex qua aliqd fit, vt paries dicitur materia domus. ¶ Alia est materia in qua aliquid ē subiectiue, vt anima dicitur materia in qua ipsius sciētię, & paries ipsius albedinis, quę est in eo subiectiue. Materia igitur ex qua non potest dici causa efficiens eius, cuius est materia: sed materia in qua bene potest dici causa efficiens.

M

Subiectum autem dicitur materia in qua suę passionis, & non materia ex qua: vnde potest esse causa effectiua & materialis ipsius passionis. Et sic patet solutio ad primam instantiam.

Discip.

¶ Sed replicabat idem discipulus contra hoc. Nam causa efficiens tempore præcedit suum effectum: sed subiectum non præcedit tempore suam passionem ppriā: ergo non est eius causa efficiens.

Notan. 2. duplex causa efficiēs.

¶ Pro quo considerandum est secundo ꝙ. ¶ Duplex est causa efficiens. ¶ Nam quædam est quæ producit suum effectum p realem transmutationem, sicut ignis dicitur causa ef

fectiua

A fectiua caloris aquæ. ¶Alia est causa efficiens, quæ producit suum effectum per naturalem concomitantiam: videlicet quia ad ipsam necessario sequitur suus effectus, & ipsa posita vel remota necessario ponitur aut remouetur effectus. Cū igitur efficiens pro primo mō dicta, tempore præcedit suum effectum, non autem secundo modo sumpta. Quo quidem modo subiectum est causa efficiens ipsius passionis, vt patet per Doctorem Sanctum in prima parte, questio. 77. ar. 6. ad secundum: vnde illa replicatio laborabat in æquiuoco. ¶Considerandum est tertio, φ prædicamenta esse impermixta potest intelligi dupliciter. ¶Vno modo formaliter, siue essentialiter, & sic essentię prędicamentorum sunt impermixtæ, quia vnum prædicamentum non est causa formalis alterius: vt clarius in summulis declaratum est. ¶Alio modo potest intelligi effectiue, & sic essentiæ prædicamentorum non sunt impermixtæ, quia vnum est causa effectiua alterius: vt patet de substantia respectu accidentis in septimo Metaphysi. Et per hoc patet solutio ad secundam instantiam.

Notādum tertium. Prædicamenta impermixta esse dupl'r.

Ad scdm.

Ad tertiū. ¶Dicendum ad tertiam instantiam, φ subiectum & propria passio realiter differunt. B Et licet generentur eadem generatione, non tamen eodem modo, quia subiectum generatur sicut id, quod generatur, & per se, & primo: sed propria passio generatur per aliud ex naturali consequentia, & concomitatiue.

Ad quartū ¶Dicendum ad quartam instantiam, φ non omnes passiones causantur a suis subiectis: sed solum illę, quæ sunt operationes subiecti, vel necessario consequentes illas operationes, & ipsum subiectum. Eclypsis autem non est propria operatio lunæ, neq; eam necessario consequitur: vnde ratio non sequitur. Aliud tamen est de eclypsabili, vt infra patebit.

Notādum quartum. ¶Considerandum est tamen hic secundum Philosophum in textu, φ passiones sunt in duplici differentia. ¶Nam quædam sunt simpliciter prædicantur de suis subiectis: sicut risibile prædicatur de homine. Quædam vero prædicantur disiunctim: vt par vel impar de numero. ¶Ad primum igitur dicendum φ prædicti modi distinguuntur secundum rationem: vnde non est inconueniens φ vna propositio secundum rem collocetur in diuersis modis perseitatis, secundum tamen diuersas rationes.

C ¶Ad secundum dicendum negando consequentiā, quia ibi in minori subiectum non est causa prædicati demonstrando in prima figura, quia diffinitum non est causa effectiua diffinitionis: vnde non est simile de minori & conclusione. ¶Ad tertium, & ad quartum patet solo ea, q̄ dicta sunt ī scdo notabili.

Lec. 11. ¶Quæstio sextadecima. De vniuersali, siue secundum φ ipsum: & est lectio. 11. Doct. Sanct.

CONSEQVENTER determinandum est de ipso vniuersali posterioristico. ¶Circa quod quęruntur duo. ¶Primo, vtrum diffinitio vniuersalis a Philosopho sit sufficienter assignata. ¶Scdo, vtrū conclusio ipsius demonstrationis sit vlis, vel non.

¶Sequitur in Pħo, & in. D. S. { Vniuersale dico. }

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur φ diffinitio ipsius vniuersalis, quæ tangitur in textu, non sit sufficiens, in qua dicitur,

Vniuersale est, quod inest de omni, & de per se, & de secundum φ ipsum.

Primum. ¶Nam animal est vniuersale cum sit genus, vt patet in Porphyrio: & tamen animal non inest suis inferioribus secundum φ ipsum, cum non conuertibiliter

Secūdum. prædicetur de ipsis. ¶Præterea, album est vniuersale & prædicabile, quod est accidens, vt ibidem patet: & tamen album non inest per se: ergo diffinitio mala. D

¶Præterea, vniuersale, vel sumitur pro propositione vniuersali, vel pro termino vniuersali. Si primū, sequitur φ prædicta diffinitio nō est sufficiens: quia sic hæc propositio est vniuersalis, Omnis homo currit: & tamen ista non est prædicatio per se. Si secundum, etiam idem sequitur, quia homo respectu Sortis est terminus vniuersalis, & tamen non conuenit Sorti, secundum φ ipsum, cum non conuertibiliter prædicetur de eo: ergo &c. ¶Præterea, ipsius vl'is est alia bona diffinitio a Porphyrio data: ergo ista est insufficiens. ¶Sed cōtra est Philosophus in textu: ibi, Tertium.

Quartum.

Vniuersale dico, quod est de omni, de per se, & secundum quod ipsum inest. Manifestum est igitur, quod quæcunq; vniuersalia sunt ex necessitate insunt &c.

¶Respondeo dicendum φ istud est tertium capitulum huius secundi tractatus: in quo ponuntur duæ conclusiones. ¶Quarum prima est respōsiua ad quęsitum: videlicet φ diffinitio vniuersalis est bene assignata. ¶Secūda est, φ per se loquendo et proprie, cuiuslibet demonstrationis conclusio est vniuersalis, de qua in sequenti articulo tractabitur. ¶Est ergo prima cōclusio talis. Diffinitio ipsius vniuersalis in textu posita est bene assignata: in qua dicitur, Responsio E

Cōclusio.

Vniuersale est, quod est de omni, per se, & secundum quod ipsum.

¶Quę conclusio probatur tali ratione Pħi elicitiue. ¶Nam vl'e est quod primo prædicatur. i. quod non inuenitur extra subm, neq; econuerso. Sed esse tale prædicatum inest de omni per se, & sm φ ipsum: ergo prædicta diffō est sufficiens, quia explicat totā naturam vl'is, et omni contento sub ipso conuenit, & sibi & soli. Probatio.

¶Sed instabat discipulus dupl'r. ¶Primo, quia Pħs in textu dicit, φ per se, & sm φ ipsum sunt idem: ergo pr̄dicta diffō est nugatoria, cum bis idem repetatur, & sic est insufficiens. ¶Secundo, quia aīal prædicatur de hoīe, tanq̄ de omni, de per se, & sm φ ipsum: cū de eo prædicetur immediate, et tñ aīal non est vl'e respectu hoīs, cum sibi conuertibiliter nō conueniat, siue primo, aut adæquate, vt etiā in primo argumento adductum est: ergo &c. Discip. Primo.

Secundo.

F

¶Pro quo considerandum est primo, φ aliqua sunt idem secundum rē, & rationem: sicut tunica, & indumentum, pro eodem accepta: & talia, si simul ponantur in diffinitione, causant nugationem. ¶Alia vero sunt, quæ sunt idem secundum rem, & tamen differunt secundum rationem: sicut superius & inferius, vt animal, & homo: & talia, si simul ponantur, non causant nugationem. ¶Per se vero, & secundum φ ipsum sunt idem secundum rem, & differunt secundum rationē, sicut superius & inferius, vt supra. q. 14. artic. primo, in secundo notabili declaratum est: vnde in prædicta diffinitione nulla est nugatio. Ex quo etiam patet solutio ad primam instantiam discipuli. Notādum primum.

¶Sed contra hoc replicabat idem discipulus. ¶Nam animal, & homo, differunt secundum rationem, sicut superius, & inferius, & tamē causant nugationem, cum sic dicitur, homo animal: ergo male dictum est, φ illa, quæ differunt secundum rationem etiam si sint idem secundū rem, non causant locutionem nugatoriam, si simul ponanť. Discip.

¶Diceddū φ superius & inferius possunt dupliciter ordinari in aliqua locutione. ¶Vno modo preponendo inferius suo superiori, & Respōsio.

G

iſto modo cauſatur nugatio: vt accidit in propoſito. ⁋Alio modo poſtponendo inferius ſuo ſuperiori, & ſic non cauſatur nugatio: vnde replica nulla. ℂ**Notãdum ſecũdum. Dña inter prędicari ſecundũ ꝙ ipſm, & immediate.** Conſiderandum vlterius eſt ſecundo, ꝙ aliud eſt prędicari de aliquo immediate, & aliud eſt prædicari ſecundum ꝙ ipſum, quia prædicari ſecundum ꝙ ipſum, eſt prædicari de aliquo adæquate, ſeu conuertibiliter, ſeu primo: ita videlicet ꝙ prædicatum non reperiatur extra ſubiectum, neque econuerſo: vt homo eſt riſibilis, homo eſt rationalis, & ſic de ſimilibus. Non enim omne quod prædicatur de aliquo immediate, prædicatur adæquate, ſiue conuertibiliter. Licet ergo animal prædicetur de homine immediate, non tamen prædicatur vniuerſaliter, & ſecundum ꝙ ipſum: vnde patet ſolutio ad ſecundam inſtantiam diſcipuli. ℂPatet etiam ꝙ aliqua propoſitio poteſt eſſe de ſecundum ꝙ ipſum, non tamen erit immediate immediatione cauſalitatis, vt homo eſt riſibilis, aliter ipſa non poſſet demonſtrari. Et econtra aliqua propoſitio poteſt dici immediata immediatione ſubiecti, quæ tamen non erit vniuerſalis, ſiue ſecundum ꝙ ipſum: vt homo eſt animal. Cum enim animal ſit prædicabile, proprie dictum, reſpectu hominis, prædicatur immediate de eo, non tamen prædicatur de eo vniuerſaliter, & ſecundum ꝙ ipſum poſterioriſtice loquendo, cum excedat ipſum.

H

Diſcip. ℂSed contra hoc inſtabat diſcipulus. Nam animal prædicatur de homine cum ſigno vniuerſali, accepto vniuerſaliter, dicendo, Omnis homo eſt animal: ergo de eo prædicatur vniuerſaliter. **Reſpõſio. Vle triplex** ℂDicendum ꝙ vniuerſale poteſt accipi tripliciter, vt ad propoſitum ſufficit. ⁋Vno modo abſolute Logice loquendo, videlicet accipiendo vniuerſale pro termino communi, qui aptus natus eſt eſſe in multis vniuoce. Et iſto modo accipitur vniuerſale in libro Prædicabilium Porphyrij, & in libro Prædicamentorum Philoſophi. ⁋Alio modo accipitur vniuerſale prioriſtice, videlicet propoſitione vniuerſali, vt iſta propoſitio dicitur vniuerſalis, omnis homo currit, ſiue omnis homo eſt animal, quia ſecundum modum enunciandi eſt vniuerſalis, cum ſubijciatur in ea terminus communis ſigno vniuerſali determinatus, & iſto modo accipitur vniuerſale in libris Priorum, et in libris Perihermenias Philoſophi. ⁋Tertio modo accipitur vniuerſale poſterioriſtice, videlicet pro aliquo prædicato, quod ſecundum quandam adęquationem prędicatur de ſubiecto: ita videlicet ꝙ prædicatum non inueniatur extra ſubiectum, neque econuerſo, vt dicit hic Docto. Sanct. Et iſto modo accipitur vniuerſale in præſenti paſſu. Licet ergo animal prædicetur vniuerſaliter de homine, duobus primis modis, nõ tamen tertio modo. Vnde illa inſtantia, & etiam primum argumentum laborabat in ęquiuoco.

I

Correlariũ ℂEx prædictis igitur patet, ꝙ prædicari primo, prædicari adæquate, prædicari per ſe conuertibiliter, prædicari ſecundum ꝙ ipſum, & prædicari vniuerſaliter poſterioriſtice: accipiuntur in propoſito pro eodem. **Correlariũ ſecundũ.** ℂPatet etiam ſecundo, ꝙ aliqua propoſitio poteſt dici vniuerſalis ſine ſigno vniuerſali, poſterioriſtice loquendo, vt iſta, Homo eſt riſibilis, ſiue homo eſt rationalis. ⁋Similiter per oppoſitum, aliqua propoſitio poteſt dici particularis eodem modo, videlicet poſterioriſtice loquendo: in qua tamen ponitur ſubiectum commune cum ſigno vniuerſali, vt iſta, Omnis homo eſt ſenſibilis, non eſt vniuerſalis, ſed particularis, cum prædicatum ſubiecto non conueniat conuertibiliter ſiue adæquate, licet in ea ponatur ſignum vniuerſale ad ſubiectum.

K

ℂAd primum igitur, & ad alia argumenta, patet ſolutio ex dictis, ſi debite & diligenter conſiderentur, & applicentur.

ℂSequitur in Phyloſopho, & in. D. S. ibi: deĩde, cũ dicit. {Et demonſtratio per ſe huius vniuerſalis eſt &c.} ℂArticulus ſecundus.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ concluſio demonſtrationis non ſit vniuerſalis. **Primum.** ℂNam infra oſtendit Philoſophus aliquam demonſtrationem eſſe particularem, videlicet quæ concludit concluſionem particularem: ergo concluſio demonſtrationis non ſemper eſt vniuerſalis. **Secundũ.** ℂPræterea, iſta eſt concluſio demonſtrationis propter quid, homo eſt riſibilis, cum ibidem prædicetur propria paſſio de proprio ſubiecto, & tamen non eſt vniuerſalis, cum ſit indefinita: ergo &c. **Tertium.** ℂPræterea, ſi concluſio demonſtrationis eſſet vniuerſalis, hoc eſſet quia in ea demonſtratur propria paſſio de proprio ſubiecto: ſed conſequens eſt falſum, quod ſic patet. ⁋Nam paſſio immediate prædicatur de ſuo proprio ſubiecto, cum ſit prædicabile: ergo paſſio non poteſt demonſtrari de ſuo ſubiecto, cum nulla propoſitio immediata ſit demonſtrabilis, aliter propoſitio immediata eſſet mediata: ergo &c.

L

ℂSed contra eſt Phyloſophus in textu: ibi,

Et demonſtratio per ſe huius vniuerſalis eſt, Aliquorum autem quodam modo: ſed non per ſe, & cætera.

Cõcluſio: Probatio. ℂReſpondeo dicendum ꝙ ſecunda concluſio huius capituli eſt, ꝙ proprie, & per ſe loquendo, concluſio demonſtrationis eſt vniuerſalis. ⁋Quæ probatur tali ratione Phyloſophi, Nam proprie, & per ſe in demonſtratione propter quid, demonſtratur propria paſſio de proprio ſubiecto. Sed propria paſſio conuenit vniuerſaliter proprio ſubiecto: videlicet adæquate, & conuertibiliter, & primo, vt ſupra declaratum eſt: ergo concluſio demonſtrationis per ſe loquendo eſt vniuerſalis. **Diſcip.** ℂSed inſtabat diſcipulus. Nam propria paſſio aliquando demonſtratur de inferioribus ſubiecti: vtputa habere tres de yſochele: ergo non ſemper demonſtratur propria paſſio de ſuo proprio ſubiecto. **Reſpõſio.** ℂDicendum ꝙ propria paſſio non demonſtratur de inferioribus ſubiecti, niſi inquantum illa habent reduci ad proprium ſubiectum paſſionis, vt dicit hic Doct. San. Vnde reductiue propria paſſio poteſt demonſtrari de inferioribus ſubiecti. Tamen ſolum per ſe, & proprie loquendo demonſtratur de proprio ſubiecto.

M

Diſcip. ℂSed replicabat idem diſcipulus. Nam paſſio demonſtratur per ſe de inferioribus ſubiecti: ergo & proprie. **Reſpõſio.** ℂDicendum ꝙ paſſio demonſtratur de inferioribus ſubiecti per ſe, per alterum, ſed non per ſe primo: ideo de eis non proprie, ſed reductiue demonſtratur. **Notandũ primum.** ℂConſiderandum autem eſt hic primo eliciriue ex textu ſecũdum Philoſophum, vt expreſſe infra deducit, ꝙ duplex eſt demonſtratio: videlicet vniuerſalis, & particularis. **Demſtratio vniuerſal.** ⁋Demonſtratio vniuerſalis eſt illa, in qua concluditur propria paſſio adæquate de ſuo proprio ſubiecto. Quæ quidem concluſio dicitur vniuerſalis vniuerſalitate poſterioriſtica: videlicet vniuerſalitate adęquationis, ſiue ponatur ibi ſignũ vniuerſale, ſiue nõ: vt ſupra declaratum eſt. **Demõſtratio particularis.** ⁋Sed demonſtratio particularis eſt illa, in qua concluditur paſſio de aliquo inferiori ipſius ſubiecti: cum quo inferiori non conuertitur, vt riſibile de Sorte. Quæ quidem concluſio dicitur particularis: ideſt inadęquata. **Notãdum ſecũdum.** ℂCõſiderandum vlterius

eſt ſecundo

A

est secundo (vt ex supradictis colligi potest) ꝙ vniuersalitas est duplex, videlicet vniuersalitas signi, & vniuersalitas rei.

Vniuersalitas signi.

¶ Vniuersalitas signi dicitur quando aliquod prædicatum de aliquo subiecto prædicatur cum signo vniuersali, siue secundum rem conueniat sibi vniuersaliter, siue non.

Vniuersalitas rei duplex.

Sed vniuersalitas rei est quando realiter prædicatum conuenit subiecto pro omnibus suis suppositis, & talis vniuersalitas est duplex.

Prædicationis.

¶ Nam quædam est vniuersalitas prædicationis: videlicet quando prædicatum conuenit omnibus suppositis subiecti secundum rem, siue conueniat eis cõuertibiliter, siue non, vt homo est animal.

Adæquationis & cãlitatis.

¶ Alia est vniuersalitas adæquationis & causalitatis: videlicet quando prædicatum per se primo & conuertibiliter conuenit subiecto, vt homo est risibilis. De qua quidem vniuersalitate est hic ad propositum.

Discip.

¶ Sed instabat discipulus. Nam aliquando demonstratur diffinitio materialis de diffinito demõstratione vniuersali per diffinitionem formalem, vt supra patuit de diffinitionibus demonstrationis: ergo insufficienter concessum est, ꝙ in qualibet demonstratione vniuersali concluditur vniuersaliter propria passio de proprio subiecto.

B

Respõsio.

¶ Dicendum ꝙ quando demonstratur aliqua diffinitio de suo diffinito, talis diffinitio habet modum passionis respectu diffiniti in ordine ad diffinitionem formalem, quæ accipitur pro medio.

Qõ tacita.

¶ Et si quæratur, vtrum omnis propositio necessaria sit vniuersalis vniuersalitate posterioristica, & per se.

Responsio

¶ Dicendum ꝙ non omnis propositio necessaria est vniuersalis, idest adæquata. Hæc enim est necessaria in primo modo perseitatis, homo est substantia. Non tamen est illo modo vniuersalis sed particularis, cum prædicatum excedat subiectum.

An omnis propositio necessaria sit per se.

¶ Sed vtrum omnis propositio necessaria sit per se, hoc magis vertitur in dubium.

Notãdum

¶ Pro quo considerandum est hic secundum Egidium, ꝙ duplex est necessitas. ¶ Nam aliqua prædicata habere necessariam habitudinem ad subiecta, quantum ad præsens spectat, potest contingere dupliciter, secundum ꝙ duplicia principia possumus assignare, videlicet species & indiuidui. Si ergo illa necessaria habitudo causetur ex principijs indiuidui, tunc est accidens inseparabile, & potest fieri inde propositio de omni, sed illa propositio non erit per se, si vero huius necessitas causetur ex principijs speciei, sic huiusmodi propositio non solum erit de omni, sed etiam per se.

C

¶ Ad primum igitur & ad secundum patet solutio ex dictis. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ licet passio immediate prædicetur de subiecto immediatione prædicationis siue subiecti, non tamen immediatione causalitatis. Habet enim causam in subiecto, per quam potest de eo prædicari & probari.

Discip.

¶ Sed contra hic latrabat discipulus. Nam si passio demonstrabitur de subiecto, aut hoc erit per diffinitionem subiecti, aut per diffinitionem suam, videlicet per diffinitionem passionis: non primum, quia diffinitio subiecti & ipsum subiectum idem sunt, & per consequens in minori esset nugatio: neque secundum, quia talis diffinitio passionis prædicaretur in minori de subiecto, & per consequens peteretur principium, cum ipsa esset æque vel magis dubia cõclusione.

Respõsio.

¶ Dicendum ꝙ talis passio, potest demõstrari de subiecto per diffinitionem vtriusque: licet in demonstratione potissima demonstraretur solum per diffinitionem subiecti, vt infra secundo huius declarabitur, & licet diffinitio, & diffinitum sint idem secundum rem, differunt tamen secundum rationem: vnde nulla erit ibi nugatio.

D

¶ Quæstio decimaseptima. De erroribus circa vniuersale posterioristicum: & est lectio. 12. Doct. San.

Lec. 12.

DEINDE considerandum restat de erroribus, qui contingere possunt in acceptione ipsius vniuersalis. ¶ Circa quod quæruntur duo. ¶ Primo, vtrum errores, qui contingere possunt in acceptione vniuersalis, sint sufficiẽter a Philosopho assignati. ¶ Secundo, vtrum possit esse aliquod vniuersale genus, sub quo sit vna sola species.

¶ Sequitur in Philosopho: & in, D. S. {Oportet autem non latere.} Articulus. I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ tria correlaria a Philosopho in litera posita, non sint sufficienter assignata.

Primum.

¶ Nam quãdo aliqua duo conuertuntur, quicquid debite demonstratur de vno, & de reliquo: sed omnes partes subiectiuæ simul sumptæ conuertuntur omnes cum toto suo vniuersali: ergo si propria passio conuenienter demonstratur de aliquo vniuersali, tanquam de proprio subiecto, conuertibiliter etiam demonstrabitur de omnibus partibus subiectiuis simul sumptis, & per consequens secundus modus est insufficienter assignatus.

E

Secũdum.

¶ Secundo præterea de æquiualentibus idem est iudicium, sed omnes partes alicuius totius simul sumptæ æquiualent toti: ergo si passio demonstratur de toto, demonstrabitur debite de omnibus partibus simul sumptis: ergo idem quod prius. ¶ Sed contra est Philosophus in litera: ibi {Oportet autem non latere &c.}

¶ Respondeo dicendum ꝙ istud est quartum capitulum huius tractatus: in quo Philosoph⁹ assignat tres errores, qui contingunt in acceptione vniuersalis posterioristici.

Primus error.

¶ Quorum primus est, ꝙ si sub aliquo vniuersali, cum non est accipere nisi vnum singulare cui tale vniuersale competit, passio vniuersalis demõstraretur tali singulari inesse, tanquam vniuersali, tanquam proprio subiecto, inconuenienter esset ista assignatio: vt si sensibile quod inest animali per se primo, assignaretur vt vniuersale homini, nullo alio animali existente, esset error, quia sensibile non conuenit homini per se primo: sed per alterum, videlicet per animal.

F

Secũdus.

¶ Secundus error est, ꝙ si passio alicuius vniuersalis innominati demonstraretur inesse, vt idem omnibus partibus subiectiuis illius vniuersalis simul sumptis, aut coniunctim, aut diuisim, inconueniens esset assignatio: vt si animali non esset nomen impositum, & sensibile demonstraretur singulis speciebus eius inesse, vt vniuersale esset error.

Tertius.

¶ Tertius error est quando passio alicuius inferioris demonstratur, vt vniuersale inesse superiori, vt si risibile demonstraretur, vt vniuersale inesse animali, esset error. ¶ Considerãdum est autem ꝙ Philosophus de tribus prædictis modis, siue erroribus exemplificat primo de tertio: deinde de primo, & finaliter de secundo. ¶ Exemplum eius de tertio errore est tale. Nam si non concurrere demonstraretur, vt vniuersale inesse lineis rectis, esset error: quia non concurrere non conuenit omnibus lineis rectis, sed solum æque distantibus. ¶ Exemplum vero eius de primo errore est tale. Si non esset alius triangulus, ꝙ ysocheles, qui est triangulus trium æqualium laterum, & habere tres angulos æquales duobus rectis demonstraretur ei inesse, vt vniuersale: incõueniẽs esset assignatio. Sed exẽplũ eius de secundo est tale. Si cõmutanim proportionati, ꝗ est passio alicuius cõis nobis ignoti,

D demonstraretur vt vniuersale inesse numeris, lineis, formis, & temporibus, coniunctim, vel diuisim, inconueniens esset talis assignatio. Et similiter ratio est vt dicit Philosophus etiam si tali communi esset nomen impositum.

Notãdum secũdum. ¶ Considerandum est vlterius, ꝙ Philosophus in litera, adducit quoddam documentum: quomodo proprie posset accipi vniuersale, videlicet si remoto aliquo remaneat illud, quod assignatur pro tali prædicato, aut posito aliquo non ponitur prædicatum, non conueniet vniuersaliter subiecto, sicut posito animali non necessario ponitur risibile: vnde risibile non inest vniuersaliter animali. Similiter remoto Sorte non necessario remouetur risibile; igitur risibile non inest Sorti vniuersaliter. (Documẽtũ quo vniuersale cognoscitur.)

¶ Sed quando posito subiecto ponitur prædicatum, & remoto subiecto remouetur prædicatum: signum est ꝙ tale prædicatum conuenit subiecto vniuersaliter, vt posito homine ponitur risibile, & remoto homine, remouetur risibile: igitur signum est ꝙ risibile inest vniuersaliter homini.

Notãdum tertium. Singulare dupliciter. ¶ Considerandum secundum Doctorem Sanctum, in lectione, circa primum errorem, ꝙ singulare accipitur dupliciter. ¶ Vno modo pro indiuiduo alicuius speciei. ¶ Alio modo accipitur communiter pro quolibet inferiori, sicut homo dicitur singulare quoddam ipsius animalis, & vocatur singulare in respectu. Accipitur autem singulare ibidem secundo modo & non primo modo, vt patet per exemplum Philosophi superius adductum.

H

Notãdum quartum. Proportio ¶ Considerandum est vlterius secũdum eundem circa exemplum Philosophi de secundo errore, ꝙ proportio est habitudo vnius quantitatis ad aliam: sicut sex ad tria se habent in proportione dupla, & quattuor ad duo.

Proportionalitas. ¶ Sed proportionalitas est collatio duarum proportionum inter se, & est duplex. ¶ Nã quædam est disiuncta, & habet quattuor terminos: vt sicut se habent sex ad tria, ita quattuoe ad duo. ¶ Alia est coniuncta, et habet tres terminos: nam vno vtitur vt duobus, vt hic, sicut se habent octo ad quattuor, ita quattuor ad duo.

Notãdum quintum. ¶ Considerandum est vlterius secundum eundem ibidem, ꝙ in proportionalitate præsertim coniuncta duo termini se habent, vt antecedentia, & duo consequentia, vt cum dicitur, sicut se habent sex ad tria, ita quattuor ad duo. Sex & quattuor se habẽt vt antecedentia: tria vero & duo vt consequentia.

I

Permutata ꝓportio Est ergo permutata proportio, quando antecedentia inter se proportionabiter conferuntur: & consequentia similiter, vt sic dicendo, Sicut se habẽt sex ad tria, ita quattuor ad duo: ergo a cõmutata proportione, sicut se habent sex ad quattuor; ita tria ad duo. Sed sex se habent ad quattuoe in proportione sesqui altera: ergo tria se habent ad duo in simili proportione.

Discip. ¶ Sed instabat discipulus. Nam creaturarum ad Deum est aliqua proportio: alias per creaturas non cognosceremus Deum, & tñ nõ est aliqua habitudo quantitatis ad quantitatem, cum non sit in Deo quantitas: ergo insufficienter dictum est, ꝙ proportio est habitudo vnius quantitatis ad alterã.

Respõsio. ¶ Dicendum ꝙ duplex est proportio, videlicet commensuratiua, siue quantitatiua: & proportio assimilationis, prima proportio, quæ diffinita est prius, non est inter creaturas & Deum: sed bene secunda, quæ sufficit ad cognitionem.

¶ Ad primum igitur principale dicendum, ꝙ licet omnes partes simul sumptę conuertantur cum toto vniuersali, tamen ab eo differunt secundum rationem. Vnde passio, quę conuenit vniuersaliter illis partibus simul sumptis, eis non conuenit primo: sed per alterum, videlicet per totum vniuersale, vt declaratum est, & per hoc patet solutio ad secundum. K

¶ Sequitur vbi supra, impertinenter tamen.

¶ Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ possit esse genus, sub quo non sit nisi vna sola species.

Primum. ¶ Nam est aliqua species, sub qua non est nisi vnum indiuiduum, vt patet de Sole: ergo a simili potest esse genus, sub quo non sit nisi vna sola species.

Secundũ. ¶ Secũdo pręterea, illud est possibile fieri, quod non implicat contradictionem: sed nõ implicat contradictionem, solam speciem humanam esse sub animali: ergo potest esse gen⁹, videlicet animal, sub quo non sit nisi vna sola species.

Tertium. ¶ Tertio præterea, si nullus ali⁹ flos esset nisi aliqua rosa, aut etiã nec flore existente, adhuc flos esset genus, vt patet in hyeme: ergo idem quod prius.

Quartum ¶ Quarto præterea, idem videtur velle in primo errore superius assignato, vbi innuit ꝙ si sub aliquo vniuersali esset secundum vnum solum singulare &c. accipitur ibi singulare communiter, vt dictum est, videlicet pro minus vniuersali: ergo potest esse genus, sub quo sit vna spẽs.

¶ Sed contra est. D.S. in præsenti lectione: ibi. L.

Vel potest dici, ꝙ est impossibile inueniri aliquod genus, cuius sit vna species tantũ &c.

Cõclusio. Probatio. ¶ Respondeo dicendum ꝙ impossibile est inueniri aliquod genus, sub quo sit solum vna species, quod sic probatur, secundum Doctorem Sanctum, in præsenti lectione. ¶ Nam oportet ꝙ si vnum contrarioꝝ reperiatur in rerum natura, ꝙ et alterum reperiatur, vt patet per Philosophum secundo de Cœlo: vbi loquitur de differentijs contrarijs. Sed genus diuiditur in species per differentias oppositas contrarię: ergo si vna species inuenitur, & alia, & per consequens non potest esse genus sub quo sit tantum vna species.

Discip. ¶ Sed instabat discipulus. Nam differentię reperiuntur potissime in genere substantiæ, in quo tamen nulla est contrarietas, vt patet in Prædicamentis: ergo non bene dictum est, ꝙ differentię opponuntur contrarię.

Respõsio. Triplex gradus cõtrarietatis. ¶ Dicendum ꝙ triplex est gradus contrarietatis: vt patet primo Physicoꝝ. ¶ Primus est repugnantia habitus & priuationis. ¶ Secundus est repugnantia duarum differentiarum formaliter diuidentium vnum genus. Isti autem duo gradus contrarietatis reperiuntur in quolibet prædicamento. M ¶ Tertius gradus est repugnãtia duarum formarum absolutarum, quæ sub eodem genere ponuntur, maxime inter se repugnantes, mutuo se expellentes a subiecto, nisi altera insit subiecto a natura, & isto modo differentiæ non contrariantur. Licet ergo in genere substantiæ non sit contrarietas quantum ad tertium gradũ contrarietatis, tamen quantum ad duos primos gradus reperitur in substantia contrarietas.

Notandũ primum. ¶ Considerandum est autem secundum Egidium, ꝙ species plures esse sub genere dupliciter potest intelligi. ¶ Vno modo quantum ad esse essentiæ, quod habent in singularibus. ¶ Alio modo quantum ad esse virtuale, quod habent in suis causis. ¶ Ad hoc ꝙ saluetur genus non est necesse ꝙ sint plures ꝙ̃ ad esse essentię in singularibus, sed sufficit ꝙ sint plures quantum ad esse, quod habẽt in suis causis. Et per hoc patet solutio ad tria argumenta principalia vltima. Et licet genus possit saluari in vna specie, quãtum ad essentiam, non tñ quantum ad eius potestatem, vt disputatum est super

libro

A libro Prędicabilium Porphyrij. ¶Sed quærat disci-
Discip. pulus, vtrum species possit saluari in vno indiuiduo?
videtur q non. ℣Tunc primo, quia esse in pluribus
est de ratione cuiuslibet vniuersalis, id autem, quod
est de ratione alicuius, non potest ab eo separari.
℣Tunc secundo, quia de ratione cuiuslibet totius est
Respõsio. habere plures partes, vt arguit Britonus. ¶Dicendũ
vt dicit. D.S. q potest esse species, sub qua non est ni-
si vnum indiuiduum: cuius rationem assignat. ℣Nã
species vna diuiditur in indiuidua per differentiam
materiæ. Cõtingit autem totam materiam vnius spe-
ciei proportionatam sub vno indiuiduo compręhen-
di, & tunc non est nisi vnũ indiuiduum sub vna spe-
cie. Hæc ille. ℣Et per hoc patet solutio ad primum
argumentum principale. ℣Et licet aptum natum es-
se in pluribus sit de ratione vniuersalis, non tamen
actu esse in multis, neq; talis aptitudo est frustra si nũ-
quam reduceretur ad actum: quia aptitudo est incli-
natio consequens formam. Potentia vero consequi-
B tur materiam: vnde licet potentia illa sit frustra, quæ
non reducitur ad actum, non tamen aptitudo. ℣Et
quamuis de ratione totius integralis sit habere plu-
res partes, non tamẽ hoc est de ratione totius vniuer-
Notãdum salis. ¶Considerandum est tamen secundum. D.S.
secũdum. q species est duplex. ℣Nam quædam est, cuius singu-
lare est immateriale, vt patet de Angelis, & sub tali
specie non est nisi vnum indiuiduum: immo plura es-
se sub tali specie repugnat ipsi speciei. ℣Alia est spe-
cies, cuius singulare est corruptibile, vt homo, & sub
tali specie necesse est esse plura indiuidua quantum
ad intentionem naturæ. Natura enim intendit con-
seruationem specierum. Species autem, cuius singu-
lare est corruptibile, non potest conseruari in esse, si
sub ea solum est vnum indiuiduum, quia eo corru-
pto, non remanet species in esse, nisi esset tale indiui-
duum, ex cuius corruptione generaretur alterum sub
Fenix. eadem specie, vt patet de Fenice. Fenix est auis, & est
perfecta ta'is: vna dum moritur, altera ab hoc oritur.
Dubium. ¶Sed in prædictis videtur esse contradictio. Nam di-
ctũ est supra in præsenti articulo: ibi {Et licet &c.}
q aptum natum esse in multis est de ratione speciei,
C & cuiuslibet vniuersalis. Hic autem dictum est q re-
Solutio. pugnat speciei angelicę posse esse in multis. ¶Dicen-
dum q natura Angelica siue species in angelis potest
considerari dupliciter. ℣Vno mõ, vt species. ℣Alio
modo, vt talis species. ℣Primo posse esse in multis
non repugnat speciei angelicæ. Sed bene secũdo mo-
do, quia si posset multiplicari in plura indiuidua, nõ
esset per se exñs, sed in alio, quod implicat. ¶Ad pri-
mum & ad oĩa alia argumenta patet soso ex dictis.

¶Quæstio. 18. De qualitate principiorum demon-
Lec. 13. strationis, et est lectio. 13. D.S.

LICET IN superioribus habitum sit qui-
bus demonstrator vtitur, considerandum tamen re-
stat in hoc tractatu ex quibus, & ex qualibus demon-
stratio procedat. ¶Circa quod quinque occurrunt
consideranda, secundum q huius tractatus sunt quin-
que capitula, secundum quinq; lectiones. D.S. ℣Pri-
mo considerandum est, qualiter demonstratio proce-
dat ex necessarijs, & hoc in primo capitulo. ℣Secun-
do, qualiter procedat ex his, quæ sunt per se, & hoc
in secundo capitulo: ibi {Accidentia vero p se etc.}
℣Tertio qualiter demonstratio nõ procedat ex prin-
cipijs extraneis, & hoc in tertio capitulo: ibi {Non
ergo ex alio &c.} ℣Quarto, qualiter demonstratio
non pcedat ex corruptibilibus, sed ex sempiternis, &
hoc in quarto capitulo: ibi {Manifestum est au-
tem &c.} ℣Quinto, qualiter demõstratio non pro- D
cedat ex communibus, sed ex proprijs, et hoc in quin-
to capitulo: ibi, {Quoniam autem manifestum
est &c.} ¶Circa primum quæruntur tria. ℣Primo,
vtrum demõstratio procedat ex necessarijs. ℣Secun-
do, vtrum conclusio possit fieri per medium non ne-
cessarium. ℣Tertio, vtrũ destructis omnibus scitis,
corrumpatur necessario scientia in nobis.

¶Sequitur in Philosopho, & in. S.D. {Si igitur est
demonstratiua scientia.} ¶Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q
demonstratio non procedat ex necessarijs. ¶Nam Primum.
necessarium est quod impossibile est non esse, vt pa-
tet per diffinitionem necessarij, quinto Metaphysi.
sed præmissæ demonstrationes possunt non esse, qa
ipsis prolatis non sunt neq; reiterari possunt, quia qđ
semel est dictum meat irreuocabile verbum, vt patet
per Philosophum in Prędicamentis: ergo demonstra-
tio non semper procedit ex necessarijs. ¶Secundo Secũdum.
præterea, demonstratio ad impossibile est demõstra-
tio, vt infra patebit: sed talis non procedit ex necessa-
rijs, sed ex impossibilibus. Impossibile enim & ne- E
cessarium opponuntur: ergo non quælibet demon-
stratio procedit ex necessarijs. ¶Sed contra est Phi-
losophus in litera dicens.

Si igitur est demonstratiua scientia ex princi-
pijs necessarijs, quod enim scitur, non potest
aliter se habere, igitur &c.

¶Respondeo dicendum, q iste est tertius tractatus Responsio
huius primi libri, in quo (vt dictum est) sunt quin-
que capitula. In quorum primo Philosophus osten-
dit, q demonstratio procedit ex necessarijs. Ponit au-
tem in isto capitulo duas conclusiones. Quarum pri-
ma est responsiua ad quæsitum. Secunda est q con-
clusio necessaria non potest sciri nisi ex pręmissis ne-
cessarijs, de qua in sequenti articulo videbitur. ℣Est Cõclusio.
ergo prima conclusio, q demonstratio procedit ex
præmissis necessarijs, hæc cõclusio probatur duabus
rationibus Philosophi, & a signo. ¶Prima ratio est Prima rõ.
talis, Omnes propositiones per se sunt necessariæ, vt F
patet per primum modum perseitatis, vbi prædica-
tum est de diffinitione subiecti, & per secundum mo-
dum vbi subiectum est de diffinitione prędicati. Sed
demonstratio procedit ex præmissis, quę sunt per se:
ergo demonstratio procedit ex necessarijs. ¶Secun- Secunda.
da ratio est talis, Illud quod non potest aliter se habe-
re, est necessarium: sed conclusio scita per demonstra-
tionem non potest aliter se habere, vt patet per diffi-
nitionem scire superius habitam: ergo conclusio de-
monstrationis est necessaria, sed necessarium non po-
test sciri nisi per præmissas necessarias, vt infra in se-
quenti articulo probabitur: ergo cum demonstratio
faciat scire, vt patet per primam eius diffinitionem,
procedit ex præmissis necessarijs. ¶A signo idem Probatio a
sic probat, Nam contra rationem aliquam non fer- signo.
tur instantia nisi propter hoc, q deficit aliquid eo-
rum, quæ in ratione ista obseruanda sunt. Sed cõtra
eum, qui opinatur demonstrare, ferimus instantiam
ex eo, q non sunt necessaria ea, ex quibus procedit,
signum est ergo q demonstratio procedit ex necessa-
rijs. ¶Ex hac conclusione infert Philosophus vnum Correlariũ
correlarium, videlicet q cum oporteat demõstratio-
nem procedere ex necessarijs (vt probatum est) stulti
sunt illi, qui opinati sunt bene se principia demõstra-
tionis accipere, si solum propõnes acceptæ sunt pba-
biles, & verę, vt sophistę faciunt, i. illi, qui apparent

O scientes,& non sunt. Sicut.n.aliqui dicuntur sophistæ,inquantum deficiunt a dialectica argumentatione:ita dialectici ex probabilibus procedentes se demonstrare opinantes sophistæ dicuntur.i. apparentes, & non existentes in argumentatione demonstratiua.

Notandum ¶Considerandū est autem secundum.D.S. in præsenti lectione,q quia in demonstratione demonstratur passio de subiecto per medium, quod est diffinitio, oportet q prima propositio.s.maior,cuius prædicatū est passio,& subm diffinitio,quæ continet passionis principia,sit per se in quarto modo. Secunda autē.s. minor,cuius subiectum est diffinitum, & prædicatū diffinitio,est in primo modo perseitatis. Conclusio vero, in qua prædicatur propria passio de subiecto, est per se in secundo modo. ¶Ad primum igitur dicendum q præmissę demonstrationis,possunt dupliciter considerari. Vno modo, quantum ad substantiam vocis,et isto modo bene corrumpuntur. Alio modo,quātum ad habitudinem terminorum,& hoc

H modo sunt incorruptibiles,& necessarię. Et licet oratio secundum substantiam vocis eodem numero nō possit reiterari:potest tamen eadem manens secundū speciem reiterari. ¶Ad secūdum dicendū q duplex est demonstratio,videlicet ostensiua, & ad impossibile.

Demſtratio ad ipoſe. Demonstratio vero ad impossibile procedit ex necessarijs quātum ad vltimū eius processum. Quot autem sint processus in demōstratione ad impoſe, &

Ostensiua. quæ sit talis:infra declarabitur. Demōstratio vero ostensiua est duplex,vz demonstratio quia,& demonstratio pp quid. Demonstratio autem quia, nō semper procedit ex necessarijs simpl'e. Demōstratio vero pp quid, de qua est potissime hic ad propositū, procedit ex necessarijs. Quę autem sit demōstratio quia, & quæ propter quid:inferius declarabitur.

¶Sequitur vbi supra in Pho,& in.D.S. {Quod autem ex necessarijs &c.} Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q conclusio necessaria possit demonstratiue sciri p medium non necessarium.

Primum. ¶Nam conclusiones naturales sunt necessariæ cum ipsarū sit scientia,& tamen sciuntur per media non necessaria,cum entia naturalia sint variabilia,& corruptibilia:ergo conclusiones

I necessarię sciri possunt per medium nō necessarium.

Secundū. ¶Scdo præterea, ista conclusio est necessaria, Deus est,& demonstratiue scitur per medium non necessa-

Tertium. rium,videlicet per ipsam creaturam:ergo &c. ¶Tertio præterea,ista conclusio est necessaria,hō est risibilis,scitur demonstratiue propter quid per præmissas contingentes,videlicet per istas,Omne animal rationale ē risibile,omnis homo est animal rationale, quę sunt contingentes,quod sic patet, quia non sunt impossibiles propositiones:ergo sunt contingentes, patet consequentia per legem contradictoriarum. Contingentes.n.& impossibiles contradicunt, vt patet secundo Perihermenias:ergo &c. ¶Sed contra est Philosophus in litera: ibi {Quod autem ex necessarijs oportet esse syllogismum manifestum est. Si.n.non est habens rationem propter quid existētem, demon-

Conclusio stratione non est sciēs: ergo &c.} ¶Respondeo dicendum q secunda conclusio huius capituli, quæ est responsiua ad quæsitum est talis, Cōclusio necessaria non potest sciri ex præmissis non necessarijs. Quæ quidem conclusio probatur duabus rationibus Phi-

Prima rō. losophi,quarum prima est talis. Nam ille, qui non dicit rationem respondentem propter quid, non efficitur neq dicitur sciens,cū scire sit rei causam cognoscere &c. vt ex supra dictis patet:sed qui infert aliquā conclusionem necessariam ex præmissis non necessarijs,vz per medium contingens,non dicit rōnem ostēdentem propter quid:ergo ex talibus præmissis p medium contingens,non potest sciri conclō necessaria: ergo medium contingens nō potest esse ratio siue cā propter quid ipsius cōclusionis necessariæ, quod erat

Scda rō. probādum. ¶Secunda ratio est talis, Si aliquis nunc nescit aliquam conclusionem,habens tñ eandem rōnem,quam prius habuit, saluus existens, re non corrupta,& ille non est oblitus,sequitur q prius nesciuit illam,quia illis modis amittitur scientia: sed ille qui habet conclusionem necessariam p medium contingens,corrupto medio consequenter nescit illam cōclusionem medio non existente,et tñ habet eandē rōnē, saluus existens,& res est salua,et non est oblitus:ergo prius nesciuit illam conclusionē,qn vz medium non dum erat corruptum. ¶Considerandum est autē fm

Notandū primum. Scia.4.modis amittitē D.S.in præsenti lec.q Phs in secunda pbatione prædicta innuit quattuor modos,quibus aliquis amittit sciam,quam prius habuit. Quorum primus est qñ excidit a mente eius rano,per quam prius sciuit. Se-

L cundus est per corruptionem illius rei,vt si scit sciētia te sedere dū sedes, te non sedente scia perit. Tertius modus est per corruptionē aut lesionem ipsius scientis,vt patet in Lethargicis. Quartus vero ē per obliuionem. ¶Cōsiderandum est vlterius fm Phm in li-

Notādum secūdum. tera,q licet cōclo necessaria non pnsit sciri per medium contingens,pōt tñ syllogizari p tale medium, sicut verū pōt syllogisticε concludi ex falsis, vt omne album est risibile,oīs hō est albus: ergo oīs hō est risibilis. Ibi ergo conclusio necessaria in barbara syllogistice concluditur p pręmissas nō necessarias, verumtñ si ambę præmissę sunt necessarię, conclusio erit necessaria, qa sicut ex veris nō sequit nisi verūtas ex ambabus præmissis necessarijs nō sequit nisi necessariū,

Correlariū vt patet.1.Prior. Ex prædictis patet vt infert Phs, q oportet demr̄atioem pcedere ex necessarijs p medium necessarium,cū demonstratio faciat scire. Necessarium.n.non pōt sciri nisi ex necessarijs, vt dcm̄ est,&t p mediū non necessariū non potest sciri q conclusio sit necessaria neq pp qd, neq quia. ¶Ad primum igit̄ dicēdū q entia nālia pñt dupl'r cōsiderari.

M Vno mō in particulari, vz quantū ad eorū esse existentię. Et isto modo sunt variabilia. Alio modo in vlī quantū ad habitudinē terminorū, quā hñt ad suas passiones & principia:& isto modo sunt variabilia. ¶Ad scdm dicendū q ista propō dē esse nō scitur per demonstrationē pp quid:sed solū demonstrando qa,

Discip. & a posteriori. ¶Sed replicabat discipulus. Nā dicit hic. D.S.fm intētionē Phi q p medium cōtingēs non scit cōclusio necessaria, neq pp qd, neq qa, ergo solo

Respōsio. mala. ¶Dōm q aliud est scire propōnem necessariā quia est,& aliud est scire q talis propō est necessaria p mediū contingens siue non necessariū, vñ pōt sciri conclusio necessaria quantū ad qa est p mediū nō necessariū, non tñ pōt sciri p tale mediū q ipsa sit necessaria, neq quantū ad quia est, neq quantū ad quia est.

Contingēs duplicitēr. ¶Ad terriū dicendū q contingēs accipit dupliciter. Vno modo fm q conuertitur cū possibili alto, vz p omni eo qd' non est impossibile,& sic diuidit in cōtingens, necessariū, & contingens non necessariū,& isto modo prædictę præmissę & oēs propōnes necessariæ dnr contingentes. Alio modo accipitur contingens specialiter, videlicet p contingenti non necessario, secūdum q distinguitur contra necessariū, & isto modo prædictæ præmissę non sunt contingentes,sed necessarię:vnde ratio laborat in æquiuoco.

¶Sequitur

A ¶Sequitur vbi supra in Philosopho, & in. S. D. impertinenter tamen. ¶Articulus tertius.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ destructis rebus scitis, non corrumpatur scia in nobis.
Primum. ¶Nam de rosa in hyeme habetur scientia, & tamen rosa in hyeme est corrupta: ergo re scita corrupta, nō
Secūdum. corrumpitur scientia eius. ¶Scđo ꝑterea de eclypsi solis & lunæ habemus scientiam ipsis non existenti-
Tertium. bus sed corruptis: ergo idē quod prius. ¶Tertio prętere a, de pluuia, & grandine, & cæteris impræssionibus methorologicis habemus sciētiam ipsis non exi-
Quartū. stentibus: ergo &c. ¶Quarto destructo principio extrinseco, nō necesse est principiatū corrumpi, pręsertim dum illud principium est solum principiū, quantum ad fieri, & non quantum ad esse: sed res, quę scit̃, est principium extrinsecum ipsi scię, quantum ad fieri tantum: ergo, quę scit̃, destructa, non destruit̃ scientia in nobis. ¶Sed ↄ̄ est Philosophus in præsenti capitolo vbi enumerat conditiones, quibus amittitur
Respōsio. scientia. ¶Respondeo dicēdum ꝙ res scibilis potest
Res scibil' dupl'r cōsi. potest. considerari dupl'r, Vno modo in sensu composito vt scibilis est: & sic manifestum est ꝙ re scibili destru-
B cta ipsa scientia destruitur, quia perempto vno relatiuorum, perimitur & reliquum. Alio modo potest considerari in sensu diuisio siue materiali, vȝ pro illa re, quæ est scibilis. Et hoc dupl'r. Vno mō, quantum ad esse exñtię eius in particulari, et isto mō corrupta re scibili, nō est necesse ꝙ corrūpat̃ scia illius rei, nisi quantum ad an est. Alio modo, quantū ad esse vl'r ſm habitudinem, quā habet ad suas passiones & principia, & isto mō si res scibiles corrūperent̃ quod est impoſe, necessario & scia corrūperetur. ¶Concedendum est ergo ꝙ corrupta re scibili eo modo quo corrūpitur, corrōpitur & eius scia: vnde rosa in hyeme qa noo habet esse exñtię, ideo nō babemus sciam eius in byeme quantū ad an est: buius. n. cōcl'onis, rosa est in hyeme, nō habet̃ scia, quia ipsius scię ad rem scitam debet esse conformitas, & adæquatio, cū scia sit verorum: veꝝ. n. consistit in adæquatione intellectus: huius tñ cōcl'onis, vȝ rosa est flos, qoia est incorruptibilis, cum sit necessaria, habemus sciam in hyeme, quia necessaria est habitudo subti ad prædicatō.
G ¶Concedēdum est tñ ſm Egidium ꝙ res scibilis habet duplex esse, vȝ esse exñtiæ in suis singularibus, & esse virtuale in suis causis & principijs. Si manet quātum ad esse, quod habet in suis causis, non est necesse ꝙ scia corrumpat̃, quia rosa in hyeme, licet corrumpatur quantum ad eius esse exñtiæ, remanet tñ quantum ad esse, quod habet in suis causis: ideo de ea habetur scia in hyeme, & sil'r dicendum est de eclypsi solis
Argumentum Rodolphi. & lunę & impręssionibus methorologicis. ¶Sed cōtra hāc opinionem adducit Rodolphus Britonus talem rōnem. Nā si res corruptæ haberent esse in suis causis, sufficienter ad hoc ꝙ de eis scia saluaret̃, aut tales cāę sunt sufficientes, aut oon. Si scđm, sequit̃ ꝙ ꝑ eas talis res non scitur certitudinaliter. Si primum, sequeret̃ ꝙ tales cāę producerent tales res, quia posita
Responsio. cā ꝑ se sufficienti ponitur effectus. ¶Sed siquis opinionem. Egidij sustinere voluerit de facili prædicta ratio solueretur. Nam posita cā ꝑ se sufficienti nō est necesse ꝙ ponatur effectus: sed requirit̃ ꝙ sit applicata, & non impedita, vt patet ad longum in. 5. Meta. ynde licet cāę rei scibilis sint sufficientes ſm se, quia tamen noo semper applicantur, et aliquando impediri possunt, non est oecesse ꝙ istæ res producantur in esse actuali, & ideo prædicta ratio non demonstrat.
Notādum ¶Considerandum est vlterius ſm prænominatum

Rodolphum, ꝙ scia de aliqua re est in duplici differētia. Nam quædam est per quam scimus cās, ꝑ quas res actu est, et passiones ei actu aliter inexñtes. Alia est per quam scimus causas per quas res potest esse, & passiones quæ possunt ipsi rei inesse. Si corrumpatur res, necesse est ꝙ corrumpatur scientia primo modo sumpta, non autem secūdo modo. ¶Sed siquis recte considerari voluerit, hæc opinio non videbitur esse de mente Philosophi, &. D. S. quia cum cōclusio demonstrationis sit necessaria, per demonstrationē propter quid non scimus ꝙ subm possit esse tale, vȝ ꝙ homo possit esse risibilis: sed ꝙ homo est risibilis. Similiter ꝙ rosa est flos, & nō solum ꝙ possit esse flos: vnde in hyeme bæc propositio est vera, rosa est flos: licet rosa non existat. Non. n. valet consequētia in propositionibus necessarijs existentibus de est tertio adiacente, ad est secundum adiacens. Non. n. sequitur homo est animal rationale, ergo homo est. Aliter ex vero sequitur falsum, cū antecedēs sꝑ sit verū, & consequens possit esse falsum, vt in. 2. Perihermenias satis disputatum est. ¶Ad primum igitur & ad alia argumenta patet solutio ex dictis.

Oplo Rodolphi.
D
Reprobatio.
H

¶Quæstio. 19. de qualitate conclusionis demonstrationis, & est lectio. 14. S. D. Lec. 14.

E
AMPLIVS considerādum restat qualiter demonstratio procedat ex his, quæ sunt per se, & nō ex his, quæ suot per accidens. ¶Circa quod quæruntur duo. Primo, vtrum conclusio demonstrationis sit semper per se, & non ꝑ accñs. Secundo, vtrum præmissę demonstrationis debeant esse per se.

¶Sequitur in Philosopho, & in. D. S. {Accidentium vero.} Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ concl'o demonstrationis non sit semper per se. ¶Nā Primum.
ista est conclusio demōstrationis scibilis, videlicet luna eclypsatur, secundum communem Philosophorum sententiam: & tamen non est per se, cum prædicatum non sit de diffinitione subiecti, neq; econuerso: ergo conclusio demonstrationis non est semper ꝑ
se. ¶Secundo præterea prædicata accidentium sunt Secūdum.
entia per accidens: aliter essent substantię, si essent entia per se, & tamen eorum est scientia, & ꝑ consequēs F
demonstratio: ergo &c. ¶Tertio probatur, acciden- Tertium.
tium inseparabilium potest esse demonstratio: & tamen talia non probantur per se, vt patet de nigredine in Coruo &c. Probatio maioris, qa necessariorum pōt esse demonstratio, sed talia accidentia sunt necessaria, cū non possint separari ab eoꝝ subiectis: ergo eorum potest esse demonstratio. ¶Sed contra est Philosophus in litera: ibi {Accidentium autem
non per se non est demonstratiua scientia &c.} Res- Rrspōsio.
pondeo dicendum ꝙ istud est secūdum capl'm tertij tractatus buius primi libri, in quo Pħs ostendo qualiter demōstratio sit eorū, quę sunt per se, ponit duas cōcl'ones. Quaꝝ prima est rñsiua ad quæsitū. Scđa vero cōcl'o, de qua in sequēti articulo videbit̃, est ꝙ pręmissæ demonstrationis debent esse ꝑ se, et non per ac-
cidens. Prima cōcl'o ergo est talis, ꝙ demonstratio Cōclusio.
est eoꝝ, quę sunt per se. i. conclusio demonstrationis debet esse ꝑ se, hęc conclusio probatur vna rōne Pħi,
quæ sic format̃ ſm. D. S. Nam illa, quæ non sunt ꝑ Probatio.
se, non ex necessitate insunt: si ergo cōcl'o demōstrationis nō esset ꝑ se, ipsa nō esset necessaria, cuius ↄ̄riū patuit in præcedenti articulo: ergo conclusio demō-
strationis est ꝑ se. ¶Sed ↄ̄ hanc rōnē arguit. D. S. in Dubium.
lec. Nā Pħs probat in pręcedentibus cōcl'onē demſrationis esse nečiam qa est ꝑ se. Nūc autē ꝓbat cōcl'onē

G

demonstrationis esse per se, quia est necessaria: ergo videtur ꝙ Philosophus cõmitat circulationẽ in suis probationibus.

Respõsio. ℭ Ad hoc respondet hic idem. D.S. ꝙ supra articulus non solum ostendit demonstrationem esse necessariorum propter hoc ꝙ est per se sed ꝑ diffõnem quod est scire, & ille fuit verus demonstrationis modus.

Notãdum primum. Instantia physi. ℭ Considerandum est autem ꝙ Philosophus ꝯ prædicta inducit instãtiam talem, Nam qñ aliqua conclusio necessaria infertur ex præmissis consequentibus contingentibus, quæritur an tales præmissæ sint veræ: quo dato infertur necessario conclusio, videt ergo ꝙ præmissæ contingentes possunt inferre aliquam conclusionem necessariam, quæ tñ nõ erit per se.

Respõsio. ℭ Ad quod dicendum ꝙ aliud est necessario inferre conclusionem, & aliud est inferre conclusionem necessariam, præmissę contingentes inferunt necessario, si verę sunt, & debite ordinatæ, aliquã cõclusionem necessariam necessitate ꝯñę, nõ tñ semper inferunt conclusionem necessariam necessitate cõsequentis: quia non ita interrogatur de præmissis con-

H

tingentibus, quasi cõclusio sit necessaria absolute ꝑꝑ interrogata, sed quia necesse est præmissas concedẽti concedere cõclusionem, & hoc ꝑꝑ necessitatem ꝯñę, & non consequentis.

Notandũ secũdum. Accidens duplex. ℭ Considerandum est etiã vlterius ꝙ duplex est accidens. ¶ Nam quoddam est accidens proprium, & aliud est accidẽs cõe, & tale est duplex.

Cur aliqđ accñs ẽ separabile et quoddã inseparabile. ¶ Nã quoddam est separabile, aliud inseparabile. ¶ Cuius ratio. Nam omne accidẽs, quod causatur ex principijs subiecti, aut cãtur ex principijs proprijs speciei, aut indiuidui. Si primum, sic est accidẽs proprium. Si secundum, hoc est dupliciter, quia vel causatur a principijs indiuidui inseparabiliter, & sic est accidens inseparabile, vel a principijs indiuidui indeterminate considerati, & tũc est accidens separabile. ¶ De accidente proprio est demonstratio, & non de alijs, inquantum hmõi. ¶ Ex prædictis patet qualiter accidens proprium, & accñs cõe inseparabiliter conueniunt ſm esse, quia vtrunq; habet esse insepatbile a suo subto, differunt tñ ſm originem: verũtamen, vt supra dcm̃ est, accidens proprium habet esse inseparabile, tam ſm rem, q̃ ſm intellectum. Sed cõe inseparabile est quidem inseparabile ſm rem: sed ſm intel-

I

lectum, tam quantum ad primam, q̃ quantum ad secundam eius operationem est separabile. Possumus .n. intelligere Coruum posse existere non intelligendo nigredinem esse, quod de accidente proprio dici non potest. Nõ .n. possumus intelligere hoĩem posse esse in rerum natura absq; hoc ꝙ sit risibilis, quia est rpugnantia intellectuum. ℭ Ad primum igiť dicendum ꝙ eclypsari potest accipi dupľr. ¶ Vno modo, vt dicit aptitudinem, & isto modo ista propositio est per se luna eclypsatur .i. luna est eclypsabilis, vt ita loquar. ¶ Alio modo potest accipi, vt dicit actũ, & isto modo dicta propositio non est necessaria, & ꝑ se nisi necessitate, vt nunc: qñ .s. ponitur causa in actu, necessario ponitur actu eclypsis, tñ illa vt sic, nõ est demõstrabilis demonstratione ꝑꝑ quid proprie loquendo.

Accidẽtia dupliciter cõsi. posse. ℭ Ad secundum dicendum ꝙ accñtia possunt dupľr considerari. ¶ Vno modo concretiue per respectum ad subm, & illo modo accidentia cõia sunt entia per accidens. ¶ Alio modo possunt considerari abstractiue, siue substractiue in ordine ad superiora & inferiora sui generis. Et isto modo accidentia ẽt cõia sunt entia per se: vnde Phs. 5. Meta. diuidit ens in ens per se, & in ens ꝑ accidens.

Ens per accidens dupliciter. Ens vero per se diuidit in .x. prędicamenta. ¶ Verũtamen aliquid dr̃ ens per accidẽs dupľr. ¶ Vno modo, vt distinguiť ꝯ ens per se in rerũ

K

natura ſm esse in alio sicut accidẽs est in subo, & isto modo omne accidens qualitercunq; consideretť est ꝑ accidens, secundo modo, vt distinguiť ꝯ illud, quod non est compositum ex naturis diuersorũ prędicamẽtorum: & isto modo accidentia abstractiua designata quæcunq; sint illa, sunt entia per se, & vt sic de eis est sciã & demonstratio. ¶ Sed quia accidens proprium fluit adæquate a principijs speciei, quę habent modũ formæ, ideo accidens proprium, tam concretiue, q̃ abstractiue designatum, dr̃ ens per se, non autẽ sic est de accidentibus cõibus. ℭ Ad tertium ddm̃ ꝙ necessariorum per se potest esse demonstratio ꝑꝑ quid, nõ autem necessariorum, quæ non sunt per se, quemadmodum sunt illa accidentia, quæ fluunt inseparabiľr a principijs indiuidui, vt supra declaratum est.

ℭ Sequiť in. D.S. ibi, deinde cum dicit. ⟨ Quãdo autem ex necessitate &c. ⟩ Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ pręmissę demonstrationis non sp̃ sint per se, sed possint esse per accñs.

Primum. ℭ Nam per se aliquid dr̃, qñ nõ est cũ alio: sed maior demõstrationis est cũ alio .s. cũ minore, ergo maior ipsa non est ꝑse.

L

Secundũ. ℭ Secundo præterea, hic est demonstratio. Omne compositum ex contrarijs est corruptibile, sed animal est compositum ex ꝯrijs: ergo etc. sed tñ minor non est propositio per se, nõ .n. prędicatũ est de diffõne subti cum subm possit intelligi sine prædicato, & econuerso, vt de se manifestum est: ergo idem quod prius. ℭ Sed ꝯ est Philosophus in litera: ibi ⟨ Qm̃ autem ex necessitate &c. ⟩

ℭ Respondeo dicendũ ꝙ scdm cõclo huius capituli, quæ est responsiua ad quæsitum est talis. ¶ Demonstratio ꝑꝑ quid necessario est ex primis, quæ sunt per se.

Conclusio Probatio. Quam conclusionem probat Phs vnica rõne, quę sic formatur ſm. D.S. ℭ Nam demonstratio cum faciat scire procedit ex necessarijs, vt supra ostẽsum est: sed ea, quę non sunt per se, cum possint non esse, non sunt necessaria, quia necessarium est quod impossibile est non esse, vt patet per diffõnẽ necessarij: ergo demonstratio non procedit ex his, quę non sunt per se, & per consequens procedit ex primis quæ sunt ꝑ se.

Correlariũ M ℭ Ex quo infert Phs ꝙ si aliquis sylľs non procedit ex his, quę sunt per se, dato ꝙ procedat ex necessarijs, non facit scire ꝑꝑ quid, cum scire ꝑꝑ quid sit rei cãm cognoscere per se propriam, & applicatam: vt supra declaratum est.

Per, prępositio, dupľr ℭ Ad primum igiť dicendum ꝙ ista præpositio Per põt accipi dupľr. ¶ Vno modo, vt dicit solitudinem. Et isto modo illud dicitur per se, qđ non est cum alio vel in alio. ¶ Alio modo põt accipi, vt dicit habitudinem prædicati ad subm, ſm ꝙ prędicatum per se inest subto, & hoc modo primæ demonstrationis dicuntur per se, & non primo mõ. ℭ Ad secundum dicendũ ꝙ licet componi ex necessarijs non sit de diffõne animalis, est tñ de diffõne & intellectu eius, vt est corpus mixtum ex quattuor elementis: vnde illa minor est in primo modo dicendi per se, non per se primo, sed per alterum, siue per se secundo.

ℭ Qõ. 20. De ꝑcessu demr̃ationũ, & est lec. 15. D.S. Lec. 15.

ORDINE pręmisso cõsiderandũ restat in hoc tertio capľo huius tertij tractatus qualiter demonstratio non procedit ex principijs extraneis. Circa quod quæruntur duo. ¶ Primo, vtrũ in demõstrationibus possit fieri discursus de gñe in genus. ¶ Scdo, vtrũ extrema demr̃ationis & eius mediũ sint eiusdẽ generis.

ℭ Sequiť in Pľo, & in. D.S. ⟨ Nõ aũt ex alio gñe. ⟩

ℭ Articulus primus.

AD SECVNDVM sic ꝑceditur. Vr̃ ꝙ in demr̃ationibus cõuenit demõstrãtem descendere de

genere

A
Primum. genere in genus. ¶ Nã Metaphy. est alia scia ab alijs scientijs specialibus, & tamen ab ea fit descensus ad scientias speciales cum probet & demonstret principia scientiarum specialium: ergo conuenit demõstrãtem descendere de genere spãlium ad aliud genus.
Secundum ¶ Secundo probatur, dialectica, cum sit sciẽtia rationalis, est alia scientia a scientijs naturalibus. & tamen conuenit descendere ab ea ad alias scientias, cum habeat viam ad principia omnium aliarum scientiarũ, vt patet primo Topicorum: ergo &c̃.
Tertium: ¶ Tertio probatur, ab Arithmetica ad musicam fit descensus, qa conclusiones musicales demonstrãtur per Arithmeticalia, & constat eas esse scientias diuersas: ergo &c.
Quartũ. ¶ Quarto probatur, quando scientiæ habent eadem principia conuenit demonstrantẽ descendere ab vna in aliam: sed oĩum scientiaꝝ & oĩum demonstrationum sunt eadẽ principia, vt innuit hic Phs: ergo &c. Sed contra est Phs in litera ibi, Non est ergo ex alio genere descendentem demonstrare &c.
R sponsio. ¶ Respondeo dicendum ꝙ istud est. 3. caplm huius tertij tractatus, in quo Phs volens ostendere ꝙ demonstratio nõ procedit ex principijs extraneis, ponit vnam conclusionem quę est responsiua ad quæsitum.
B
Cõclusio. ¶ Videlicet ꝙ non conuenit demonstrantem descendere de vno genere subiecto in aliquod genus, quam cõclusionẽ aliquibus præsuppositis probat tali ratione.
Probatio. ¶ Nam in demonstratione oportet extrema & medium esse eiusdem generis, vt in alio articulo probabitur: sed diuersę scientiæ sunt circa diuersa genera substantię: ergo ex principijs vnius scientiæ non potest concludi aliud in alia scientia. Ex quo sequitur ꝙ demõstrationes non procedunt ex extraneis principijs: quia si sic non prohiberet demonstrantem descendere de genere in aliud genus.
Primum Correllarium. ¶ Ex prædicta conclusione infert Phs duo correlaria. ¶ Quorum primũ est ꝙ nulla scientia demonstrat aliqd de subiecto alterius sciẽtiæ, siue tale subiectum sit subiectũ cõmunioris scientiæ siue scientiæ disperatę, sicut Geometria non demonstrat ꝙ contrariorum eadem sit scientia. Cõmuniora. n. pertinent ad scientiam cõem. s. primã phylosophiam, siue dialecticam. Similiter Geometria non demonstrat ꝙ ex ductu vnius numeri cubi in alterũ numerum cubum surgat numerus cubus: sed hoc pertinet ad arithmeticum.
C
2. Correllarium. ¶ Secundum correlarium est ꝙ scientia de proprio subiecto non demonstrat quodlibet accidens, sed solum accidẽs, quod est sui generis: sicut Geometria non demonstrat de linea recta ꝙ sit pulcherrima linearum.
Notandum primum. ¶ Pro ampliori declaratione præcedentium considerandum est sm Phylosophũ in præsenti passu, ꝙ tria reperiũtur in qualibet demõstratione, videlicet passio, qua demõstratur, & genus subiectum, de quo demõstratur passio, & dignitates, ex quibus demonstratio procedit: quorum trium, dignitates solum possunt esse cõmunes diuersis sciẽtijs, non autem subiectum, & passio, nisi illę scientiæ sic se habent, ꝙ vna cõtinetur sub alia, vt accidit in sciẽtijs subalternatis, de quarum subalternatione inferius declarabitur.
Discip. ¶ Sed instabat discipulus. Nam præter prædicta tria, in qualibet demonstratione reperitur proprium medium, qđ est diffinitio subiecti, vel passionis: ergo insufficiens est prædicta assignatio Phylosophi.
Responsio. ¶ Dicendum ꝙ mediũ reducitur ad p̃dicta tria, quia reducitur ad dignitatem, sicut causa proxima ad causam, vt quidam dicunt: vel reducitur ad extremitates, videlicet ad subiectum & passionem: qa medium quodammodo includitur in extremis vt dicit Egidius.
Notan. 2. ¶ Considerandũ est hic vlterius sm Phylosophum elicitiue, ꝙ scientiarum q̃dam sunt quarũ est idem genus subiectũ simplr: sicut scientia de triangulo & ysochele respectu eiusdem passionis. ¶ Alia sunt quarũ genera subiecta sunt simplr diuersa, siue alia, sicut Geometria & Arithmetica. Sed aliæ sunt scientiæ quarum genera subiecta nõ sunt simpliciter idem neq; simplr alia: sed sunt subalternatiua adinuicem, sicut Arithmetica, & Musica. Contingit. n. demõstrãtẽ descendere ab eodẽ gñe in idem genus simpliciter vt ab vno genere in alterum genus. Non aũt conuenit eum descendere ab vno genere in aliud genus simpliciter, vt probatum est. D
¶ Considerandum est vlterius sm. D. S. in præsenti passu, ꝙ genus dicit simplr idem, quando non sumitur aliqua differẽtia q̃ sit extranea a natura illius generis: sed sm quid est idẽ genus, quando sumitur circa subiectum aliqua, differentia extranea a natura illius generis: sicut sonus est extraneum quoddam a genere numeri & visuale a genere lineæ. Sed illa genera subiecta dicuntur simplr differẽtia, q̃ sunt disperata: & vnum non se habet ad aliud per differentias contrahentes, sicut linea & numerus. Notan. 3. E
¶ Considerãdum est vlterius ꝙ genus potest accipi dupliciter. ¶ Vno modo pro genere naturali. ¶ Alio modo pro genere logicali. ¶ Et hoc dupliciter. ¶ Vno modo pro genere prędicabili. ¶ Alio mõ pro genere subiecto siue pro genere scibili: cui potest demonstrari inesse aliqua passio propria. Isto autem vltimo accipitur hic genus, & nõ duobus primis modis. Notan. 4. Genus dupliciter.
¶ Considerandum est finaliter ꝙ duplicia sunt principia demonstrationis siue scientiarum. ¶ Quædam sunt propria, & talia non se extendunt ad scientias penitus diuersas. ¶ Alia sunt communia, & talia possunt duplr considerari. ¶ Vno modo vt applicata sunt & appropriata ad aliquam scientiam determinatam. Et isto modo non se extendunt ad scientias diuersas. ¶ Alio modo vt sunt in sua communitate remanentia. Et isto modo sunt communia diuersis scientijs. Notan. 5. Principia de mõ vel scientiarũ duplicia.
¶ Ad argumenta patet solutio ex dictis.

¶ Sequitur vbi arguitur impertinenter &c.

¶ Articulus secundus.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ medium demonstrationis non sit eiusdem generis cũ extremis. Primum.
¶ Nam extrema nõ sunt eiusdem generis: ergo suppositum falsum. Antecedens patet: quia extrema demonstrationis sunt subiectũ, & propria passio: sed subiectum vt plurimum est in genere substantiæ, & passio in genere qualitatis sm scholam Thomistarum, substantia autem & qualitas sunt diuersa genera: igitur &c.
¶ Secundo probatur, illa sunt eiusdem generis quæ conueniunt in eodem genere, vel si non sic, detur illud: ergo &c. Secũdum.
¶ Tertio probatur, illud, cui non conuenit ratio generis, non potest esse eiusdem generis cum aliquo: sed medio, quod est diffinitio, non conuenit ratio generis, cum diffinitio nõ sit prædicabile, vt patet inducendo per singula prædicabilia: ergo medium demonstrationis nõ est eiusdem generis cum extremis. Tertium.
¶ Sed contra est Phylosophus in pręsenti passu nisi sequitur. Conclusio.
¶ Respondeo dicendum ꝙ medium demonstrationis est eiusdem generis cum extremis, i. cum maiori & minori extremitatibus, quod sic patet sm Phylosophum.
¶ Nam si medium non esset eiusdem generis cum extremis, sequeretur ꝙ medium non per se conueniret de extremis, neq; extrema medio, & per consequens præmissę demonstrationis essent per accidens, & nõ per se, & sic demonstratio non procederet ex his, q̃ sunt per se, quod est cõtra pręmissa: ergo medium est eius- Probatio.

dem generis cum extremis. ¶ Et hoc loquendo de genere scibili siue subiecto, & non de genere prædicamentali. Medium enim & extrema sunt eiusdem generis scibilis, i. pertinent ad eandem rationem formalem considerationis alicuius scientiæ. Ex quo patet solutio ad argumenta, q̃ ꝓcedunt de eodem gñe.

¶ Quæstio. 21. de his, quorum est demõstratio, & est
Lec. 16. lectio. 16. D.S.

VLTERIVS in hoc quarto capitulo eiusdem tractatus considerandum restat qualiter demonstratio non procedat ex corruptibilibus: sed ex sempiternis. ¶ Circa quod quęruntur duo. ¶ Primo, vtrum corruptibilium sit demonstratio, & diffinitio. ¶ Secundo. vtrũ eorum, q̃ sunt vt frequẽter, sit demr̃atio. ¶ Sequitur i Pħo. & in. D.S. { Manifestũ est aũt. }

¶ Articulus primus.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ corruptibilis possit esse demonstratio. (Primum.) ¶ Nam corruptibilia sunt, quæ possunt esse & non esse: sed ea, quoꝝ est demonstratio, possunt esse & non esse, vt patet de rosa, homine risibili, & sic de alijs: ergo illa quorum est demonstratio, sunt corruptibilia, & sic corruptibilium potest esse demonstratio. (H) ¶ Sed dicebat discipulus, ꝙ licet hæc rosa particularis sit corruptibilis, nõ tamen rosa in vniuersali considerata. (Secũdum.) ¶ Considerandum est ꝙ destructis primis substantijs impossibile ẽ aliquod aliarum remanere ẜm Pħm in prædicamentis: ergo his rosis particularibus destructis destruitur rosa vl'r. ¶ Sed dicebat idem ꝙ destructis omnibus particularibus rosis, destruitur rosa ĩ communi q̃tũ ad esse existentiæ, non tamen q̃tum ad esse essentiæ. (Tertium.) ¶ Considerandum est ꝙ corruptio respicit esse existẽtiæ: ita quod illud dicitur corruptibile, quod potest habere esse, & non esse, i. habere esse existentię & nõ habere: cum igitur vt concessum est rosa in communi corrũpitur q̃tum ad esse existentie, seq̃tur ꝙ simpliciter corrumpitur, & per consequens de ea re si sit demonstratio, sequitur ꝙ corruptibilium sit demonstratio. (Quartum) ¶ Præterea, ipsius motus est diffinitio, vt patet. 3. Phy. & tamen constat ꝙ motus est corruptibilis, vt patet de alteratione, & corruptione: ergo &c̃. (Quintum. I) ¶ Præterea, ipsum corruptibile est diffinibile. Nam corruptibile est quod potest esse & non esse: ergo corruptibilium est diffinitio, & demonstratio. ¶ Sed cõtra est Phylosophus in litera; ibi,

Manifestum est autem, si sint propositiones vniuersales, ex quibus est syllogismus, ꝙ necesse est conclusionem esse perpetuam, &c̃.

(Responsio) ¶ Respõdeo dicendum ꝙ istud est. 4. capitulum huius tertij tractatus, in quo Pħs ostendens quorum est demonstratio, ponit tres conclusiones, quarum. 3. in sequenti articulo declarabitur. ¶ Prima est talis, (Cõclusio prima.) corruptibilium non est demonstratio neq; scientia. Quę conclusio probatur tali ratione ẜm Pħm. ¶ Nam demonstratio est illarum rerum, quę sunt ꝑ se, & de omni, vt ex supra dictis patet: sed corruptibilium nõ sũt vl'es, neq; de omni: cum non sint semper, quod requiritur vt supra declaratum est: ergo corruptibiliũ non est demonstratio, & per consequens neq; sciẽtia, sed tantum sempiternorum. (2. cõclusio. Probatio.) ¶ Secunda conclusio est ꝙ etiam corruptibilium non est diffinitio, quæ probatᷣ tali ratione Pħi. ¶ Nam corruptibilium non est demonstratio, vt patuit per præcedentem conclusionẽ: ergo corruptibilium non est diffinitio. ¶ Patet consequentia, quia diffinitio vel est principium demõstrationis vel conclusio vel tota demonstratio positione differens, vt dicitur hic in litera. (K Notãdum. primum.) ¶ Pro cuius declaratione considerandum est ẜm. D.S. ꝙ contingit diffinitiones diuersas eiusdẽ rei dari ex diuersis cãis sumptis. Causæ autem adinuicem ordinem habẽt. Nam ex vna sumitur ratio alterius. Ex forma. n. sumitur ratio materiæ, talem. n. oportet esse materiam, qualem forma requirit, efficiens vero est ratio formę. Quia enim agens agit sibi simile, oportet ꝙ ẜm modũ agẽtis, sit modus formæ, qui ex actione consequitur. Ex fine autem sumitur ratio efficientis. Nam omne agẽs agit propter finem, oportet ergo ꝙ diffinitio, quæ sumitur a fine, sit ratio, & causa probatiua aliarum diffinitionum, quæ sumuntur ex alijs causis. Ponamus ergo duas diffinitiones domus, quarum vna sumatᷣ a causa finali, quę sit talis, Domus est coopertmentum prohibens nos a pluuia & frigore & æstu. Alia sumatur a causa materiali, quę sit talis, Domus est operimẽtum constitutum ex cemento, lapidibus, & lignis. Secunda diffinitio poterit demõstrari per primam hoc modo, Omne coopertmentum prohibens nos a pluuia &c̃, est constitutum ex cemento &c. sed domus ẽ (L) coopertmentum prohibens nos &c. ergo domus est coopertmentum constitutum ex cemento, lignis, & lapidibus: patet ergo ꝙ diffinitio, quę sumitur a fine, est principium demonstrationis. Illa vero, quæ sumitur a materia est conclusio demonstrationis, potest ẽt coniungi vna diffinitio cum alia, vt sit vna diffinitio hoc modo, Domus est coopertmentum constitutum ex cemento, lapidibus, & lignis, prohibens nos a pluuia, frigore, & æstu. Talis. n. diffinitio continet totũ quod est in demonstratione, videlicet medium, & cõclusionem, & ideo talis diffinitio dicitur demonstratio, positione differens: quia in hoc solum differt a demonstratione, ꝙ nõ est ordinata in modo, & figura. Hęc omnia dicit. D.S. in præsenti lec. formaliter. (Notan. 2.) ¶ Considerãdum vlterius ẜm eundem ibidem, ꝙ q̃a demonstratio non est corruptibilium, sed sempiternoꝝ, neq; diffinitio, (Cur Plato. posuit ideas.) Plato fuit coactus ponere ideas: cum enim ista sensibilia sint corruptibilia, videbatur ei ꝙ eorum non posset esse demonstratio, neq; diffinitio, & ideo dicebat ꝙ necesse est ponere quasdam subãs separatas incorruptibiles, de quibus diffinitiones, & demonstrationes darentur, quas vocabat spẽs vl' ideas. ¶ Sed huic opinioni occurrit hic Pħs dicẽs, (M) ꝙ demonstratio non est corruptibilium nisi per accidens, & si ista sensibilia sint corruptibilia in particulari, in vl'i tamen quandam sempiternitatem habent: cum ergo demonstratio detur de istis sensibilibus in vl'i, & non in particulari, sequitur ꝙ demõstratio nõ est corruptibilium, nisi per accidens, sempiternorũ vero est per se. Hæc ille vbi est formaliter. (Notan. 3.) ¶ Considerandum est vlterius ẜm Egidium ꝙ cum forma recepta in intellectu qua ĩtellectus intelligit, sit abstracta a conditionibus particularis, oportet ꝙ intellectus, & cognitio eius per se feratur non in rem particularem, sed in rem sic abstractã cuius est quidditas rei, quę est obiectum intellectus, vt patet. 3. de Anima: sicut ergo visus est ꝑ se ipsius coloris, per accidens vero ipsius lapidis, vel alicuius alterius corporis, in quo color repetitur, sicut intellectus est per se ipsius quidditatis: sed particularium, in quibus hẽt esse talis q̃dditas, est quodãmodo per accidens. ¶ Sil'r est dicendum de scientia, cum scire sit quoddam intelligere, & de demonstratione, cum demõstratio faciat scire. (Notan. 4.) ¶ Considerandum est vlterius ẜm eundem ꝙ, quia nihil ab intellectu intell'r, nisi vt est actu, & vt habet Analogia ad formam, vnde omnes partes diffinitionis

A diffinitionis dicuntur formæ, ꝙdiu igitur est processus per formam, tandiu procedit diffinitio. Quando vero nõ est processus vlterius diuisiuus per formam, sed per conditiones materiæ: tunc vlterius diffinitio non procedit, quia a specie indiuidua non est processus siue descensus per differentias formales: sed materiales. In specie. n. specialissima iubet Plato quiescere, igitur sensibilium corruptibilium per se diffinitio esse non potest. ¶ Ad primum igitur &c. 2. respõsum est in obijciendo. ¶ Ad. 3. dicendum ꝙ vl'ia sunt corruptibilia in singularibus ꝑ alterum, vl'ia vero in vl'i considerata sunt per se incorruptibilia, quantum ad necessarias habitudines, quas habent ad suas passiones & principia, & vt sic de eis est demõstratio, & diffinitio, & nõ ꝑmo mõ: vñ nõ seq̃t. ¶ Ad alia ꝑʒ solo.

¶ Sequitur i Pħo, & in. D. S. ibi, Deinde, cum dicit, ⟨ Ex eorum, quæ sunt &c. ⟩ ¶ Articulus secundus,

B AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ earum, quæ sunt vt frequenter, non fit demõstratio, nec scientia. Primum. ¶ Nam demonstratio est sempiternorũ: sed quę sunt frequenter, & non semper, nõ sunt sempiterna, nam sempiternum dicitur esse illud, qđ semper est, igitur &c. Secũdum. ¶ Præterea, corruptibilium nõ est demonstratio vt dictum est: sed quæ non sunt semp. sunt corruptibilia, cum aliquando habeant non esse, post esse, igitur &c. Tertium. ¶ Præterea, eorum, quæ sunt raro, non est demonstratio, neq; sciẽtia: ergo pari rõne eoꝝ, q̃ nõ semꝑ sunt, sed frequenter, nõ est demſ̃atio, neq; diffinitio. ¶ Sed contra est Pħs in litera, dicens.

Eorum autem, quę sæpe fiunt, demonstrationes sunt, & scientiæ: vt lunæ defectus, &c.

¶ Respondeo dicendum ꝙ. 3. conclusio huius capituli, quæ est responsiua ad quæsitum, est talis, Conclusio. ℣ Eoꝝ, quæ sępe fiunt est demonstratio. Probatio. Quam conclusionẽ probat Pħs dicens. Nam de eclypsi lunæ & solis est demonstratio, & scientia, quæ vt frequenter, & non C semper accidunt: ergo eorum, quæ sæpe fiunt, est demonstratio. Notandum primum. ¶ Sed considerandum est ꝙ eclypsis lunæ, & similia, quæ nõ semper fiunt, possunt dupliciter considerari. Quæ non semꝑ sunt dupliciter con. põt. ℣ Vno modo in particulari, & tunc non sunt semper, & isto modo de ipsis non est demõstratio, neq; scientia per se. ℣ Alio modo in vl'i, videlicet q̃tum ad rationes vl'es terminorum, & isto mõ ea, quæ non semper sunt. s. q̃tum ad esse existentiæ, semper sunt q̃tum ad esse essentię, vel q̃tum ad habitudinem terminorum: vnde eorum, quę non semper sunt, inq̃tum semper sunt, est demonstratio, & scientia, & non inq̃tũ semper non sunt, vt innuit hic Pħs. Notan. 2. ¶ Considerandum est vlterius fm Egidium ꝙ in demonstratione, qua demonstratur hæc conclusio, videlicet luna eclypsatur, sicut in qualibet alia demonstratione, tria requiruntur, videlicet subiectum. s. luna, & passio. s. eclypsis, & medium. s. interpositio terrę inter solem & lunam, quæ est causa eclypsis lunæ. Manifestum est autem ꝙ in vl'i considerata sunt semper, cum vl'r sint vbiq; & semper. Non enim demonstratur eclypsis de hac particulari luna primo: sed de luna in communi. Manifestum est etiã ꝙ si eclypsis, q̃ tanq; passio ꝑbat de luna, consideret aptitudinaliter, vt supra declaratũ est, semper est. Luna enim semper apta nata est eclypsari, licet non semper actu eclypsetur: sicut homo semper est risibilis, licet non semꝑ actu rideat. Similiter medium quãdam sempiternitatem participat: quia posita interpositione terræ inter solem & lunã, semper & necessario ponitur eclypsis:

Ex quo patet ꝙ omnia, quæ sunt in demonstratione D eorum, quæ non sunt semper, q̃tum ad esse existentię, semper tamen sunt, si in vl'i cõsiderentur, & vt sic sunt & sic sempiterna & incorruptibilia, patet solutio argumenti. ¶ Considerandum est vlterius fm. D. S. in pręsenti lec. ꝙ inter ea, quæ non semper sunt, Notan. 3. est differentia. ℣ Quædam. n. non semper sunt fm tẽpus, sunt tamen semper per comparationem ad causam, quia nunq; deficit quin posita causa, ponatur effectus, sicut de eclypsi lunę dictum est. ℣ Quædam vero sunt, quæ non sunt semper, etiam per comparationem ad causam: quia causæ impediri possunt, nõ enim semper ex semine hominis generatur homo habens duas manus: sed quandoq; fit defectus, vel propter impedimentum virtutis causæ agentis, vel materiæ. In vtrisq; ergo sic sunt ordinandę demonstrationes, vt ex vniuersalibus propositionibus inferatur vniuersalis conclusio, remouendo illa, in quibus potest esse defectus, vel ex parte temporis tantum, vel ẽt ex parte causę. Hæc ille. ¶ Considerandum est vlterius fm Paulum venetum contra Egidium, ꝙ siue Notan. 4. Paulus venetus. eclypsis dicat actum, siue aptitudinem, semper illa ꝑpositio, luna eclypsatur, est demonstrabilis, q̃tum ad habitudinem ex his, quæ sunt semper: quia sicut causa E dicit relationem ad effectum ita e conuerso. Sicut enim non interponitur terra quin sit eclypsis, ita nõ est eclypsis qn interponatur terra: vnde de luna põt demonstrari eclypsis siue dicat actum, siue aptitudinem per hunc modum. Quandocunq; terra interponitur inter solem & lunam, luna eclypsatur. Sed qñcunq; sol est in capite vel in cauda draconis, terra interponitur inter solem & lunam: ergo quandocunq; sol est in capite vel in cauda draconis luna eclypsat. ¶ Sed hæc sententia videtur esse contra ea, quę superius Phylosophus adduxit. Reꝑbatio Probauit. n. supra ꝙ demonstratio est eorum, quę sunt per se, & ꝙ cõclusio demonstrationis est per se: sed quãdo eclypsari dicit actum, ista propositio non est per se, luna eclypsatur, cum prædicatum possit subiecto abesse præter eius corruptionem, vnde magis adhærendum est opinioni Egidij in hac parte, q̃ sententiæ huius opinionis. ¶ Ad primum igit & ad alia patet solutio ex dictis.

¶ Quæstio. 22. de principijs demonstrationum, & est lec. 17. D. S. Lec. 17.

F GENERALITER nunc considerare restat qualiter demonstratio non procedit ex principijs cõmunibus: sed proprijs. ¶ Circa quod quæruntur duo. ℣ Primo vtrum demonstratio procedat ex principijs cõmunibus. ℣ Secundo vtrum correlatiua, quę Phylosophus infert in hoc capitulo ex principali conclusione, sunt sufficienter assignata.

¶ Sequitur in Phylosopho, & in. D. S. ⟨ Quoniam autem manifestum est. ⟩ ¶ Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ demonstratio procedat ex cõmunibus. Primum. ¶ Nam sicut se habet causa vniuersalis ad effectum particularem: ita se habent principia cõmunia ad cõclusionem demõstrabilem, sed causa vniuersalis concurrit ad productionem cuiuslibet effectus particularis: ergo principia cõmunia demonstrationis concurrunt ad scientiam conclusionis, & per consequens ingrediuntur demonstrationem. Secundum ¶ Præterea, illa quę sunt imediatiora conclusioni demonstratę, magis ingrediuntur demonstrationem q̃ illa quę non sunt ei ita imediata: sed principia cõmunia sunt imediatiora cõclusioni q̃ principia propria, quia fm auctorẽ libri de Causis, Causa vniuersalis immediatius agit in effectum,

G ꝙ causa particularis: ergo &c̄. ¶Præterea, principia
cōmunia formaliter & actualiter includuntur in pro
Tertium. prijs, sicut superius in suo inferiori: ergo si principia
propria ingrediuntur demonstrationem, ita & prin-
Quartū. cipia cōmunia. ¶Præterea, Arithmetica & Geome-
tria vtuntur isto principio si ab æqualibus æqualia
demas, quę remanent sunt æqualia, & tamen cōstat
Quintum. ꝙ illud principium est cōmune: igitur &c̄. ¶Præte-
rea, Metaphy. est scientia, & tamen conclusiones eius
procedunt ex principijs cōmunibus, cum ea conside-
Sextum. ret ratione suæ cōmunitatis: ergo &c. ¶Præterea,
vl'ia sunt cōmunia: sed demonstratio procedit ex vni
Septimum uersalibus, vt supra probatum est: ergo &c. ¶Præte-
rea, Phs dicit infra ꝙ eorum, quibus vtimur in demō
stratione, quædam sunt propria, & quædā cōmunia:
ergo demonstratio vtitur principijs communibus.
¶Sed contra est Phs in hoc capitulo dicens.

Quoniam autem manifestum est, ꝙ vnūqdq; non est demonstrare ex vnoquoq;, &c.

¶Respondeo dicendum ꝙ istud est. 5. capl'm huius
H tertij tractatus, in quo Phs ponit vnam conclusionē,
ex qua infert tria correlaria, de quibus in sequenti ar
Cōclusio. ticulo videbitur. ¶Est ergo conclusio quæ est respō-
siua ad quęsitum. Demonstratio non procedit ex pn
cipijs cōmunibus, quæ cōclusio probatur duabus ra-
tionibus Phi ſm. D. S. si dicta eius diligenter cōside-
Prima rō. rentur, quarum prima est talis, ¶Omnis demonstra-
tio propter quid facit scire simpl'r, & per se, non autē
ſm accidens, siue in cōmuni: sed demonstratio, quæ
procedit ex principijs cōmunibus, non facit scire sim
pliciter, sed in vniuersali, siue ſm accidens: ergo de-
monstratio non procedit ex cōmunibus, loquendo
de demonstratione propter quid, de qua est hic ad p-
positum. ⁋Maior patet per Phylosophum supra in
prima diffinitione demonstrationis. ⁋Minor patet
per demonstrationem Brissonis de quadratura circu
li, qui demonstrauit quadraturam circuli esse æqua-
lem circulo per illud principium cōmune. Vbi est in
uenire maius, & minus, ibi est æquale: sed est inueni-
re quadratum maius circulo, & quadratum minus:
ergo est inuenire quadratum æquale. Manifestum ē
ꝙ illa demonstratio non facit scire simpl'r, sed ſm ac-
I cidens: quia illud principium vbi est inuenire maius
Secūda rō. & minus &c. excedit genus quadrati & circuli. ¶Se-
cunda ratio est talis, necesse est medium in eadem p-
ximitate esse cum conclusione. i. necesse est ꝙ mediū
sit proximum conclusioni. Sed si demonstratio pro-
cederet ex cōmunibus principijs, medium non esset
in eadem proximitate cum conclusione, & subiecto
eius, cum possit ad diuersas scientias applicari: ergo
demonstratio non potest procedere ex cōmunibus.
Discip. ¶Sed instat discipulus. Nam per principia superio-
ris scientiæ demonstrantur passiones eiusdem scien-
tiæ de subiecto inferioris scientiæ: sicut in musica de
monstratur aliquid per arithmeticalia, & tamen con
stat ꝙ talia principia non sunt in eadem proximitate
cum subiecto, & conclusionibus musicæ: ergo &c.
Responsio. ¶Dicendum hic ſm Phylosophum ꝙ demōstratio
qua aliqua passio superioris scientiæ demonstratur p
principia eiusdem de subiecto inferioris scientiæ fa-
cit scire, quia est. Sed demonstratio qua demonstrat
passio superioris scientię de subiecto proprio per pn-
cipia eiusdem, facit scire propter quid, hic autem, vt
dictum est fit mentio de demōstratione propter qd,
vnde Phylosophus infra dicet ꝙ scientiæ superioris
est scire propter quid: sed scientię inferioris est scire
quia, quod intelligendum est modo exposito. ¶Ex K
prædictis infertur ſm Phylosophum ꝙ demonstra- Correlarium.
tio procedit ex principijs proprijs. ⁋Nam demōstra Probatio.
tio procedit ex aliquibus principijs, vt patet p diffini
tionem demonstrationis, vel ergo procedit ex prin-
cipijs extraneis siue per accidens, vel ex principijs p
se. Nota primum vt probatum est. Si. 2. aut procedit
ex principijs proprijs aut cōmunibus, non ex princi-
pijs cōmunibus, vt patet per præcedentem conclusio
nem, relinquitur ergo ꝙ demonstratio procedit ex
principijs proprijs. ¶Considerandum est autem ſm Notandū.
Paulum Venetum ꝙ prædicta conclusio probatur a Paulus
Phylosopho quatuor rationibus, quod quidem ve- Venetus.
est si probationes debeant appellari. ⁋Quarum pma
est, in qualibet demonstratione illud, quod demon-
stratur, est in suis principijs ſm ꝙ ipsum. Sed illud qd
demōstratur, non est in principijs cōmunibus ſm ꝙ
ipsum, sed bene in principijs proprijs: ergo demon-
stratio non procedit ex principijs cōmunibus. ⁋Se-
cunda ratio est prima quæ adducta est in corpore ar-
ticuli. ⁋Tertia ratio est ista, omnis demonstratio est
ex principijs non extraneis: neq; per accidēs. Sed pn-
cipia cōmunia sunt huiusmodi: quia superius est ex-
tra rōnē sui inferioris, vt ipse dicit: ergo &c. ⁋Quar- L
ta ratio est. 2. superius adducta ad conclusionem prin
cipalem pręcedentis argumenti. ¶Sed si quis recte Repbatio.
consideret prima sua ratio peccat ſm fallaciam peti-
tionis principij, quia qui diceret conclusionem pro-
cedere ex cōmunibus, negaret maiorem, videlicet in
qualibet demonstratione illud, quod demōstratum,
est in suis principijs ſm quod ipsum. ⁋Similiter. 3. ra
tio assumit falsum, videlicet ꝙ superius est extraneū
respectu sui inferioris. Superius enim est de essentia,
& de intellectu quidditatiuo respectu sui inferioris:
cum sit de diffinitione eius. Nec valet dicere vt ipse
infert. Est extraneum ab altera specie, & tunc dicitur
extraneum respectu inferioris, quia superius contra-
ctum ad aliquam speciem iam nō est superius. ¶Ad
primum dicendum ꝙ sicut causa vniuersalis concur-
rit ad productionem effectus virtualiter: ita prīcipia
cōmunia ingrediuntur demōstrationem virtualiter
non autem formaliter. ⁋Principia ergo cōmunia in-
gredi demonstrationem, potest intelligi dupliciter.
⁋Vno modo virtualiter, & sic ingrediuntur. ⁋Alio
modo formaliter, & hoc dupliciter. ⁋Vno modo cō
siderando ista principia cōmunia vt appropriata & M
applicata ad terminos speciales, & isto modo ingre-
diuntur demonstrationem etiam formaliter. ⁋Alio
modo vt sunt in sua cōmunitate remanentia, & tunc
non ingrediuntur formaliter demonstrationem, vt
vult Phylosophus hic. ¶Ad. 2. dicitur ꝙ duplex est
imediatio, videlicet virtutis, & suppositi: verum est
ꝙ principia cōmunia imediatius igrediuntur imme-
diatione virtutis demonstrationem, non autem im-
mediatione suppositi. ¶Ad. 3. & ad. 4. dicitur sicut
& ad primum. ¶Ad. 5. dicendum ꝙ principia Meta
physicalia possunt dupliciter cōsiderari. ⁋Vno mō
per respectum ad ea, quę cōsiderantur in scientijs spe
cialibus, & isto modo dicuntur cōmunia. ⁋Alio mō
per respectum ad proprium subiectum ipsius Meta-
phy. Et isto modo dicuntur propria, vnde Metaphy
sica considerat principia cōmunia alijs: sed propria
sibi, vt hic dicitur. ¶Ad. 6. dicitur ꝙ cōmune accipi-
tur dupliciter. ⁋Vno modo vt distinguitur contra
singulare. Et isto modo demonstratio procedit ex cō
munibus, quia vt sic vniuersalia omnia dicuntur cō-
munia. ⁋Alio modo vt distinguitur contra pprium,

& isto

A

& isto modo demonstratio propter quid non procedit ex communibus. Secus autem est de demonstratione quia: vt infra declarabitur. ¶ Ad septimum dicendum sicut ad primum.

¶ Sequitur in Pħo, & tn. D. S. Deinde cū dicit, {Si autem hęc est, &c.} ¶ Articulus secundus.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ tria correlaria, quæ Pħs ex cōclusione pręcedenti infert, non sint sufficienter assignata.

Primum.

¶ Nam illa scientia, quæ est propria omnibus, non habet probare ꝑncipia aliarum sciētiarum. Sed vt dicitur hic in textu Metaphy. est ꝓpria scientia omnibus: ergo ipsa non habet ꝓbare principia aliarum scientiarum, quod est contra primum correlarium.

Secundum

¶ Præterea, quæ sunt per se nota non ꝓbant: sed principia scientiarum specialium sunt per se nota, cum sint propositiones imediatæ vt supra est declaratū: igitur &c.

Tertium.

¶ Prętereа, logica habet ꝓbare principia aliarum sciētiarum, vt patet ꝑmo Topicorum: ergo nō Metaphysica, quia dū vnum sufficit ad aliquid, superflue aliud requiritur.

Quartum

B

¶ Quarto ꝑterea, si Metaphysica haberet ꝓbare principia aliarum scientiarum, sequitur ꝙ alię scientię essent subalternę ipsi Metaphysicæ, quia probare ꝑncipia alicuius scientiæ pertinet ad scientiam subalternantem, vt etiam infra concedit Pħs: consequens videtur esse falsum, cum subiectum Metaphysicæ non contrahatur ad scientiam spetialem per differentiam accidentalem, vt etiam infra declarabitur: ergo idem ꝙ prius. ¶ Quinto ꝑterea, scientia, quæ dicitur scientia scientiarum, est maxime scientia, quia genetiuus reflexus super suum nominatiuum importat excellētiam. Sed Logica dicitur scientia scientiarum: ergo Metaphysica non dicitur maxime scientia, sed Logica, qđ est ꝯ ſm correlariū. Sed ꝯ est Pħs in litera ibi,

Si autem manifestum est hoc, quod non est vnicuiq; propria principia demonstrare.

Correlarium. primum.

C

¶ Respondeo dicendum ꝙ Pħs ex ꝑcedenti conclusione infert tria correlaria. ꝩ Quorum ꝑmum est ꝙ ad Metaphysicam, & non ad aliquam scientiam specialem pertinet demōstrare propria principia demōstrationum: quia sola Metaphysica considerat ꝑncipia ꝑma, quæ sunt ꝑncipia communia ad ꝑncipia ꝓpria omnium scientiarum spetialium: vnde ad eam pertinet probare ꝑncipia aliarum sciētiarum.

Discip.

¶ Sed instabat discipulus. Nam Arithmetica probat principia musicalia: ergo hoc non solum ad Metaphysicam pertinet.

Responsio.

¶ Respondetur, quia licet Arithmetica ꝑncipia musicæ probet, non tamē probat ꝑncipia Geometrię: sola autem Metaphysica probat ꝑncipia omnium scientiarum specialium, si probatione indigeant.

Correlariū 2.

¶ Secundum correlarium est ꝙ qa Metaphysica probat ꝑncipia aliarum scientiarum, ex eo ꝙ ꝑncipia ꝑma, & ꝑmas causas considerat, sequitur ꝙ Metaphysica sit maxime sciētia: quia illud, per quod aliquid scitur, & demonstratur, est magis notum. Scientia autem illa, quæ considerat magis scibilia, & ꝑora, dicitur magis scientia. Illa igitur scientia, quę considerat maxime scibilia, & simplr prima, dicitur maxime scientia, vnde Metaphysica sapiētia nominatur, vt patet in prohemio Metaphy. Superior autem scīa est magis scīa ꝙ̄ inferior: qa probat eius ꝑncipia. Illa ergo scientia, quæ est suprema omnium, dicitur maxime scientia.

Correlariū 3.

¶ Tertium correlarium est ꝙ descendere a Metaphysica ad alias scientias non est descendere de vno genere ĩ aliud genus simpliciter, si est descendere; sicut fit descensus ab Arithmetica ad musicam, quod est descēdere de vno genere in alterum genus.

D

Notādum. primum. Metaphy. quadrupliciter dicit maxime scientia.

¶ Considerandum est autē ſm. S. D. in. 10. Meta. ꝙ Meta. dicit maxime scientia propter quatuor. ꝩ Primo ratione obiecti siue subiecti attributionis. Nam ens quod est subiectum eius, cum sit primum, quod ab intellectu nostro concipitur, est maxime intelligibile. ꝩ Secundo ratione eorum, quæ principaliter considerantur in ea, sicut sunt deus, & substātiæ separatę: quæ cum sint maxime entitatis & simpliciter sunt maxime scibilia: quia vnūquodq; est intelligibile, ſm ꝙ est ens in actu. ꝩ Tertio ratione primorū principiorum, quæ Metaphysica considerat. Nam primum principium videlicet. Non contingit idem simul esse, & non esse, dicitur esse certissimum, vt patet. 5. Metaphy. ꝩ Quarto ratione modi considerandi. Considerat. n. ipsa Metaphysica ea, quæ sunt abstracta a materia, tam sensibili ꝙ̄ intelligibili, vnde considerat maxime imaterialia, & ꝑ consequens maxime intelligibilia, v nūquodq;. n. ſm ꝙ magis est separabile a materia, magis est ĩtelligibile. Metaphysica ergo quadsupliciter, merito dicitur maxime scientia; vt clarius patet in prohemio Meta.

E

Notan. 2. A Meta. ad alias scientias tripliciter ĩ descēdere.

¶ Considerādum est vlterius ſm Paulum Venetū ꝙ a Metaphy. contingit tripliciter descendere ad alias scientias speciales. ꝩ Primo ratione obiecti: quia sub subiecto eiꝰ quod est ens inq̄tum ens, continet subiecta aliarum scientiarum. ꝩ Secundo ratione principiorum complexorum: quia principia aliarum scientiarum complexa probantur per principia complexa metaphysicalia. ꝩ Tertio ratione principiorum incomplexorum: quia termini incomplexi transcendentes de qbus est Metaphysica, includuntur in ratione terminorum specialium. ¶ Ad primum dicendum est ꝙ Metaphysica dicitur propria scientia; quia considerat principia communia, quæ sunt propria sibi: sicut principia scientiæ specialis dicuntur propria in tali scientia: non autem dicitur propria. quia consideret principia propria, i. specialia.

Per se notū dupliciter.

¶ Ad. 2. dicendum ꝙ aliqua dicuntur per se nota dupliciter. ꝩ Vno modo simpliciter, siue vlr loquendo. ꝩ Alio modo in determinato genere scibili. Illa principia quæ sunt per se nota, primo modo, nullo modo possunt demonstrari: sicut sunt principia simpliciter prima.

F

Illa tamen principia, quæ sunt per se nota secundo modo, pñt quidem demonstrari per principia priora, nō qdem vt principia, sed vt sumuntur vt conclusiones: principia autem scientiarum specialium sunt per se nota secundo modo, vnde ratio non sequitur. ¶ Ad. 3. dicēdum ꝙ logica probat ꝑncipia aliarum scientiarum ꝓbabiliter siue dialectice; Metaphysica vero demonstratiue, vnde nulla est superfluitas. ¶ Ad. 4. dicendū negando consequentiam. Et ad probationem dicit, ꝙ hoc non sufficit ad subalternationem scientiæ: sed requiritur ꝙ subiectum superioris contrahatur per differentiam extraneam. Nihil autem est extraneum ab ente, quod est subiectum Metaphysicę, cum nihil sit, quod rationē entis subterfugere possit: vnde sciētię speciales non subalternantur Metaphysicę, nisi extenso vocabulo subalternationis.

Paulus venetus.

ꝩ Porro Paulus Venetus, dicit ꝙ hoc primum correlarium Phylosophi est ꝙ qualibet scientia specialis subalternet Metaphysicę quod quidem non est verum: quia Phylosophus nullam hic penitus mentionem fecit de subalternatione: est ergo ꝑdictum correlarium nō Phylosophi sed illius opinatoris. ꝩ Sed dicetur licet Phylosophus non fecerit exꝑsse mentionem de subalternatione, tamen necessario concluditur ex dictis eius.

G

Nam bene sequitur Metaphysica probat principia aliarum scientiarum: ergo aliæ scientiæ sibi subalternantur. Dicendum ꝙ consequentia non valet per rationem Phi adductam. ℭ Ad vltimum dicendum ꝙ Logica est quantum ad aliquid nobilior Metaphy. videlicet in acquisitione aliaꝝ sciaꝝ, non aūt simplr.

Lec.18. ℭ Quæstio. 23. de notitia principiorum demonstrationis, & est lectio. 18. D. S.

OMNINO in hoc. 4. tractatu considerandum restat de principijs cōmunibus & proprijs. ℭ Circa qđ quinqꝫ occurrunt consideranda. ❡ Primo enim considerādum est de distinctione principiorum communium a proprijs. ❡ Secūdo de distinctione principiorum cōmunium inter se. ❡ Tertio qualiter scientiæ demonstratiuæ se habeant ad principia communia. ❡ Quarto qualiter demonstratiuæ scientiæ se habeāt circa propria principia, & qualiter in qualibet sciētia sunt ꝓpriæ interrogationes & dispotationes. ❡ Quinto qualiter in qualibet propria scientia sunt per se deceptiones & ignorantiæ. ℭ Circa primum quærunt̄ duo. ❡ Primo vtrum principia demonstrationis possint demonstrari. ❡ Secundo vtrum semper supponantur in qualibet scientia.

H

ℭ Sequitur i Phylosopho & in. S. D. {Difficile.}

ℭ Articulus primus.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ principia demonstrationis possint demonstrari. ℭ Nam istud est vnum principium ꝙ triangulos habet tres angulos æquales duobus rectis: qa per ipsum demōstrat̄ ꝙ isocheles habet tres, &c. & tamen demonstrat̄ in primo Euclidis: ergo principia demonstrationis possunt demonstrari. ℭ Secūdo ꝓterea, istud est vnū principium prima causa est, & tamen demonstratur, vt patet. 8. Phy. & 12. Meta. ergo &c̄. ℭ Tertio præterea, illa propositio est demonstrabilis, qua est altera prior, & notior: sed multa sunt principia scientiarum specialium, quibus sunt aliquæ propositiones notiores, & priores ex supra dictis: igitur idem quod prius. ℭ Quarto præterea, omne quod habet causam potest demonstrari, sed principia communia habent causas: ergo &c̄, probatio minoris, quia omnia principia ꝓsertim complexa componuntur ex terminis: sed termini sunt causæ materiales, vt patet. 2. Phy. & 5. Metaphysi. ergo principia cōplexa habēt causam, & tunc possunt demonstrari. ℭ Sed contra est Phylosophus in litera: ibi, {Difficile est aūt nosse &c̄.} Et paulo post subiungit. {Dico etiam principia in vnoquoqꝫ genere, quęcunqꝫ sint non cōtingit demōstrare.} ℭ Respondeo dicendum ꝙ iste est quartus tractatus huiꝰ primi libri, in quo Phs determinat de principijs communibus & proprijs, qui quidem continēt in se. 5. capla: ❡ In quorum primo ponit differētiam inter communia principia & propria. ❡ In. 2. ponit differentiam inter principia communia: ibi, {Non est autem suppositio.} In. 3. ostendit qualr scientiæ demonstratiuæ se habeant circa principia communia ibi, {Contingere autem.} In. 4. ostēdit qualiter scientiæ demonstratiuæ se habeant circa ꝓncipia propria, & qualiter in qualibet scientia sunt ꝓpriæ interrogationes responsiones, & propriæ disputationes: ibi, {Si autem idem est interrogatus.} In quinto vero caplo ostendit ꝙ in qualibet scientia sōt propriæ deceptiones, & ignorantiæ: ibi, {Quoniam autem sunt geometricæ.} ℭ In primo vero capitulo Phs ponit duas conclusiones, quarum prima est responsiua ad quæsitum. ❡ Secunda est, ꝙ principium in communi diuiditur in principium cōmune & proprium. ❡ Est ergo prima conclusio ꝙ principia non possunt demonstrari. ❡ Quam conclusionem probat Phs per descriptionem principiorum demonstrationis. Nam principia sunt, quæ cum sint vera, non contingit ea demōstrare: ergo per locum a descriptione, principia non contingit demonstrare. ❡ Secunda cōclusio est ꝙ principiorum quędam sunt cōmunia, q̄dam sunt propria. Quæ probatur elicitiue ſm Phm. ❡ Nam principium aut potest applicari ad diuersas scientias, aut solum ad vnam determinatam scientiā. Si primum, sic sunt principia communia. Si. 2. sic sōt principia propria. Et tunc patet differentia inter principia communia & propria. ℭ Considerandum est autem pro declaratione primæ conclusionis ꝙ principiorum vt dictum est, quędam sunt communia, q̄dam specialia. ❡ Si fiat locutio de principijs communibus, sic ea posse demonstrari potest intelligi duplr. ❡ Vno modo loquendo de demonstratione simplr. ❡ Alio modo de demonstratione quo ad aliquē. primo modo non possunt demonstrari: sed bene secūdo modo, vt patet. 4. Metaphy. ❡ Si vero loquamur de principijs specialibus hoc cōtingit duplr. vel simplr, vel in scientia, in qua sumuntur pro principijs. Si primo modo, sic possunt demonstrari nō quidem vt principia, sicut dictum est, sed vt sumuntur in ratione cōclusionis. ❡ Si secūdo modo, hoc potest intelligi dupliciter. ❡ Vel loquendo de demonstratione ostensiua, vel ducēdo ad impossibile. Si primo modo, sic nō possunt demonstrari: cum supponantur. Secūdo vero modo possunt demonstrari. ℭ Considerādum vero vlterius est ſm Phylosophum ꝙ principia, cū nō principijs conueniont, & differunt. ❡ Conueniont qdem, ꝙ de vtrisqꝫ oportet supponere quid significent .i. quid significatur ꝑ terminos. ❡ Sed i hoc differūt, quia de principijs oportet supponere quia sunt. i. qa vera sunt. Sed de non principijs hoc est de conclusionibus, quæ sunt ex principijs, non oportet supponere quia sunt: sed hoc per demonstrationem qorritur. ℭ Considerandum est vlterius ſm Phylosophum ꝙ scientiæ speciales non vtuntur principijs communibus in sua communitate remanentibus, vt supra dictum est: sed vtuntur eis ſm quandam analogiam. i. ſm ꝙ sunt proportionata & applicata illis scientijs specialibus, vtile enim est vt dicit Phylosophus accipere huiosmodi principia communia in scientijs specialibus, quantum pertinet ad genus subiectum ipsarū, quod continetur sub subiecto scientiæ vlis. ℭ Considerandum est vlterius ſm Phylosophum hic in litera ꝙ scientię speciales ꝓsupponōt de suis ꝓncipijs qa sunt. i. quia vera sunt, de subiecto autem ꝓsupponōt quia, & quid de passione etiam quid tantum. Qualr autem hoc intelligendum sit superius declaratum est .q. 5. ar. 1. Et licet (vt dicit hic Phylosophus) prædicta supponenda sint in qualibet scientia: non tamen est necesse ꝙ quęlibet scientia de omnibus ꝓdictis faciat specialem mentionem, quia aliquādo notum est subiectum & passionem esse. ℭ Ad primum igitur dicēdum ꝙ illud principium omnis triāgulus &c. demōstrari potest non quidem vt principium, sed vt q̄dam conclusio, vt declaratum est. ℭ Ad. 2. dicendum ꝙ illud ꝓncipiū ꝓt demrari demratione qa est, non aūt demōstratione ꝓꝑ quid, de qua est hic ad ꝓpositum, & hoc sumendo ipsum ꝓ conclusione quadam, non autem vt ꝓncipium est. ℭ Ad. 3. dicitur sicut ad ꝓmū. ℭ Ad. 4. dicendum, ꝙ illud, quod habet causam dicēdum ꝓꝑ quid, ꝓt demonstrari, sed termini ꝓpositionis non dicunt causam ꝓꝑ quid: vnde non oportet ꝙ illę

ꝓpositiones,

Marginal notes (left column): Primum. — Secūdum. — Tertium. — Quartū. — T — I — Responsio.

Marginal notes (right column): K — Cōclusio prima. — Probatio. — 2. cōclusio — Probatio. — Notandum primum. Principia cōia dmō. dupliciter. — L — Notan. 2. — Notan. 3. — M — Notan. 4.

A propoſitiones,quę dicuntur principia, poſſint demõ
ſtrari per huiuſmodi terminos,licet cognitio earum
dependeat a cognitione terminorũ, vt in principio
libri declaratum eſt.
❡Sequitur vbi ſupra in Pħo & in.D.S. Impertinen
ter tamen &c. ❡Articulus ſecundus.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ
Primum. principia non ſupponantur in q̃libet ſcientia. ❡Nã
illa quæ demonſtrantur,ſiue probantur,non ſuppo
nuntur,ſed principia ſcientiarum ſpecialium probã
Secundum tur vt dictum eſt:ergo non ſupponuntur. ❡Secũdo
pręterea,illa quæ poſſunt negari, nõ ſupponuntur:
ſed principia etiam communia poſſunt negari,vt pa
tet.4.Meta. Nam principia communia ſe habẽt ad
principia ſpecialia,ſicut antecedens ad conſequens,
ſed negato cõſequẽte negatur antecedens:ergo &c.
❡Sed contra eſt Pħs in præſenti capitulo vbi ſupra.
Reſponſio. ❡Reſpondeo dicendum eſt ꝙ principiorum quædã
ſunt propria,quędam communia,vt dictum eſt.¶Si
loquamur de principijs ſpecialibus, ſic illa non ſup
ponuntur in qualibet ſcientia:ſed ſolum in illa ſcien
B tia,in qua ſumuntur pro principijs. ¶Si vero loqua
mur de principijs communibus & primis,ſic neceſſe
eſt ea ſupponere,in qualibet ſcientia:quia illa dicun
tur ſupponi in qualibet ſcientia,q̃bus ignoratis om
nia ignorantur:ſed principia cõmunia & prima ſunt
talia,ꝙ ipſis ignorans omnia ignorantur, ipſis tamẽ
ſcitis non omnia ſciuntur. Cõſtituuntur enim ex ter
minis communibus ſiue tranſcendentibus, quæ in
cluduntur in intellectu cuiuſlibet termini ſpecialis:
ergo nec non talia principia ſupponũtur in qualibet
Diſcip. ſcientia. ❡Sed inſtabat diſcipulus,iſtud eſt vnũ pri
mum principium.¶Si ab ęqualibus æqualia demas,
quæ remanent ſunt æqualia.¶Similiter illud,omne
totum eſt maius ſua parte,& tamen non ſupponunt
Reſponſio. in qualibet ſcientia:ergo &c. ❡Dicendum ꝙ prędi
Arg.cõtra. ctæ propoſitiones bene ſunt communes animi con
Reſponſio. ceptiones,non tamen ſunt principia ſimpliciter pri
Cões ani ma. ❡Contra,Nam omnes animi communes conce
mi cõcep. ptiones ſunt principia ſimpliciter prima:ergo &c.
dupliciter ❡Reſpondeo dicendum ad hoc ſm Egidium ꝙ om
cõſide.pñt nes animi conceptiones poſſunt dupliciter conſide
rari. ¶Vno modo in ordine ad intellectum conci
pientem.¶Alio modo ad ens & ad partes eius.¶Pri
C mo modo omnes cõmunes animi conceptiones ſunt
principia prima:q2 intellectus illis aſſentit abſq; ali
quo diſcurſu ex ſola notitia terminorum.¶Si ſecun
do modo conſiderata nõ ſunt principia prima: quia
fundãtur ſuper partes entis,videlicet in q̃titate,quæ
quidem habet ordinem ad eus ſicut poſterius ad ſuũ
prius,& tunc ſolum illa,quæ fundantur in ente, vel
in eſſe,ſunt prima principia, vt illud non contingit
Notãdum. idem ſimul eſſe & non eſſe. ❡Conſiderandum eſt au
tem ꝙ Paulus Venetus aliter reſpondit ad prædicta
dicens,ꝙ prædictæ ꝓpoſitiones non ſunt prima prin
cipia ſimpliciter:ſed ſolum ſm quid, nec intellectus
eis aſſẽtit cognitis terminis abſq; aliquo diſcurſu, vt
eſt illud principium. Non contingit idem ſimul eſſe
& non eſſe,& talia dicuntur prima principia ſimpli
citer & primæ dignitates nullo modo demonſtrabi
les.¶Quædam vero ſunt principia quibus intellect⁹
aſſentit cognitis terminis,mediante tamen diſcurſu
imperceptibili,vt omne totum ẽ maius ſua parte.Et
alia non ſunt principia prima ſimpliciter, ſed ſolum
ſm quid:videlicet per reſpectum ad ſcientias, quarũ
ſunt principia,quæ quidem ſunt demonſtrabilia ſm
quid,illis videlicet,qui ea negarent. ¶Sed alia ſunt
principia quibus intellectus aſſentit ex ſolo diſcurſu D
demonſtratiuo moroſo,vt a quolibet puncto ad quẽ
libet punctum cõtingit rectam lineam ducere. Et ta
lia ſimpliciter demonſtrantur.¶Alia vero ſunt prin
cipia quibus intellectus aſſentit ex ſolo diſcurſu in
ductiuo vel diuiſiuo,vt ſunt præmiſſæ indemonſtra
biles alicuius demonſtrationis.Hæc ille. ¶Solutio
tamen Egidij magis placet: quia cũ omnis diſcurſus
ſit argumentatiuus, omnis autem argumentatio eſt
perceptibilis ab eo, qui argumentationem facit:
ergo nullus videtur eſſe diſcurſus imperceptibilis.
❡Ad primum igitur dicendum ꝙ licet principia ꝓ
pria demonſtrentur in ſcientia ſuperiori, vt conclu
ſiones quædam,ſunt tamen prima principia commu
nia,quæ ſupponuntur in qualibet ſcientia, quę non E
demonſtrantur,vt dictum eſt. ❡Ad.2.dicendum ꝙ
prima principia licet negari poſſint voce,non tamen
mente per ſe loquendo,quia ſunt propoſitiones fun
datæ in ente:quibus intellectus diſſentire non poteſt
per accidens vero negari poſſunt, virtualiter videli
cet,& implicite. Qui enim negat propria principia
ſpecial'r,et virtual'r et ĩplicite,negat ꝓmũ ꝓncipiũ cõe
❡Queſtio.24.de veritate principiorum demonſtra Lec.19.
tionis,& eſt lectio.19.S.D.

LICET conſideratum ſit in præcedenti capitulo
de diſtinctione principiorum communium a proprijs:
reſtat cõſiderare de diſtinctione principiorum com
munium inter ſe. ❡Circa quod q̃runtur duo. ¶Pri F
mo vtrum neceſſe ſit communes animi cõceptiones,
ſiue dignitates per ſe eſſe veras,& per ſe videri. ¶Se
cundo vtrum diffinitio ſignificet eſſe vel non eſſe.
❡Sequitur in Phyloſopho,& in.S.D.{Non eſt au
tem ſuppoſitio.} ❡Articulus primus.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non
ſit neceſſe communes animi conceptiones per ſe eſſe Primum.
& videri veras. ❡Nam illud quod videtur per aliud,
non per ſe videtur:ſed omnia principia complexa vi
dentur per aliud,videlicet per lumen intellectus agẽ Secũdum.
tis:ergo non eſt neceſſe ea per ſe videri. ❡Secundo
præterea, quod videtur per rationem exteriorem nõ
per ſe videtur,cum ratio exterior ſm Doctores ſit ar
gumentatio aliqua,ſed dignitates poſſunt videri per
rationes exteriores:quia ratio interior ſignificatur ꝑ
rationem exteriorem.Ea enim,quæ mente cõcipiun
tur,ꝑ vocem exteriorem exprimi poſſunt: ergo &c. Tertium.
❡Tertio præterea,non eſt neceſſe ſuppoſitiones per
ſe videri,vt patet in textu:ergo nec dignitates, patet
conſequentia:quia quælibet dignitas dicitur ſuppo
ſitio,cum ſupponatur in qualibet ſcientia particula
ri,vt dictum eſt:ergo &c. ❡Sed contra eſt Phyloſo
phus in litera:ibi,

Non autem ſuppoſitio,neq; petitio, quod eſt
neceſſe eſſe ꝑ ſeipſũ, aut videri neceſſe ẽ,&c.

❡Reſpondeo dicendum ꝙ iſtud eſt.2.capitulum hu
ius quarti tractatus in quo Phyloſophus ponẽdo dif
ferentiam inter principia communia ponit tres con Concluſio.
cluſiones. ¶Quarum prima eſt ꝙ dignitates differũt prima.
a petitionibus,& ſuppoſitionibus.¶Secunda ꝙ ſup ſcda cõclo
poſitio, petitio,& queſtio,inter ſe differunt.¶Tertia
eſt de qua etiam in ſequenti articulo videbitur ꝙ dif Probatio.
finitio differt a ſuppoſitione, & petitione. ¶Prima, 3.
concluſio probatur tali ratione. Nam illud princi Primæ cõ.
pium quod neceſſe eſt eſſe per ſeipſum videri, nõ eſt
ſuppoſitio neq; petitio, ſed communis animi conce
ptio ſiue dignitas eſt huiuſmodi: ergo cõmunis ani
mi conceptio, ſiue dignitas non eſt ſuppoſitio neq;

G

petitio. ¶ Probatio minoris, quia suppositio & petitio possunt probari exteriori ratione, videlicet ꝑ syllogismum aliquem: cum constituantur ex terminis specialibus. Communis animi conceptio non potest probari per argumentationem aliquam, vnde ad ea non est ratio exterior: sed ad eam est ratio quæ est in anima, quia per lumen intellectus cognitis terminis statim cognoscitur: vnde necesse est ꝑ se videri. ¶ Qd' autem non videatur per rationem exteriorem, patet: quia contra illud, qd' videtur ꝑ rōnē exteriorē, potest semper fieri instantia: sed contra illud, quod per rationem interiorem, non potest fieri instantia. Cum ergo contra primum principium non feratur instantia mentaliter, similiter neq; contra communes animi conceptiones: relinquitur ꝙ videntur per rationem interiorem, & nō per rationē exteriorem. ¶ Ex quo patet qualiter communes animi conceptiones, & alia demonstrationis principia, videlicet suppositio, & petitio, differunt. Quę quidem, licet inter se differant in proprijs, habent tamen aliquid commune eis. Commune quidem habent, quia necesse est tā ista, q̄ alia esse vera per se, licet non sit necesse omnia videri vera, & ex adductis patet.

H

Probatio 2. cōclusio

℄ Secunda conclusio probatur tali ratione. Nam omnis propositio, q̄ vtitur demonstrator, demonstrando aliquam cōclusionem, aut est probabilis addiscenti, cui fit talis demonstratio, aut non. Si primum, illa dicitur suppositio. Si. 2. hoc est dupliciter: quia aut ille addiscens est cōtrarię opinionis, aut indifferens, videlicet qa neq; est eiusdem opinionis, neq; contrarię. Si primum, sic est quæstio. Si. 2. sic est petitio. Ex quo patet qualiter prædicta tria differunt. Conueniunt autem in hoc, ꝙ cum sint demonstrabilia, tamen demonstrator ea non demonstrat: quia non demōstrantur in illa sciētia, in qua accipiuntur pro suppositionibus: vnde superius inter principia immediata connumerantur.

Notandum primum. Ratio multipliciter.

℄ Pro ampliori declaratione primæ conclusionis cōsiderandum est ꝙ ratio accipitur pluribus modis.

1

¶ Vno modo accipitur ratio pro diffinitione, sicut patet in diffinitione vniuocorum in ante prædicamentis, vbi dicitur ꝙ ſm illud nomen ratio substantiæ est eadem.

Secundo.

¶ Alio modo accipitur pro forma rei, vt patet. 2. Physi. capitulo de Generibus causarum.

Tertio.

¶ Tertio modo accipitur pro essentia communicabili, siue verificabili de pluribus.

Quarto.

¶ Quarto modo accipitur pro medio habente vim probandi cōclusionē, vnde ſm Boethum argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem. i. argumentum est medium proferens & probans conclusionem.

Quinto.

¶ Quinto modo accipit pro anima rationali, vt patet. 3. de Anima.

Sexto.

¶ Sexto modo accipitur pro potentia animę rationalis, ſm ꝙ diuiditur in rationem vniuersalem & particularem, superiorem & inferiorem.

Septimo.

¶ Septimo modo accipit pro causa licita, sicut cū dicimus, iste habet rationē.

Octauo.

¶ Octauo modo accipitur pro lumine ītellectus agētis: quo lumine aliquid cognoscitur & vocatur ratio interior.

Nono.

¶ Nono modo sumitur pro ratione seu argumentatione probante aliquid, & vocatur ratio exterior, quæ potest dici mentalis & vocalis. ¶ Ratio vocalis dicitur, quia exprimit extra illud, quod interius concipitur. ¶ Ratio vero mentalis exterior dicit quia est explicabilis per rationem, vel quia nō est nobis naturaliter indita talis arguēmtatio, sed acquisita ab extra. ¶ Quando ergo dicitur ꝙ communes animi conceptiones habēt rationes in anima, accipitur ibi ratio pro lumine intellectus agentis, & nō pro syllogismo mentali, habet ergo in se anima rationem interiorem. i. lumē intellectus agentis, quod est sibi intrinsecum per quod assentit dignitatibus siue primis principijs. Magister vero non facit rationem exteriorem. i. syllogismum aliquem discipulo, per quem doceat ipsum cognoscere principia: sed solū proponit discipulo, & discipulus habet apud se rationem interiorem. i. lumen intellectus agētis per quod videt illas dignitates. Quando vero dicitur ꝙ alia principia habent rationem exteriorem, accipitur ibi ratio pro argumentatione probante aliqd, vt deducit hic Egidius.

K

Notan. 2.

℄ Considerandum est vlterius ꝙ quia vnius & eiusdem & etiam ab eodem possunt formari plures rationes exteriores. i. plures syllogismi probantes aliquid, non tamen possunt ab eodem formari plures rationes interiores, cum in vno & eodem sit tantum vnus intellectus agens: hinc est ꝙ cōtra rationem interiorem non fertur instantia, sed bene contra rationem exteriorem.

Notan. 1. Dignitas differt a suppositione pet. & quæstione. quadrupliciter.

℄ Considerandum est insuper ſm Phm elicitiue. Quod dignitas a suppositione, petitione, & quæstione differt quadrupliciter. ¶ Primo qa dignitas est necessaria per se: suppositio vero, & petitio, propter aliud. ¶ Secūdo quia dignitas ipsa per seipsam videtur, non autem suppositio, aut petitio, aut quæstio. ¶ Tertio quia dignitas est intelligibilis per solam rationē interiorem, non autē alia. ¶ Quarto quia dignitas neq; demonstratur, neq; demonstrari potest per rationem exteriorem: suppositio vero, siue petitio, siue quæstio, possunt per rationem exteriorem probari.

L

Per se videri dupliciter

℄ Ad primum igitur dicendum ꝙ aliquid ꝑ se videri potest intelligi dupliciter. ¶ Vno modo quia nullo modo videtur per aliud, & isto modo prima principia non per se videntur, quia vident per cognitionem sensitiuam, & per cognitionem intellectiuam terminorum a lumine intellectus agentis. ¶ Alio modo aliquid dicitur per se videri, quia non videtur siue intelligitur per discursum argumentatiuum, siue per rationem exteriorem, & isto modo dignitas & communes animi cōceptiones per se videntur. ℄ Ad. 2. dicendum ꝙ si accipiatur ratio interior pro ratione siue argumentatione mentali ducente in cognitionem alterius, sic verū est ꝙ illud, quod videtur per rationem interiorem potest videri per rationē exteriorem: sed isto primo modo dignitas non videtur per rationem interiorem.

M

¶ Si vero accipiat ratio interior pro lumine intellectus agentis vt accipitur in proposito, sic non est necesse ꝙ illud quod videtur per rationem interiorem, possit videri per rationem exteriorem. ℄ Ad. 3. dicendum ꝙ licet quælibet dignitas possit dici suppositio extenso nomine suppositionis: non tamen omnis suppositio est dignitas, vnde ratio non sequitur.

℄ Sequitur in Phylosopho & in. S. D. Deinde; cum dicit, {Termini autē nō sunt.} ℄ Articulus secūd'.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ diffinitio significet esse.

Primum

℄ Nam illud, quod est de ratione alicuius, nō potest ab eo separari: sed significare esse est de ratione diffinitionis, vt patet per Phylosophum & Boethum in Topicis. ¶ Diffinitio enim est oratio indicās, quid est esse rei, vt ibidem dicitur: ergo diffinitio significat esse.

Secūdum.

℄ Secundo præterea, illud, quod significat ꝙ quid erat esse, significat esse: sed diffinitio est huiusmodi, vt patet. 2. huius & . 7. Meta. ergo idem quod prius.

Tertium.

℄ Tertio præterea, inter esse & non esse non cadit medium: sicut inter ens & non ens non cadit medium, cum contradicant: ergo quicquid significat aliquid, aut significat esse, aut non esse; sed diffinitio significat aliquid, & non significat

A ficat non esse: ergo significat esse. ¶Sed contra est Phylosophus in litera: ibi,

Termini autem non sunt &c. nihil enim esse aut non esse dicunt.

¶Respondeo dicendum φ conclusio tertia huius ca
Conclusio pituli est ista. ℣Diffinitio differt a suppositione, & petitione. ℣Quæ conclusio probatur duabus ratio
Prima rō. nibus Phylosophi, quarum prima est talis. ℣Nam omnis suppositio significat aliquid esse vel non esse idest verum vel falsum, aut affirmationem vel negationem: sed diffinitio non significat esse, vel non esse
Secūda rō. modo expositoiergo diffinitio differt a suppositione & petitione. ¶Secunda ratio est talis, suppositio vel petitio est in toto vel in parte idest omnis suppositio est vniuersalis vel particularis. Sed nulla diffinitio ē vniuersalis propositio vel particularis: cum in ea nihil vniuersaliter vel particulariter prædica
Notandū primum. tur: ergo diffinitio differt a suppositione, & petitione, & similiter a quæstione. ¶Considerandum est
B hic secundum Phylosophum elicitiue φ termini idest diffinitiones possunt dupliciter considerari. ℣Vno modo, secundum φ sumuntur in propositionibus, & isto mō dici possunt suppositiones. ℣Alio modo, secūdum se & absolute sumuntur, & isto modo non dicuntur suppositiones: sed oportet tales ter
Notan. 2. minos per se sumptos solum intelligere, non autem supponere idest veros & falsos esse. ¶Considerandum est vlterius secundum eundem ibidem, φ geometra, licet aliqui aliquid opinati sint, non supponit falsum, cum dicit lineam esse vnius pedis, aut lineam descriptam in puluere esse rectam, quæ tamen non est recta: quia geometra nihil demonstrat de particularibus, sed de vniuersalibus, vt supra dictum est: hæ autem lineę sunt particulares siue singulares, vnde de eis nihil demonstrat geometra inquantum geometra: sed vtitur eis pro exemplis vniuersalium, in
Notan. 3. quantum per huiusmodi exempla intelliguntur illa, ex quibus, & de quibus demonstrat. ¶Considerandum est vlterius secundum φ Phylosophus ex prædictis correlarie concludit φ non est necesse ponere species siue ideas, ad hoc φ scientia & demonstratio fit ex sempiternis: q̃a demonstratio fit ex vniuersalibus, quę perpetua sunt & sempiterna. Sed ad
C hoc φ fiat aliqua demonstratio necesse est esse vnum in multis & de multis. Nam si non sit vnum in multis, non erit vniuersale, et si nō sit vniuersale, nō erit medium demonstrationis, & per consequens neq̃ demonstratio: oportet enim medium demonstrationis esse vniuersale, & vnum de pluribus prędicatum, non æquiuoce, sed secundum eandem rationem, quæ est ratio vniuersalis, aliter esset vitium in demō
Notan. 4. strando: committeretur enim fallacia æquiuocationis, quod inconueniens esse videtur. ¶Considerandum est vlterius φ licet diffinitio, vt patet. 7. Metaphysicę, significet primario naturam vniuersalem, vt puta naturam specificam: tamen nec significat vniuersaliter, nec particulariter, siue singulariter: quia
Diffinitio cur dicatur terminus. talis modus significandi oritur a significato vel ab aliqua compositione terminorum. ℣Et dicitur diffinitio terminus a terminando: tum Primo, quia terminat actum intellectus, tum Secūdo, quia terminat totam naturam diffiniti: indicat enim totam naturam diffiniti a prima potētia vsq̃ ad vltimum actum
Esse tripliciter. vt deducit Albertus magnus. ¶Ad primum ergo dicendum, φ esse accipitur tripliciter secundum. D.

S. in quęstionibus disputatis de Malo q̃stione prima articulo primo. ℣Vno modo, pro esse actualis existentiæ. ℣Secundo modo, accipitur vt significat veritatem propositionis: propositio enim affirmatiua vera significat esse, & affirmatiua propositio falsa significat non esse principaliter, & istis duobus modis diffinitio non significat esse. ℣Tertio modo, accipitur pro esse essentiæ, siue quidditatiuo, & isto modo diffinitio significat esse, vt concludit argumētum ¶Ad secundum & tertium, patet solutio ex tam dictis, licet enim inter esse & non esse simpliciter non cadat medium, tamen inter esse quod significat veritatem propositionis, & non esse, bene cadit medium: vnde ratio non sequitur. D

¶Quæstio vigesima quinta. De principio communissimo in ordine ad scientiam; & est lectio vigesima Sancti Doctoris. Lec. 20.

INSVPER considerandum restat qualiter sciētiæ demonstratiuæ se habeant circa principia communia. ¶Circa quod quæruntur duo. ℣Primo, vtrum aliqua demonstratio accipiat hoc principium commune, Non contingit idem simul affirmare & negare. ℣Secundo vtrum Logica & Metaphysica sint de omnibus. E

¶Sequitur in Phylosopho & in Doctore Sancto ❬Non contingerere autem. & cætera.❭

¶Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur φ aliqua demonstratio vtatur illo principio. Non conuenit idem simul affirmare & negare. ¶Nam aliqua demonstratio vtitur in principio. De quolibet Primum. est vera affirmatio vel negatio: de nullo vero ambo simul, vt concedit Phylosophus in litera: ergo pari ratione potest vti prædicto principio, videlicet Non conuenit idem simul affirmare & negare. ¶Secundo præterea, quæcunq̃ sic se babent φ sunt idem re Secundum gulariter, si demonstratio vtitur vno, etiam vtitur reliquo. Sed prædicta principia, videlicet Non conuenit idem simul affirmare & negare, & de quolibet est vera affirmatio vel negatio, &c. sunt idem realiter: aliter non esset vnum primum principium tantum, quod est contra Phylosohum quarto Metaphysicæ: ergo si aliqua demōstratio vtitur vno, ita & reliquo, & tunc idem quod prius. F

¶Sed contra est Phylosophus in præsenti capitulo dicens,

Contingere autem simul affirmare vel negare, neq̃ vna recipit demonstratio. &c.

¶Respondeo dicendum φ istud est tertium capitulum huiꝰ quarti tractatus: in quo Phylosophus ostēdit qualiter demonstratiuæ scientiæ se habeant circa principia communia adducendo tres conclusiones. ¶Quarum prima est responsiua ad quęsitum: Prima cō vt nulla demonstratio vtitur isto principio, Non clusio. conuenit idem simul affirmare vel negare. ¶Se Secunda. cunda conclusio, est φ aliqua demonstratio vtitur conclusio. isto principio, De quolibet est vera affirmatio vel negatio, de nullo vero ambo simul. ¶Tertia con Tertia cō clusio, est de q̃ in seq̃nti articulo videbit, v3 φ logica clusio. dialectica, & prima Phylosophia, sunt de communibus obiectiuę, licet diuersimode. ¶Est ergo prima conclusio φ nulla demōstratio vtitur isto principio. Non conuenit idem &c. quæ conclusio probatur vnica ratione Phylosophi: quæ sic potest formari.

G *Probatio primę cōmunissi.* Nam demonstratio non vtitur eo, quo non indiget, cum potissimum in demonstrationibus superfluitas sit vitanda, sed nulla demonstratio præsertim ostensiua indiget isto principio. Non conuenit &c. ergo nulla demomstratio vtitur eo. ⁋Probatio minoris. Nā si eo indigeret, potissime esset sumendo illud ad maiorem extremitatem. Sed hoc nō est verum: quia si talis additio ponatur ad maiorem extremitatem, nihil plus certificatur q̃ si non ponat: vnde nō plus certificatur, cum dicitur, Omnis hō est animal rationale, & non est non animal rationale: q̃ si diceret, Oīs homo est animal rationale. Cū igit demonstratio intendat aliquid certificare, & scientiam generare: non indiget prædicto principio. *Notādum primum.* ¶ Pro cuius declaratione cōsiderandum est ꝙ aliquam demōstrationem vti prędicto principio potest intelligi dupliciter. ⁋Vno mō, ita ꝙ eo vtat formaliter. ⁋Alio modo, ꝙ eo vtatur virtualiter. Si secundo modo, sic quælibet demonstratio eo vtitur: quia in virture primorum principiorum cōclusiones de primis siue ꝑncipijs proprijs reducuntur. ⁋Si primo modo, hoc potest ītelligi dupliciter. ⁋Vno modo, ita ꝙ eo vtatur H in sua cōmunitate remanente, vel vt applicatū est ad determinata principia fm diuersos terminos speciales. ⁋Primo modo, nulla demonstratio eo vtitur: cū principia quæ formaliter ingrediuntur demōstrationem, deberent esse propria. Demonstratio. n. procedit ex proprijs ꝑncipijs, vt supra declaratum est. ⁋Si .2. modo, hoc item potest intelligi dupliciter. ⁋Vno modo, ꝙ eo vtatut ad veritatē manifestandā. ⁋Alio modo, ꝙ eo vtatur ad contradictionem concludēdā. ⁋Primo modo, demonstratio eo non vtitur: cum ꝑ hoc non maior resultet certificatio, vt declaratum ē. ⁋Secundo modo, aliqua demonstratio potest eo vti, sic procedēdo, Omne animal rationale est risibile & non risibile, sed omnis hō est animal rationale: ergo omnis homo est animal risibile & non risibile, & sic de similibus. *2. cōclusio* ¶ Secunda conclusio est talis, demōstratio ducēs ad impossibile vtitur illo principio: de quo I libet ē vera affirmatio, vel negatio, de nullo vero ambo simul. *Probatio.* ⁋Quę ꝯclusio, sic potest probari fm. D.S. quia in demonstratione ad impossibile probatur aliquid esse verum per hoc, ꝙ eius oppositū est falsum, quod fit per prędictum principium, quod patet sic demonstrando, Nullus homo est risibilis, sed oē animal rationale est homo: ergo nullum animal rationale est risibile, cōclusio est manifeste falsa: ergo aliqua premissarum, non minor, cum diffinitum in ea prędicetur de diffinitione sua propria: ergo maior ē falsa, videlicet illa, nullus homo est risibilis. Tunc sic, ista propositio est falsa, Nullus homo ē risibilis: ergo sua contradictoria est vera. s. homo est risibilis. Quia de quolibet est vera affirmatio vel negatio: de nullo vero ambo simul. Ex quo patet ꝙ demonstratio ad impossibile vtitur ꝑdicto principio, quantum ad veritatem ostendendā quod non accidit de aliquo alio ꝑncipio negatiuo vt declaratum est. *Notan. 2.* ¶ Considerandum est autem fm Phm in litera ꝙ ꝑdicta demōstratio nō semper vtitur isto principio, quia quandocunq; illud oppositum, quod ostēditur esse falsum, non est negatio, sed contrarium immediatum, sicut si ostēderetur aliquis numerus esse par, per hoc ꝙ falsum est ipsum esse imparem, nec etiam vtitur ꝑdicto principio vtr, videlicet sub his terminis ens, & non ens, sed q̃tum sufficit in genere isto: circa quod fiunt demonstrationes. Sicut si in Geometria accipiatur rectum & nō rectum: cum videlicet ostenditur aliquam lineam esse K rectam, per hoc quod est falsum ipsam esse non rectā, deducendo ad impossibile. Hęc. D.S. in lec. *Notan. 3.* ¶ Considerandum est vlterius fm Egidium ꝙ eo ipso ꝙ res habet esse determinatum, ex eo est hoc, & non aliud: & ex eo, de eo est affirmatio vera, vel negatio vera. Qui ergo bene īntelligit ꝙ determinata significatio terminorum, & determinata natura rerū, facit ad veritatem cuiuslibet propositionis verę, sufficienter intelligit quomodo q̃libet ꝓpositio vera roboratur per hoc principium, De quolibet est vera affirmatio vel negatio. Cum ergo veritas q̃libet roboretur per principium ꝑdictum, aliquo modo, videlicet fm virtutē ingreditur demonstrationem, & potissime demōstrationem ostensiuam. Qui. n. vult arguere seu probare aliquid ostensiue, non oportet ꝙ accipiat vtrāq; partem contradictionis, sed sufficit concludere alteram solum: vt sufficit dicere verum eē, hominem esse animal. hęc. n. conclusio sufficiēter dat intelligere ꝙ falsum sit dicere ipsum non esse animal. Qui. n. conclu- L dit ꝙ homo est animal, concludit etiam ꝙ homo nō est non animal. Nam non esse non animal intelligit per esse animal, sicut obliquum ītelligit per rectum, priuatio per habitum & negatio per affirmationem: vnde demonstratio ostensiua non indiget isto principio, vt simul accipiat vtrāq; partem contradictionis, & quia nō indiget: ideo non accipit ipsum. Et si acciperet, deberet accipere affirmationem, & negationē, ponendo ad maiorem extremitatē, & non ad mediū, neq; ad minorem extremitatem. ⁋Sed licet demonstratio ostensiua ꝑdicto principio nō indigeat. demōstratio tamen ducens ad impossibile potest eo indigere: quia possumus adducere aduersarium ad hoc impossibile, ꝙ non de quolibet est affirmatio vel negatio vera. Sed conuenit idem simul affirmare & negare. Quando vero ad tale inconueniens ducimus aduersarium, oportet syllogizare simul cōcludendo affirmationem & negationem. hæc omnia ille formaliter. *Notan. 4.* ¶ Considerandum est finaliter fm eūdem ꝙ argumentatio sit organum scientificum, & sit instrumē- M tum manuducens nos ad sciētiam & veritatem, cum demonstratio ostensiua non indigeat ꝑdicto principio, neq; indigeat accipere vtrāq; partem cōtradictionis simul ad veritatem ostendendam: patet ꝙ talis demonstratio simpliciter loquendo non indiget vtrāq; partem simul accipere, cum specialiter ordinetur ad veritatem, potest tamen indigere fm quid: vt si velit vtrāq; partem contradictionis concludere. ¶ Ad primum igitur dicendum negando consequentiam ꝙ illud principium non cōuenit &c. est negatiuū. Aliud vero affirmatiuę designatū. Et licet sint idem fm rem designatam, differunt tamen fm rationes: vnde aliq̄d potest conuenire vni ꝙ non conuenit alteri, & tunc patet etiam solutio ad secundum argumentum.

¶ Sequitur Phylosophus tn. S. D. ibi. { Communicant autem omnes scientię &c. }

¶ Articulus secūdus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ Logica, Dialectica, Metaphysica non sint de omnibus. *Primum.* ¶ Nam Logica est solum de ente rationis, sed non omnia sunt entia rationis: ergo &c. *Secundū.* ⁋Pręterea, dialectica est solum de probabilibus, sed non omnia sunt probabilia, cum quędam sint necessaria, & quędam impossibilia: ergo &c. *Tertium.* ¶ Pręterea, Meta. cōsiderat oīa entia realia solum, cum sit scīa realis, sed non omnia

A

Quartum

omnia sunt entia realia: ergo &c. ℂPræterea, nulla scientia est singularium, neq; accidentium, neq; contingentium, neq; corruptibiliũ: vt ex supradictis patet, sed constat aliqua esse talia: ergo nulla scientia potest esse de omnibus, quod est cõtra suppositũ. ℂSed contra est Phylosophus in præsenti capitulo: ibi,

Communicant autem scientiæ secundum cõmunia. Cõmunia autem dico, quibus vtuntur, tanq; ex his demonstrantes: sed non de q̃bus demonstrant, neq; quod demõstrãt. &c.

Conclusio

ℂRespondeo dicendum q̃.3. conclusio hæc est, quę est responsiua. ⁋Videlicet q̃ Logica, Dialectica, & ꝑma Ph̃ia, sunt de oĩbus, licet diuersimode.

Prima ps probatur.

⁋Prima pars huius conclusionis probatur auctoritate Ph̃i dicentis, q̃ omnes scientiæ cões vtunt̃ ꝑncipijs cõibus: sed q̃cunq; sciẽtia vtitur ꝑncipijs cõibus, est etiam de contentis sub eis, cum partes subiectiuæ, & totum ad eandem scientiam pertineant, vt ex superioribus patet: ergo p̃dictæ sciẽtię oẽs sunt de omnib⁹ ad minus obiectiuę.

Secũda ps probatur.

⁋Secunda pars probatur, quia vt elicitiue hic dicitur a.D.S. & Ph̃o, ꝑma Ph̃ia est de omnibus subiectiue. Logica vero ẽ de omnibus ratiocinatiue. Dialectica vero est de omnibus probatiue.

B

Notãdum primum.

ℂPro declaratione huius conclusionis considerandum est primo, q̃ scientiam vti principijs cõmunibus potest intelligi dupliciter. ⁋Vno modo, ꝑ ipsa aliquid demõstrando. ⁋Alio mõ, aliq̃d demõstrando de ipsis. Primo modo q̃libet sciã vtitur eis virtualiter & non formaliter. Secũdo modo nulla scientia proprie loquẽdo vtitur eis, cũ sint ꝑma ꝑncipia cõmunissima & indemõstrabilia simpl̃r.i.vl̃r, vt dicit Phylosophus.4. Metaphy. sed secundo mõ aliqua scientia, videlicet prima Phylosophia, vtitur eis demonstrando: videlicet aliqua de eis, vtpote q̃ non est possibile mente cõcipere opposita eoꝝ, vt patet.4. Meta. Et hoc est q̃d Phylosophus dicit in capite huius lec, primus tamen

C

Phylosophus tentat p̃dicta prima principia demonstrare eo modo, quo possibile est, ɔ̃dicendo negantibus ea, per ea, quæ oportet ab eis concedi: non autẽ ꝑ ea, quæ sunt magis nota, vt dicit hic.D.S.

Notan.2.

ℂConsiderandum est vlterius fm eundem.D.S. in lec. q̃ ꝑma Phylosophia dicitur esse de cõmunibus, q̃a eius cõsideratio dicitur esse circa res cõmunes, sicut circa ens, & partes, & passiones entis: & tunc circa omnia, quæ in rebus sunt, habet negociari. Sed cõsideratio Logicæ est de operibus rationis, logica est etiã de his, quæ cõmunia sunt omnibus.i. de intentionibus rationis, quæ ad omnes res se extendunt: non autem ita q̃ logica sit de ipsis reb⁹ communibus, sicut de subiectis, considerat.n. logica similẽ & enunciationem, & huiusmodi. Dialectica vero est de cõmunibus, nõ solũ, q̃a ꝑtractat intentiones rationis, quod est cõmune toti logicę: sed etiam q̃a circa reꝝ cõmunia argumentatur. Ex quo patet q̃ prima Phylosophia est de omnibus subiectiue, logica ratiocinatiue, dialectica vero probatiue siue argumentatiue.

Notan.3.

ℂConsiderãdum est vlterius q̃ licet tam Phylosophia prima, q̃ dialectica disputant de primis principijs: tamen aliter, & aliter, vt innuit hic Phylosophus &.D.S. Nam dialectica non procedit ex aliq̃bus principijs determinatis: nec assumit alteram partem contradictionis tantum: sed se habet ad vtrunq;, cum contingat vtrãq; vel probabilem esse, vel ex probabilibus posse ostẽdi; & ꝑ hoc interrogat: prima vero Phylosophia ꝓcedit circa oĩa per modum demonstrationis, & non per modũ dialecticæ disputationis. ℂAd primum igitur dicẽdum, q̃ licet non omnia entia sint entia rõnis, tamen circa omnia intellectus potest ratiocinare: ideo logica dicitur esse de omnibus.

D

ℂAd.2. dicendum q̃ tam necessaria, q̃ impossibilia dicuntur esse probabilia cõmuniter accipiendo.s. probabile pro omni eo, quod potest vere aut apparenter probari. ℂAd.3. dicendũ q̃ omnia entia sunt entia realia formaliter, aut fundamentaliter, licet.n. intentiones rationis non sint entia realia formaliter: sunt tamẽ entia realia fundamẽtaliter, q̃a fundamentum habent in re. ⁋Vel dicẽdũ q̃ prima Phylosophia dicitur de omnibus, q̃a cõsiderat oẽs res reales: vnde rõ p̃supponit falsum. ℂAd.4. dicendum q̃ prima Phylosophia considerat singularia contingentia non fm rõnem singularitatis: sed secundum q̃ conueniunt in ratione entis, vt in prima Phylosophia declaratum est.

ℂQõ.26. De sciaꝝ ꝓprijs ꝑncipijs, & est lec.21.D.S. Lec.21.

NVNC considerandũ restat qualiter sciæ demõstratiuę se habeant circa propria ꝑncipia: considerando q̃ in qualibet scientia sunt propriæ interrogationes, respõsiones, & disputationes. ℂCirca quod quęruntur duo. ⁋Primo vtrũ in qualibet scientia demõstratiua sint proprię interrogationes, & ꝓpriæ respõsiones.

E

⁋Secundo vtrum demonstrator interroget. ℂSequitur in Phylosopho, & in.S.D. {Si autẽ idẽ est interrogatio.}

ℂArticulus ꝑmus.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ ĩ qualibet scientia demomstratiua non sint propriæ interrogationes, & propriæ respõsiones & propriæ disputationes.

Primum.

ℂNam si in qualibet scientia essent interrogationes vere scibiles, de quibus nũc ad propositum, seq̃tur, q̃ nõ tantũ q̃tuor essent interrogationes, siue qõnes, vere scibiles: cõsequẽs est ɔ̃ Phylosophum.2. huius, cõsequentia patet, q̃a nõ tantũ q̃tuor sunt sciẽtiæ, vt de se patet.

Secundum

ℂSecundo p̃terea, vbicunq; est maxima certitudo, ibi non cadit dubitatio: sed in sciẽtia demonstratiua est maxima certitudo, cum dem̃ratio

F

procedat ex principijs per se notis, vt supra cõcessum est: ergo in ea non cadit dubitatio, & ꝑ cõsequẽs neq; interrogatio: q̃a ĩterrogatio videtur esse dubitabilis propositio.

Tertium.

ℂTertio p̃terea, Metaphysica respondit ad oẽs qõnes, siue interrogationes, q̃a, vt dicitur ĩ prohemio Meta. sapientis est scire oĩa, vt cõuenit ꝑ causas: ergo seq̃tur q̃ in q̃libet scientia non sint proprię responsiones.

Quartum.

ℂQuarto p̃terea, nõ est alia ratio, quare in qualibet scientia sint propriæ interrogationes: nisi quia, vt dicit hic Phylosophus, ex his fit syll̃s: sed hoc non potest esse, q̃a ex interrogationibus syll̃s fieri non potest, cum interrogatio non sit pręmissa: sed potius cõclusio, siue de conclusione: ergo videtur q̃ in qualibet sciẽtia non sint propriæ interrogationes. Sed contra est Phylosophus in litera: ibi, {Si autem idem est interrogatio, &c̃.} ℂRespondeo dicendũ q̃ istud est.4. capitulum huius quarti tractatus, ĩ quo Phylosophus ostendendo qualiter scientiæ demonstratiuæ se habeant circa propria principia adducit duas conclusiones, ex quarum prima infert.3. correlaria.

Prima conclusio.

⁋Prima conclusio est talis, in qualibet scientia demõstratiua sunt propriæ interrogationes.

Secunda. conclusio.

⁋Secunda, q̃ in qualibet scientia sunt propriæ responsiones, & propriæ disputationes.

Probatio primę conclusionis.

ℂPrima cõclusio, probatur tali ratione. ⁋Propositio & interrogatio idem sunt: sed in qualibet sunt propriæ propositiones, ex quibus demõstrationes procedũt, & proprię conclusiones: ergo in q̃libet sciã sũt ꝓpriæ interrogationes.

Probatio Secundæ.

ℂSecunda conclusio probatur, interrogatio, & r̃nsio pertinent ad eandem scientiam. Nõ.n. conuenit vnũ

G quęq; reſpondentem ad omnia interrogata reſpōde
re:ſed ſolum de his, quæ ſiunt ſm proprias ſcientias.
Non.n.muſicus habet reſpōdere ad interrogationes
geometricales: ergo in qualibet ſcientia ſunt proprię
reſponſiones, ſicut & propriæ interrogationes. Sed
ex interrogatione & reſponſione ſit diſputatio: er
go in qualibet ſcientia ſunt propriæ diſputationes.
Non.n.eſt in non geometricis de Geometria diſpu
tandum, vt dicit hic Phs: tum Primo, quia qui ſic ar
guit, non conuincit: niſi per accidens. Secundo quia
non poterit iudicare per principia ſcientię vtrum be
ne diſputatum ſit, vel male. ℭ Ex prima concluſione
Probatio. patet, Quia illa propositio dicitur immediata negatiua, cuius prædicatum remouetur a subō, & per ꝯns demonstrari non pōt quia oīs demonstratio habet ꝓ medio diffōnem quidditatiuam, quę datur per genus & dřiam, vñ non pōt demonstrari aliqua propositio demonstratione propter quid, nisi vterq; terminoꝝ cōtineatur sub aliquo genere, cū genus sit pars diffōnis ipsius minoris extremitatis: quæ quidē diffinitio est mediū demōstrationis pp quid. Ista igič est propō proprie immediata, Nulla sub̄a est quantitas. Est etiā
I aliqua propositio negatiua mediata, cuius videlicet alter extremorū continet̄ sub aliquo toto: vel qñ ambo termini continent̄ sub altero, & altero toto. Exemplum primi, vt Nullus homo est qualitas. Exemplū secūdi, vt Nullus homo est albedo. Q. vero sit̄es pro positiones negatiuæ sint mediatæ, sic patet, Nam illa propositio est mediata, quæ habet medium pp quod pōt demonstrari: sed prædictæ propōnes sunt hmōi. Ista. n. ppō, Nullus homo est qualitas, sic pōt demonstrari, Nullum aĩal rōnale est qualitas, sed oīs homo est aĩal rōnale: ergo nullus homo est qualitas, et sic de sīlibus: ergo &c. ¶Ad primum igič dďm, ꝙ propō negatiua immediata, nō habet aliquam ea priorē in eodem gñe propōnum: licet simplr habeat priorē, vt argumentū cōcludit. ¶Ad scďm dďm, ꝙ qa illa propō, Nulla actio est passio, est imediata, necesse ē dicere ꝙ sit verissima, & ꝑ ꝯns sua ꝯdictoria falsissima, v3 actio est passio essentialiter loquēdo. Et qñ dř actio & passio sunt vnus motus, nō est locutio essentialis: sed magis mālis, actio, & passio hñt fieri cū vno motu: vt in summa Diuinę Phię lauus declaratū est: vñ rō falsum supponit. ¶Ad tertiū dďm, ꝙ ille syll's non est demōstratio, cū mediū eius nō sit diffō quidditatiua: quod ad demōstratiōnē pp qd requirič, de qua nūc sit sermo: Ens. n. nō ꝯhič ad sub̄am ꝑ aliquā dřiam, cū dřia sit extra rōnem generis: nihil. n. est quod rōnem entis subterfugere possit, vt etiam in eadem summa ad lōgum declaratur: vnde ratio supponit falsum.

¶Quæstio .32. de syllogismo ignorantiæ affirmatiuo: & est lectio .27. Sancti Doctoris. K Lec.27.

RESTAT insuper cōsiderandum de syllogismo gñatiuo ignorantiæ: postq̃ consideratum est de syllogismo generatiuo scientiæ. Habitus. n. præcedit priuationem, sicut affirmatio præcedit negationem. ¶Circa quod quattuor occurrunt consideranda. Nam primo considerandum est de syllogismo affirmatiuo ignorantię concludentis: videlicet affirmatiuam falsam. Secundo, considerandum est de syllogismo negatiuo ignorantiæ concludentis negatiuā falsam cōtrariam affirmatiuę immediatę verę. Tertio, considerandum est quare accidit ignorātia in propositionibus immediatis: & hoc loquendo de ignorātia prauæ dispōnis. Finaliter, considerandum est de ignorantia simplicis negationis. ¶Circa primū duo quæruntur. Primo, vtrū sit aliquis syllogismus demonstratiuus concludens affirmatiuam falsam ꝯriam negatiuæ immediatę verę. Scďo, vtrum ad librū Posteriorum pertineat consideratio syllogismi ignorātiæ. L
¶Sequitur in Pħo, & in. D.S. {Ignorantia autē.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ non sit aliquis syllogismus ignorantiæ affirmatiuus concludens affirmatiuam falsam contrariam negatiuæ immediatæ veræ. ¶Nam syllogismus est oratio, Primum. in qua quibusdam positis, necesse est aliud accidere per ea, quę posita sunt, vt patet .1. Priorū: ergo in quo liber syllogismo, necessario conclusio sequič ex pręmissis, & per consequens non est aliquis syllogismus ignorantiæ, quod est contra suppositum. ¶Secundo Secūdum. præterea, si esset aliquis syllogismus ignorantię affirmatiuus &c. vel esset ignorantiæ simplicis negōnis, vel prauæ dispositionis. Non primum: vt infra ostēdit Phylosophus in pręsenti lec. vel tractatu. Nec secundum: quia syllogismus ignorantiæ prauæ dispositionis accidit rōne addiscentis prauę dispositi. Nullus ergo debet dici syllogismus ignorantiæ affirmatiuus. ¶Sed contra est Phylosophus in litera: ibi dicens. {Ignorantia autē non secūdum negōnē &c.}
¶Respondeo dicēdum, ꝙ iste est septimus tractatus Respōsio. M huius primi libri: in quo Phylosophus postquam determinauit de syllogismo scientiæ, consequenter determinat de syllogismo ignorantiæ. Qui quidem tractatus continet in se quattuor capitula, secundum ꝙ sunt q̄ttuor lectiones. S. D. In primo capitulo Phylosophus determinat de syllogismo ignorantiæ affirmatiuæ in immediatis. In secundo, ostendit quare causatur ignorantia per syllogismum affirmatiuum: & hoc in immediatis. In tertio vero, quare causatur ignorantia in immediatis. In quarto vero capitulo, determinat de ignorantia simplicis negationis, quæ non causatur per syllogismum. In primo capitulo, ponitur vna conclusio, quæ est responsiua ad quæsitum, videlicet ꝙ aliquis est syllogismus ignorantię af- Cōclusio. firmatiuus, cōcludens affirmatiuā falsam, ꝯriam negatiuę immediate verę. ¶Ista cōclo probač ꝑ exēpla. Nā Probatio. iste syll's, Oīs q̄ntas est sub̄a, oīs quātitas est q̄litas: ergo est sub̄a, est syll's ignorantiæ affirmatiuus, concludens affirmatiuam falsam, contrariam negatiuæ immediatæ veræ. Ista. n. conclusio, Omnis quātitas est substantia, est falsa, & contrariatur isti, Nulla quantitas est substantia, quæ est vera, & immediata, vt ex supradictis patet: ergo cōclusio vera. Procedit autē syllogismus ex ambabus falsis, ꝯrijs, & immediatis. Iste est syllogismus ignorantiæ affirmatiuus, Omne perfectum est substantia, sed oīs quantitas est perfecta: ergo

A

ergo omnis quantitas est substantia, & constat q̄ cō-
clusio est falsa, q̄ contrariatur negatiuæ immediatæ
veræ, quæ est nulla quantitas est substantia: ergo &c.
procedit etiam istæ sylls ex ambabus falsis, sed non
contrarijs veris, sed magis cōtradicūt veris, quę sunt.
Quoddam perfectum non est substantia, & quædam
quantitas non est perfecta. Contraria vero prædictis
præmissis nō sunt vera, videlicet nullum perfectum
est suba, & nulla quantitas est perfecta. Ex quo patet,
q̄ iste sylls differat a primo. Item iste sylls, videlicet,
Oīs intelligentia est suba, sed omnis quantitas est in-
telligentia: ergo oīs quantitas est suba, Est sylls igno-
rantiæ affirmatiuus, concludens affirmatiuam ꝯriam
negatiuę verę immediatæ &c. Differt autem iste syl
logismus a præcedentibus, quia præcedentes ꝓcedūt
ex ambabus falsis: iste vero procedit ex vna vera, et al
tera falsa. Patet ergo ex pędictis, q̄ est aliquis syllo
gismus affirmatiuus ignorantiæ. Qui quidem solum
habet fieri in prima figura: quia in scda figura cōclu-
ditur negatiuę. In tertia vero non concluditur cōclu
sio vlis, quæ principaliter attenditur in demōstratio-

B

Notandō primum.

ne. ¶ Considerandum est autem sm Phm, &. D.S. in
litera, q̄ duplex est ignorantia. Vna sm negōnem.

Ignorātia secūdum nega.

Alia est sm dispositionem. Ignorantia quidē, quę
est secundum negationem, Est quando homo pœni-
tus nihil scit de re, & hæc ignorantia dicitur in nō at-
tingēdo. Sicut pater de rustico, qui omnino non scit

Ignorātia secūdum dispōnē.

de triāgulo, an habeat tres angulos &c. Ignorantia
sm dispōnem est quādo aliquis habet aliquam dispo
sitionem in cognoscēdo, sed corruptam. Quando. s.
existimat aliquid de re, sed falsę, & hæc ignorātia idē
est q̄ error. Prima autem ignorantia non fit p̄ syllm:
sed secunda per syllm fieri potest, & tunc vocatur de-

Notādum secūdum.

ceptio. ¶ Considerandum est vlterius, q̄ ignorantia,
siue deceptio, quæ causatur per syllm, pōt cōtingere
circa duo. Vno modo circa ea, quæ sunt prima, &
immediata, dum. s. aliquis opinatur opposita princi-
pijs. Alio modo circa conclusiones, quæ non sunt
prima, & immediata. Prima quidem ignorātia, vel
deceptio, opponitur cognitioni intellectus. Secūda

Correlariū Duplex cognitio cer.

vero opponitur sciētię: hæc. D.S. in lec. Ex quo pa-
tet, vel potest elici, q̄ duplex est cognitio certitudina
lis: videlicet cognitio intellectualis, & cognitio scien
tifica. Intellectus. n. est cognitio principiorum, vt su-
pra ostensum est, & scientia habitus est siue cognitio

C

Discip.

cōclusionis. ¶ Sed instat discipulus. Nam ea, quę nō
cadunt in apprǽhensione, opinari non possunt: sed
opposita primis principijs non cadunt in apprǽhen-
sione, vt supra cōcessit Phylosophus: ergo nullus po-
test opinari opposita principijs, quod est adductum.

Respōsio.

¶ Ad hoc respōdet. D.S. q̄ licet opposita principijs
non possint opinari interius in mente, vt supra dcm̄
est, quia non cadunt in apprǽhensione: potest tñ eis
contradici sermone, & sm quandam falsam imagina
tionem, vt habetur de quibusdam negantibus prima

Notādum tertium.

principia. 2. Metaphy. Hæc ille. ¶ Considerandū est
vlterius sm eundem ibidem, q̄ vtraq; ignorātia, siue
fit de his, quæ sunt prima, siue de his, quæ nō sunt pri
ma, potest huiusmodi ꝓuenire dupliciter. Vno mo-
do, simplr. s. qñ absolute absq; aliquo discursu rōnis
estimat falsum: siue affirmando, siue negando. Alio
modo, qñ inducitur ad existimādum aliquid falsum
propter aliquam rōnem syllogisticam, sicut & dicit
Phs in. 4. Metaphy. de quibusdā qui principijs con-
tradicunt, velut rōnibus persuasi. Alij vero nō quasi
rōnibus persuasi, sed pp ineruditionem, vel pertina-
ciam, volentes in omnibus quęrere demonstrationē.

D

Hæc ille formaliter. ¶ Considerādum est vlterius, q̄

Notādum quartum.

Phylosophus in litera in secūdo exemplo probat q̄
maior extremitas non potest vlr inesse medio imme-
diate: quia medium non pōt contineri sub aliquo to

Discip.

to, q̄ de eo vlr prædicetur. ¶ Sed ꝯ hoc instat discipu-
lus. Nā de eo quod est sub aliquo toto, sicut species,
potest aliquid vlr prædicari. Nō. n. solum genus, aut
differentia, vniuersaliter pędicatur, sed etiam ipsum

Respōsio.

proprium: ergo probatio nulla. ¶ Ad quod respōdet
D.S. q̄ licet prædicta probatio non sit efficax cōiter
loquendo, est tñ efficax in proposito. Quia sicut in. 1.
Topicorum dr̄ paralogismus disciplinæ, de quo hic
loquitur Phs, procedit ex conueniētibus disciplinę.
Vnde intendit vti talibus medijs, qualibus vtitur de
monstrator. Demonstrationis autem medium est dif
finitio, vt supra dcm̄ est: vnde & sylls, de quo hic lo-
quitur Phylosophus, intēdit vti diffinitione pro me-
dio. Diffinitio autem continet genus, & differentiā:
vnde oportet id, quod vniuersaliter prædicaẞ, in hoc
syllogismo cōtineri, in quo est subiectum, sicut in to-

E

to. Hæc ille. ¶ Ad primum igitur dicendū, q̄ licet in
quolibet syllo proprie sumpto sit necessitas ꝯñę, non
tamen in aliquo syllo simpliciter sumpto est necessi-
tas ꝯñę præmissarum. Sed pęmissę & conclusio sunt
falsę, vt ex supradictis patet: licet cōclo necessario se-
quaẞ ex pęmissis: vñ licet ibi sit veritas prioristica, nō
tñ est veritas posterioristica. ¶ Ad scdm dicēdum, q̄
talis sylls est sylls ignorātiæ prauę dispōnis: quę qui-
dem accidit instrũaliter per syllm, qui dicitur paralogi
smus disciplinæ, vt dictum est: vnde ratio nulla.

¶ Sequiẞ vbi supra impertinenter. Articulus II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videẞ
q̄ determinare de syllogismo ignorantiæ non perti-

Primum.

neat ad hanc sciētiam. ¶ Nam Phylosophus in libris
Elenchorum determinat de syllogismo ignorantiæ:
videlicet de ignorantia elenchi, ostendendo q̄ oēs pa
ralogismi reducuntur ad ignorantiam elenchi: ergo
ad hunc librum non pertinet eius consideratio, nisi

Secūdum.

superflue. ¶ Secundo prę terea, finis huius scientię est
scire, quod scire est etiam finis syllogismi scientialis:
ergo non licet considerare de syllo ignorantię, cū op
ponatur syllogismo scię. ¶ Sed contra est Phs in pñti
tractatu: in quo determinat de syllogismo ignorātię.

Respōsio.

F

¶ Respondeo dicendū, q̄ syllogismus ignorātię pōt
accipi dupliciter. Vno modo, pro eo quod peccat ꝯ
illationem, probationem, vel ꝯdictionem. Et talis cō
sideratur in libris Elenchorum, vt primū argumentū
voluit. Alio modo pōt accipi pro syllo, qui peccat
in mā tm̄, qui v; procedit ex ambabus vel altera fal-
sis concludentibus cōclusionem falsam: in debito tñ
modo & figura, sicut est sylls ignorātię, siue deceptio
disciplinæ. & talis syllogismus pertinet ad considera
tionem huius sciæ, Quia oppositorum eadē est disci-
plina. Cū ergo syllogismus disciplinæ & ignorantiæ
syllogismus opponanẞ, pertinent ad considerationē
huius scię, quæ doctrinalis, & certitudinalis est, vt ex

Notādum

supradictis patet. ¶ Considerandū est hic sm. D.S. q̄
syllogismus ignorantiæ concludit conclonē falsam,
vt declaratum est, quilibet autē syllogismus cōcludēs
cōclonē falsam, est sylls falsus: q quidem, si peccat in
forma syllogistica, est simpliciter falsus falsitate, vide
licet prioristica, & dicitur paralogismus peccans con
tra illationem. Si vero peccat in materia tm̄, qa pro-
cedit ex præmissis, vel præmissa falsis, est sylls falsus
falsitate posterioristica loquēdo, cū non ꝓcedit ex ve-
ris, q̄ ad demrationem requiriẞ, vt patet p̄ diffōnē de-
mrationis. ¶ Ad argumenta patet solutio ex dictis.

G Lec.28.

¶Quæstio.33. De syllogismo ignorantiæ negatiuo, & est lectio.28. Sancti Doctoris.

FINALITER considerandum restat de syllogismo negatiuo ignorãtię: qui videlicet concludit conclusionem negatiuam falsam, cõtrariam affirmatiuæ immediatę verę. ¶Circa quod quæritur vnum, videlicet an sit talis syllogismus ignorantiæ.

¶Sequit᷑ in Pħo, & in. S.D. {Quę vero ipsius.}

Articulus vnicus.

AD QVOD sic proceditur. Videtur ꝙ non sit aliquis syllogismus ignorantię negatiuus, concludens conclusionem negatiuam falsam, ꝯtriam affirmatiuæ veræ & immediatę. (Primum.) ¶Nam in quolibet syllogismo est argumentum. Argumẽtum vero est ratio rei dubię faciens fidem, vt in Topicis habetur: ergo quilibet syllogismus generat fidem, & ꝑ consequens nullus est syllogismus, per quem generatur ignorãtia, qđ est ꝯ suppositum. (Secũdum.) ¶Secundo præterea, affirmatio, & negatio contradicunt, vt esse, et nõ esse, vt patet in. 4. (H) Metaphy. ergo nullus est syllogismus concludẽs negationẽ ꝯtriam affirmatiuæ veræ. (Tertium.) ¶Tertio præterea, syllogismus verus non potest dici syllogismus ignorantiæ: sed syllogismus cõcludens negatiuam ꝯtriam affirmatiuę verę, est verus syllogismos, cum fiat in debito modo, & debita figura: ergo talis non est syllogismus ignorantiæ. ¶Sed ꝯ est Pħi in litera ibi {Quæ vero est ipsius non esse &c.} (Respõsio.) ¶Respondeo dicendũ, ꝙ istud est secũdum capitulũ huius tractatus, in quo Pħs determinando de syllõ ignorantiæ negatiuę, ponit vnam cõclonem principalem, quæ est responsiua (Cõclusio.) ad quæsitum: videlicet ꝙ est aliquis sylls ignorãtiæ negatiuus, concludens negatiuam falsam ꝯtriam affirmatiuę veræ, & immediatę. (Probatio.) ¶Hanc conclonem probat Pħs per exẽpla. Primo. s. syllogizando per terminos non significatiuos, videlicet nullum. b. est. a. sed c. est. b. ergo nullum. c. est. a. i. Nulla albedo est color quę est vera & immediata, oĩs nigredo est albedo: ergo nulla nigredo est color, conclo est falsa ꝯtria isti affirmatiuæ verę, Oĩs nigredo est color, quæ est vera et immediata; ergo dabitis est syllogismus ignorantiæ negatiuus. Procedit autẽ prædictus sylls in prima figura ex ambabus falsis ꝯtrijs immediatis veris. Silr talis sylls põt fieri in secunda figura, sic syllogizando ex ambabus falsis in scđo modo scđæ figuræ, Omne animal est masculum, sed nullus homo est masculus: ergo nullus homo est animal, conclo est falsa contraria verę affirmatiuę & immediatę. ¶Præterea potest talis sylls ignorãtię fieri ex altera vera, & altera falsa: in prima figura maiore existente vera, & minore existente falsa, sic arguendo, Nulla quantitas est color, omnis albedo est quantitas: ergo nulla albedo est color. Si vero syllogizat᷑ sic, Nulla qualitas est color, oĩs nigredo est qualitas: ergo nulla nigredo est color, Talis syllogismus ignorantiæ procedit ex maiore falsa, & minore vera. Similiter in secunda figura põt fieri maiore existente falsa, & minore vera, sic arguẽdo in secundo modo secundę figurę, Omne animal est irrationale, sed nullus homo est irrationalis: ergo nullus homo est animal, vel sic arguendo in primo secundę, Nullum animal est animatum, sed omnis homo est animatus: ergo nullus homo est animal, vel sic, Nullum animal est rationale, omnis homo est rationalis: ergo nullus homo est animal. patet ergo ex prædictis ꝙ̃ est aliquis syllogismus ignorantiæ negatiuus immediatę, cõcludens negatiuam falsam, ꝯtriam affirmatiuæ veræ & immediatę, procedens ex ambabus falsis, & altera tantum, siue tales propositiones sint in toto falsę, siue in parte. (K) ¶Dicitur autẽ propositio in toto falsa, cuius prædicatum non cõuenit alicui supposito subiecti: vt Omnis homo est qualitas. (Propositio in toto fal.) Sed propositio in parte falsa est, cuius prędicatũ conuenit alicui supposito subiecti, vt Omne animal est rõnale. (In parte falsa.) ¶Ad primum igitur dicendum, ꝙ licet argumentum verũ siue dialecticum faciat fidem de re dubia, vt Boethus deducit: non autem argumẽtum falsum facit designatam fidẽ nisi forsitan apparenter, vel apparentẽ. ¶Ad secundum dicendum, ꝙ licet affirmatio, & negatio incomplexę cõtradicant: tamen affirmatio. i. propositio affirmatiua, & negatio. i. propositio negatiua, sic complexæ designatę contrariantur, si ambæ sint vniuersales, cæteris conditionibus obseruatis, quę in primo Perihermenias numerauimus. ¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ licet syllogismus concludens conclusionem falsam, contrariam immediatę verę, sit verus syllogismus veritate prioristica: tamen est falsa veritate posterioristica, modo tamen exposito: ratione cuius falsitatis dicitur syllogismus ignorantię, siue syllogismus deceptionis. (L) ¶Et hæc de syllogismo ignorãtię, quod habet fieri in immediatis, sufficiant.

Lec.29.

¶Quæstio.34. De syllogismo ignorantię in comparatione ad demonstrationem: & est lect.29. S.D.

EST AVTEM considerandum de syllogismo ignorãtiæ, qui habet fieri in propositionibus mediatis: postꝙ̃ consideratum est de eo, qui habet fieri in propositionibus immedians. Dicũtur autem propositiones mediatæ conclusiones, quę demonstratione probantur. (Propõnes mediatę.) ¶Circa quod duo quærunt᷑. Primo, vtrum immediatis propositionibus possit fieri syllogismus ignorantię negatiuus. Scđo, vtrum in eisdẽ possit fieri syllogismus ignorantiæ affirmatiuus.

¶Sequitur in Phylosopho, & in. D.S. {In his autẽ, quę indiuidua non sunt.} Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ non possit fieri syllogismus aliquis ignorantię negatiuus in propositionibꝰ mediatis. (Primum.) ¶Nam aut talis potest fieri in omni figura, aut in aliqua, et in aliqua nõ. (M) Non primum, vt deducit hic Phylosophus. Neq; secundum, quia non videtur maior ratio, ꝙ habeat fieri in aliqua figura magis, ꝙ̃ in alia. ¶Secundo præterea, si talis syllogismus ignorãtiæ formatur in prima figura: hmõi maxime fieret per medium proprium, vt dicit hic Phylosophus, sed hoc non potest fieri, qa per medium proprium concluditur conclusio vera, vt de se patet, sic arguendo, Omnis figura habens angulum extrinsecum ęqualem duobus intrinsecis sibi oppositis, est figura habẽs tres angulos æquales duobus rectis, sed omnis triangulus est hmõi; ergo &c. Sed per idem medium non potest concludi affirmatiua vera, & negatiua sibi opposita falsa: ergo talis syllogismus non habet fieri in prima figura & formari, neq; in scđa. ¶Sed ꝯ est Pħs in lr̃a ibi {In his autem, quæ indiuidua non sunt &c.} (Respõsio.) ¶Rñdeo dicendũ, ꝙ istud est tertium caplm huius septimi tractatus, ĩ quo Pħs oñdit qualiter sylls deceptionis, siue ignorantiæ habet fieri in propõnibus mediatis, in quo ponit cõclusiones, quæ sunt rñsiuę ad quæsitũ; quaꝝ scđa videbitur in sequẽti articulo. (Cõclusio.) ¶Prima vero cõclo, quæ est rñsiua ad quæsitum, talis est, Sylls ignorantię aliquis est negatiuus in propõnibus mediatis, quæ probatur, (Probatio.) Quia talia syllogismus negatiuus ĩ propositionibus mediatis habet fieri in prima & scđa figura. (In prima figura.) Prima pars patet, qa in prima figura põt concludi negatiua cõclo falsa opposita affirmatiuæ verę & mediatæ tripl̃r, ꝑ mediũ, v3 propriũ, ꝑ mediũ extrinsecũ, sed simile

A

mile proprio, & per medium intraneũ dissimile proprio: per medium proprium concluditur sic arguendo, Nulla figura habens angulum extrinsecum ęqualem intrinsecis duobus sibi oppositis, haber tres angulos æquales duobus rectis, sed omnis triãgulus est huiusmodi: ergo nullus triangulus haber tres angulos æquales duobus rectis. Ibi concluditur negatiua conclusio falsa, ɔ̃ria affirmatiuæ veræ mediatę. Sed per medium extrinsecum sile tamẽ proprio, fit etiam syllogismus ignorantiæ sic arguẽdo, Nullus gradiẽs est substantia, omnis homo est gradiens: ergo nullus homo est substantia. Conclusio est negatiua falsa, quæ contrariatur affirmatiuæ verę, videlicet isti: Omnis homo est substãna. Sed per medium dissimile proprio fit syllogismus negatiuus ignorantię in prima figura, sic arguẽdo, Nulla oliua est vita, omnis homo est oliua: ergo nullus homo est viuens, vel sic, Nullꝰ lapis est viuẽs, omnis homo est lapis: ergo nullus homo est viuens. quæ conclusio cõtrariatur affirmatiuæ vere mediatę, videlicet oĩs homo est viuens,

B

patet ergo ꝙ syllꝰs ignorantię, siue deceptionis, negatiuus fit in prima figura tripliciter mediatę, videlicet per medium proprium, extraneum sile ꝓprio, & per medium extraneum dissimile proprio.

In secũda figura.

Secũda pars assumpti, videlicet ꝙ syllogismus deceptionis fiat in secunda figura probatur exemplariter sic syllogizando in .2. modo secundę, Omne aĩal est viuum, nullus homo est viuus: ergo nullus homo est aĩal, vel sic in primo modo scdę, Nullum aĩal est viuum, omnis homo est viuus: ergo nullus homo ẽ animal, & licet ista propositio, cui ɔ̃riatur prædicta conclusio, sit immediata immediatione prędicationis, est tñ mediata mediatione posterioristica: potest .n. demonstrari ꝑ hoc medium, omne animal rationale, vt patet diligenter consideranti, & hoc loquendo de animali non concreto.

Notandũ primum. Medium ꝓprium.

℣ Pro præcedentis declarationis, maiore euidentia considerandum est ſm. D.S. & alios Doctores, qui per medium proprium intelligunt medium sumptum inter maiorem, & minorem extremitatem in eadem coordinatione, vt ad concludendum hanc propositionem mediatam, Omnis homo est substantia, accipitur pro medio proprio, quicquid est in prędicamento substantię inter hominem & substãtiam,

C

vt aĩal, & corpus animatum, & similia poterunt accipi tanquam medium proprium ad concludendum affirmatiuam veram, per quod quidem medium etiam potest concludi negatiua falsa manente eadem minore, sed mutata maiore in oppositam qualitatem: vnde tale medium proprium dicitur, vt dicit hic. D.S. per quod fit syllogismus contradictionis .i. ad oppositum non quidem eodem modo sumpta, sed trãsmutata qualitate maioris in oppositam qualitatem: videlicet maiore affirmatiua mutata in negatiuam, vt dictum est, & per hoc patet solutio ad secundum argumentum.

Notãdum secũdum. Extraneũ simile proprio.

℣ Considerãdum est vlterius, ꝙ per mediũ extraneum simile tamen proprio, intelligitur mediũ sumptum ex altera coordinatione, quod vniuersaliter tamen subijcitur maiori extremitati, & vniuersaliter prędicatur de minori extremitate. Sicut hoc medium mobile vel gradiens respectu huius conclusionis, Omnis homo est substãtia, per hoc idem mediũ potest concludi cõclusio negatiua falsa, mutãdo maiorem in oppositam qualitatem remanente minore immutata: vnde vt dicit Phylosophus deceptio quæ fit per tale medium simile proprio, est fere eadem ei, quæ fit per medium proprium. Est .n. inter vtranqꝫ deceptionem talis identitas, siue similitudo, ꝙ si fiat in prima figura, semp sit vera, sic patet. Quia tale medium ĩ minori, siue sit proprium, siue simile proprio, vniuersaliter affirmatiue prædicatur de minori extremitate: minor autem in prima figura semper est affirmatiua, vt in libris Priorum declaratum est: vnde minor semper est vera, & maior semper falsa. Si fiat syllogismus deceptionis, cum contrarietur affirmatiuæ veræ, cuius prædicatum vniuersaliter & affirmatiue prædicatur de subiecto, vt in exemplis prædictis satis declaratum est.

D

Notãdum tertium. Mediũ extraneũ dissimile proprio.

℣ Considerandum est vlterius, ꝙ medium extraneum dissimile proprio est, quod sumitur ex altera coordinatione terminorum, & vniuersaliter subijcitur maiori extremitati, neqꝫ etiam semper prędicatur vniuersaliter de minori extremitate: vnde ambæ præmissę possunt esse falsæ, vel altera tantum, vt exemplificatum est, & hoc in prima, & secunda figura. In tertia vero figura non fit talis syllogismus ignorantiæ. Quia in ea solum concluditur particulariter: in demonstrationibus vero cõclusio est vniuersalis, & per hoc patet solutio ad primum. ℣ Ad argumenta autem patet solutio ex dictis.

E

ℭ Sequiť in Pħo, & in. S.D. Deinde, cum dicit, {Si vero affirmatiuus &c.} Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videť ꝙ in propositionibus mediatis non possit fieri syllogismus deceptionis, siue ignorantię prauę dispositionis affirmatiuus.

Primum.

℣ Nam affirmatio pręcedit negationem, vt superius adductum est. Si ergo esset aliquis talis syllogismus affirmatiuus, Phylosophus debuisset de eo determinare, anteqꝫ determinaret de syllogismo negatiuo in eisdem, quod est falsum: ergo nullus est talis syllogismus affirmatiuus.

Secũdum.

℣ Secundo præterea, si sic, aut fieret in secunda figura syllogismus deceptionis negatiuus, vel non: primum non est dcm̃, vt deducit hic Pħs: neqꝫ secundum, quia nõ videtur maior ratio, ꝙ debeat fieri in prima figura, qꝫ in secũda, cum vtrobiqꝫ cõcludatur vniuersaliter: ergo &c. Sed contra est Phylosophus in litera: ibi {Si vero fit affirmatiuus syllogismus etc.}

Cõclusio.

℣ Respondeo dicendũ, ꝙ syllogismus prauæ dispositionis, siue ignorãtię affirmatiuus fit solum in prima figura: videlicet vniuersalem affirmatiuam falsam ɔ̃riam negatiuę verę mediatę concludendo.

F

Probatur tripliciter. Primo.

Q. autem prædictus syllogismus fiat in prima figura, patet tripliciter. Primo per medium proprium sic syllogizando, Oĩs suƀa est quantitas, oĩs homo est suƀa: ergo oĩs homo est quantitas, quæ est falsa, & contrariatur negatiuę verę, & mediatę, videlicet isti, Nullus homo est quãtitas, semper .n. in tali inductione maior est falsa, & minor semper vera, propter rationem superius assignatam.

Secundo.

Secundo fit talis syllogismus per medium non proprium: sile tñ proprio, quod vꝫ non est eiusdẽ ordinis, sed ex alia coordinatione sic syllogizando, Omne agẽs est quãtitas, oĩs homo est agẽs: ergo oĩs homo est quãtitas, oportet autẽ hic etiam remanere minorẽ inuariatã: sed maiorẽ mutari de negatiua vera in affirmatiuam falsam.

Tertio.

Tertio vero fit syllogismus ꝑ medium extraneum dissimile ꝓprio, sic syllogizando, Oĩs tẽperãtia est virtus, oĩs grãmatica est tẽperantia: ergo oĩs grammatica est virtus. Ibi maior ẽ vera, & minor falsa: vel sic, Omnis albedo est virtus, omnis grammatica est albedo: ergo omnis grammatica est virtus. Ibi ambæ sunt falsæ præmissæ: vel sic, Omnis scientia est animal, omnis musica est scientia: ergo omnis musica est animal, ibi maior est falsa, & minor vera. ℣ Ex quo patet, ꝙ syllogismus prauæ dispositionis põt fieri in prima figura tripliciter, videlicet per mediũ propriũ,

G per medium extraneum simile proprio, & per medium extraneum dissimile proprio. Et hoc tripliciter. Primo maiore extremitate vera, & minore falsa: quando v3 tale medium continetur sub maiori extremitate, vt patuit per primum exẽplum. Secundo, ambabus præmissis existentibus falsis, & hoc quãdo medium non continetur sub maiori extremitate, vt per secundum exemplum vltimi membri declaratũ est. Tertio sit maiore existe falsa, & minore vera, vt per tertium exemplum eiusdẽ mẽbri patet. ⁋Ex præmissis etiam patet quot modis, & per quas propõnes veras vel falsas possunt fieri deceptiones per syllogismum ignorantiæ, tam in propõnibus immediatis, quàm mediatis, quę demonstratione probantur. ⁋Considerandum est autem, quòd quñ syllogizatur per medium extraneum siue proprio, semper minor remanet vera, et maior falsa semper est, vt dcm̃ est, sicut quñ syllogizat per medium proprium: vnde tale medium extraneũ dicitur siue proprio. ⁋Cõsiderandum est vlterius sm Egidium, quòd aliquis syllogismus põt dici verus dupl'r: vel quantum ad materiam, vel quãtum ad formam. Syllogismus autem deceptionis nunquàm est verus sm mãm: qa aut ambæ præmissę sunt falsę, aut altera tñ: põt tñ talis syll's dici verus quantũ ad formam syllogisticam, quia fit in debito modo, & in debita figura: vnde, vt supra concessum est, talis syll's dr̃ verus veritate prioristica, nõ autem veritate posterioristica: sed dicitur falsus & deceptiuus. ⁋Considerandum est vlterius, quòd licet Grammatica, cum sit scĩa, sit virtus intellectualis, non tñ est virtus mãç moralis: de qua virtute duo exempla vlnmi membri probationis ipsius conclusionis processerunt. ⁋Sed instat discipulus ꝯ deductionem Phi p̃tis lec. in tertio membro presertim ꝯ primum exemplum adductũ. Nam temperãtia non est medium extraneum, & dissimile proprio respectu virtutis, qa temperantia, & virtus connectũtur in eadẽ coordinatione, vt in prima specie qualitatis: ergo exemplum malum. ⁋Dicendum quòd licet id medium temperantia sit consonum virtuti, & nõ extraneum, quod est maior extremitas: est tñ dissonum & difforme respectu scientiæ, quę est maior extremitas, vnde vt dicit hic Egidius, Secus est in propõne affirmatiua falsa opposita affirmatiuæ verę, vel negatiuę, & in propõne negatiua falsa opposita affirmatiuę verę. Nõ. n. potest accipi medium extraneum, nisi duobus modis, videlicet vel a maiore extremitate tñ, vel ab vtraq;. Nõ. n. potest accipi tertio modo, videlicet a maiori, & non a minori: quia postquàm affirmatiua ponitur esse vera, nil est extraneum a maiori: sed in proposito vbi affirmatiua est falsa, & negatiua vera, poterit accipi medium extraneum in cõparatione ad minorem extremitatem: quod tamen nõ est extraneum in comparatione ad maiorẽ extremitatem, vt in exẽplo adducto patet, quia illud medium temperãtia est dissonum & cõsonum: est dissonum siue extraneum respectu scientiæ, & consonũ respectu virtutis. ⁋Ad primum igitur dicendum negando sequelam, quia licet ꝓpositio affirmatiua sit simpliciter notior & prior propositione negatiua: tamen quo ad nos, & ordine doctrinæ propositio negatiua præcedit affirmatiuã. Quem ordinem tenet hic Phylosophus: vnde ratio non sequitur. ⁋Ad secundum dicendum quòd si fiis syllogismus habet fieri in prima figura. Nõ. n. habet fieri in secunda figura, quia in ea non sumunt syll'i affirmatiui, cum in ea semper concludat negatiue. Neq; etiam habet fieri in tertia figura cum ibidem semper concludatur particulariter. De syllogismis enim vniuersalibus est hic ad propositum, cum fiat mentio de demonstratione propter quid, vt supra dictum est. Vnde non est similis ratio de omni figura.

Notãdum primum.

Notan. 2. H

Notan. 3.

Discip.

Respõsio. I

K

⁋Qõ. 35. de ignorãtia negõnis, & est lectio. 30. S. D. Lec. 30.

CONSIDERANDVM restat de ignorãtia negationis. ⁋Circa quod quęrũtur duo. Primo, vtrum deficiente in nobis aliquo sensu: sit necesse deficere scientiam de sensibilibus illius sensus. Secundo, vtrum in nobis sint tm̃ duo modi vere addiscẽdi, videlicet per demonstrationem, vel ꝑ inductionem.

⁋Sequitur in Pħo, & i. D. S. {Manifestũ est autẽ.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic procedit. Vr̃ quòd deficiẽte in nobis aliquo sensu non sit necesse deficere scientiã de ꝓprijs sensibilibus illius sensus. ⁋Nam nos in pręsenti statu cognoscimus subas separatas, et tñ substantiæ separatę non cadunt sub sensu, cum sint substãtię immateriales, & insensibiles sm rem, et rõnem simul: ergo deficiente sensu possumus habere scientiam de aliquibus, sic carentia sensus non tollit scientificam cognitionem. ⁋Secundo præterea, multi cœci visu carentes sunt, qui habent veram scientiam de coloribus, vt ad experientiam patet: ergo deficiente sensu visus non est necesse sciẽtiam in nobis deficere de coloribus. ⁋Tertio præterea, de formis substantialibus habemus scientiam, & tamen non cadunt sub sensu, cum sensus sit accipiendus respectu corporalium rerum, vt patet, 2. de Anima: respectu &c. ⁋Quarto præterea, in. 2. &. 3. de Anima dicit Phylosoph', quòd nos intelligimus cum volumus, nõ sentimus dũ volumus: ergo possumus intelligere aliquam intellectualẽ cognitionem sine sensu, sciẽtia autem est intellectualis cognitio: ergo deficiente sensu, potest haberi sciẽtia. ⁋Quinto præterea, aliquis cœcus a natiuitate potest habere auditum, vt de se patet: sed quicquid habet auditum, potest ab aliquo doceri de coloribus, qui sibi significata colorum manifestet, sed colores sunt a visu sensibiles: ergo deficiente sensu visus non est necesse quòd deficiat scientia de proprijs sensibilibus ipsius visus. Sed dicebat quòd cœcus a natiuitate habens auditũ potest doceri ab aliquo de coloribus siue de proprijs sensibilibus visus quantum ad quid nominis, nõ autem quantum ad quid rei. ⁋Sexto cõsiderandum, quòd cœcus a natiuitate habens sensum tactus, potest cognoscere causas propriorum sensibilium visus. Quia qualitates primo tangibiles, quæ tactu percipiuntur sunt causę colorum: sed cognitis causis alicuius possumus ipsum scire, vt patet per diffinitionẽ scire: ergo deficiente aliquo sensu, non est necesse quòd deficiat in nobis scientia de sensibilibus illius sensus. ⁋Sed cõtra est Phylosophus in capitulo huius libri: ibi {Manifestum est autem, & si aliquis deficit, necesse est aliquam scientiam deficere &c.} ⁋Respondeo dicendum, quòd istud est quartum capitulum huius tractatus, in quo Phylosophus determinando de ignorantia simplicis negõnis, quæ non causatur in nobis per syllogismum, postquàm determinauit de ignorantia prauæ dispositionis, quæ causatur in nobis per syllogismũ, ponit vnam conclusionem ex qua infertur necessitas ignorantiæ puræ negationis in aliquibus, quæ est responsiua ad quæsitum, videlicet quòd deficiẽte in nobis aliquo sensu, necesse est quòd in nobis sciẽtia deficiat de proprijs sensibilibus illius sensus. ⁋Hanc conclusionem probat Phylosoph' sm D. S. & alios Doctores tali ratione. Nam duplex est modus acquirẽdi scientiã. Vnus quidẽ ꝑ demõstrationẽ. Alius vero ꝑ inductionẽ. Sed q̃libet talis modus necessario ꝓsupponit in nobis

Primum.

L Secũdum.

Tertium.

Quartum

Quintum

M Discip.

Sextum.

Respõsio.

Cõclusio.

Probatio.

A in nobis sensum: ergo deficiente in nobis aliquo sensu necesse est, & scientiam deficere de proprijs sensibilibus illius sensus. ¶Probatio minoris, quia scire per demonstrationem, & scire ex vniuersalibus præsupponit scire ex inductione, & ex particularib⁹, sed scire ex inductione & particularibus præsupponit sensum: ergo quodlibet nostrum addiscere, & omne nostrum scire cum non sit nisi in duobus modis præsuponit sensum, vt etiam in capite huius libri deductũ est. Q. autem scire per demonstrationem, præsupponat scire ex inductione sic patet, Nam scire p demonstrationem est scire per propões vniuersales, sed vniuersales propões non possunt sciri, nisi inducendo in particularibus, vt patet. 1. Metaphy. ergo p demõstrationem non conuenit scire, nisi per inductionem in particularib⁹: & licet mediatæ vniuersales possint sciri & cognosci immediatę per propositiones immediatas, seu dignitates: tñ quia cognitio principiorum de immediatis dependet a cognitione terminorum, quorum cognitio a sensu depēdet: igitur cognitio cuiuslibet propõnis vniuersalis præsupponit sensum.

B Q. autem per inductiones non sit scire nisi sciantur particularia per viam sensus, sic patet, Nam inductio est singularium, sensus autem est singularium: ergo conuenit accipere sciẽtiam de particularibus, aut singularib⁹ per viam sensus. ¶Ex quo patet q sensus est totius nostræ cognitionis intellectiuæ, seu sciẽ ianua necessaria: deficiente ergo sensu necesse est scientiam in nobis deficere de sensibilibus illius sensus. Quod intelligẽdum est dum in nobis sensus a natiuitate deficit. Secus autem si post natiuitatem sensus deficeret: quia non esset necesse q scientia illius sensus de sensibilibus nobis deficeret, vt voluit secũdum argumen-

Correlariũ tum. ¶Ex prædicta conclusione clare haberi põt coerelariũ, videlicet q causa ignorantiæ purę negõnis in

Notandũ nobis est carentia alicuius sensus. Considerandũ est autem sm. D. S. q per prædictam conclusionem, & per verba, quæ hic a Phylosopho dicuntur, excludit duplex quęstio. ¶Quarum prima est Platonis, q ponebat q nos habemus scientiam de rebus per species participatas ab ideis: quod si esset verum, vniuersalia fierent nobis nota absq inductione, & ita possemus

C acquirere scientiam rerum, quarum sensum nõ habemus, hoc autem argumento vtitur Phs in fine primi Metaphy. vt ad longum ibi disputatum est. Secũda quęstio est quorũdam Scotistarum dicentiũ, q possumus in hac vita cognoscere substantias separatas, cognoscendo proprias qualitates ipsarum: quæ tñ sm sensibiles earum effectus qui ab eis omnimode quidditatiue transcenduntur cognosci non possunt, quo ad earum proprias essentias. Secus autẽ loquendo de cognitione quia sunt, Si. n. tales subę quantũ ad earũ proprias essentias cognoscerentur, sequeref q aliquę cognoscerẽtur scientifice absq inductione & sensu. Quod Phs negat etiam de abstractis. Hęc omnia, D. S. in fine huius capituli quasi formaliter. Sed insta-

Discip. bat discipulus ꝯ prædictam cõclusionẽ, Nam aliqua sunt separata a materia sensibili, vt sunt vniuersalia mathematica: ergo cognitio vniuersalium scientifica

Respõsio. nõ habetur per inductionem singularium sensibiliũ. ¶Dicendũ vt hic dicit. D. S. q vniuersalia quæ etiã mathematica dicuntur sm abstractionem non cõtingit nota fieri nisi per inductionẽ. Quia in vnoquoq genere vniuersaliũ mathematicoꝝ abstractoꝝ sunt quædam particularia, quę non sunt separabilia a materia sensibili: sed q vnũquodq eorum est hoc. i. realiter indiuiduũ. Quãuis. n. linea sm abstractionem

D dicatur linea in cõi, tñ hæc linea, quæ est in mã sensibili inquantum est indiuiduata, abstrahi non potest: quia indiuiduatio eius est ex hac mã. Non autem manifestantur nobis principia abstractorum ex qbus demonstrationes in eis procedũt, nisi ex aliquibus, quę a sensu percipimus: verbi gra, Ex hoc q videmus aliquod totũ singulare sensibile, procedimus ad cognoscendum quid est totũ, & quid pars, per quod cognoscimus q omne totum est maius sua parte cõsiderando hoc in pluribus. Hęc dicit, D. S. formaliter. ¶Ex

Correlariũ prædictis dici potest rõ per locũ a maiori ad probandum q per demonstrationem non possumus accipere cognitionem vniuersaliũ absq inductione. Quia si hoc esset verum maxime videretur esse verũ de vlibus mathematicis abstractis, sed hoc non, vt declaratum est: ergo nullam cognitionem scientificam p demonstrationem possumus habere de vlibus, nisi præsupponendo inductionẽ, quæ cadit sub sensu. ¶Sed

Discip. contra prædictam solutionem replicabat discipulus,

E Nam particularia mathematica, sunt abstracta a materia sensibili: possumus. n. imaginari, siue considerare non solum lineam in cõi, sed etiam hãc lineã, quæ est in materia sensibili, præter materiam sensibilem. Quia possumus imaginari hoc quantum non imaginando quale: ergo non requiritur q in consideratio-

Respõsio. ne vlium requiratur via sensus. Dicendum q licet possimus habere (vt dicit hic Egidius) hanc lineã sine materia sensibili: tñ si non hæc linea sm esse quod habet in materia sensibili suam siñitudinẽ faceret in sensu, nunq posset imaginari sine mã sensibili: quia (vt ait Cõmentator in. 2. Metaph.) scia nostra causatur a reb⁹ sm esse, quod hñt extra in materia: vñ tota nostra scia quã possumus hre ex ducto et abstractione rationis, reducenda est ad sensum tanq ad radicem, & tanq primordiale principium. Vnde deficiẽte in nobis aliquo sensu, necessarium est sciẽtiam deficere in nobis de sensibilibus illius sensus, & per consequens in nobis ponitur ignorantia purę negõnis. Ad primũ igif dicendũ, q qttuor modis, vt ad propositũ sufficit aliqd cadit sub sensu. ¶Vno mõ, sm se, vt calor. ¶Alio mõ, sm suũ sĩle. ¶Tertio mõ, sm effectũ suũ. ¶Quarto mõ, sm suas partes, sicut patet de mõte au-

F reo. Subę vero separatę, licet nõ cadant sub sensu sm earũ essentiã, tñ earꝝ effect⁹ p sensum appręhẽdimus. Qui quidẽ effectus qa non sunt pportionati essentijs subaꝝ separataꝝ ducũt nos in cognitionẽ eoꝝ quantũ ad qa est, & non quantũ ad qd est, loquẽdo de qditate ppria & specifica ipsaꝝ, vt latius in. 2. Meta. disputatũ est: verũtñ qa obm & actus est pportionatus potentię, sicut patet de motu vniformi ipsius cœli, iõ per obm possumus scire qd est actus, & p actũ qd est potentia: vñ licet actus sit effectus potẽtiæ in aliquo gñe cãꝝ possum⁹ tñ p hmõi effectũ cognoscere ipam potẽtiã nõ solũ quantũ ad qa est, sed et quantũ ad qd est, vt deducit hic Egidi⁹. Ad scdm patet solo ex dictis. Ad ternũ dđm, q forma subalis cadit sub esse indiuiduali in sensu nõ p se, sed rõne intẽtionũ accñnũ quæ sunt tanq organa intẽtionũ formaꝝ subalium: sicut in nãlibus forma accñtalis tanq instrm formæ subalis, facit ad pductionẽ formę subalis, sic patet de calore ignis. Sicut autẽ se hñt formę reales ad actionẽ realẽ: sic se hñt mõ suo formæ intẽnonales ad effectũ intẽtionalẽ, vt declarari habet in Meta. Ad quartũ dđm, q nos intelligimus dũ volumus supposita sensatione, & non alr, vñ rõ nõ sequif. Ad quintũ admittatur solo in obiectione scdo adducta. Ad sextum dicẽdum q licet cœcus a natiuitate habens auditum,

G possit instrui de causis colorum in sensu diuiso, vide-
licet vt tales causæ res quædã sunt, non potest tamen
instrui de causis in sensu cõposito, v₃ inquãtum sunt
cãę talium colorum: vnde nũq̃ põt instrui, vt habeat
scientiam de coloribus, quantum ad quid rei. Secus
autem quantum ad quid nominis, vt dictum est.
¶ Sequitur in Pħo, et in. D. S. { Impoſſe est &c. }
¶ Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt
ꝙ non sint tantũ duo, siue duplex modus vere discen
di, vel sciendi, videlicet per demonstrationem vel in-
Primum. ductionem. ¶ Nam Egidius hic assignat triplicẽ mo-
dum quo causatur scientia in nobis, videlicet per ac-
quisitionem, per acceptionem, & per impreſſionem:
ergo male a Phylosopho enumerantur duo modi ve
Secundũ. re addiscendi, vel acquirendi scientiam. ¶ Secundo
præterea, aliquando in nobis acquiritur scientia per
H argumẽtationem probabilem, videlicet per syllogis-
mum dialecticum. Manifestum est autem, ꝙ talis syl
logismus non est demõstratio, neq̧ inductio, vt in. 2.
Priorum declaratur: ergo &c. ¶ Sed contra est Phy-
losophus, Impoſſibile est accipere scientiam, siue ad-
discere, nisi per inductionem, aut per demonstratio-
nem: est autem demõstratio quidem ex vlibus, indu-
1. cõclusio ctio autem ex his, quæ sunt ſm partem. ¶ Respõdeo
dicendum, ꝙ tm̃ est duplex modus vere addiscẽdi, vi-
delicet per demõstrationem vlium, aut per inductio-
Probatio. nem singularium, quod sic patet: Nam, quicquid vere
prima. addiscimus, aut est vle, aut singulare. Si primũ: sic ad-
discimus per demonstrationem. vlium. n. est demon
stratio, vt supra declaratum est. Si secundum: sic addi
scimus per inductionem, ex qua causatur experimen
talis cognitio, quæ causat cognitionem vlem in no-
Secunda. bis, vt probatur in prohemio Metaphy. ¶ Pręterea,
oĩs scĩa causat in nobis, aut per acquisitionẽ, aut per
inuentionem. Si primum: sic est primus modus. Si se
Notãdum cundum: sic est secundus modus. ¶ Considerandum
primum. est hic ſm Albertum magnum, ꝙ scĩa scibilium, quę-
I cunq̧ sit illa, causatur in nobis per acceptionem rei
quæsitę: licet deficiente prima virtute acceptiua, quę
est sensus, deficiãt in nobis cæterę virtutes acceptiuę,
quia remoto primo remouentur oĩa, quæ sunt illius
generis, vt patet. 2. Metaphy. ergo deficiẽte sensu, de
Notan. 2. ficit scĩa, vt supra declaratum est. ¶ Considerandum
est vlterius ſm eundem, ꝙ huius scientiæ logico non
potest determinari natura intellectus humani, aut cã
per quam non accipitur vle, nisi ex sensibili: sed hoc
ex principijs primę Phę accipi oportet. vñ de hoc nõ
est hic multum inuestigandum, sed supponendum ꝙ
Notan. 3. sic sit. ¶ Considerãdum est autem ſm eundẽ ibidem,
ꝙ humanus intellectus est coniunctus cum cõtinuo,
& tempore, ex coniunctione autem cum cõtinuo ac-
cipit a sensu cõi ea, quæ accipiuntur a sensibilibus cõ
positis, & diuersis. Ex coniunctione autem cum tẽm-
pore, siue temporali, non potest accipere nisi a sensu
ad sensus reflexo: ista vero & silia non hic quærenda
sunt, sed supponenda, vt dcm̃ est. ¶ Ad primũ igitur
dicendum, ꝙ tres modi ab Egidio assignati cõtinent
sub duobus hic a Phylosopho assignatis: vñ rõ nõ se-
quitur. ¶ Ad secũdum dicendũ, ꝙ ꝑ argumentũ dia-
lecticum non acquiritur scĩa proprie dicta: sed magis
opinio, vñ argumẽtum falsum assumit. ¶ Vel dicen-
dum, ꝙ si accipiatur hic scĩa pro quacũq̧ cognitione
intellectuali ipsius vlis, tunc demõstratio accipit pro
quacunq̧ argumentatione discursiua ſm ꝙ argumẽ-
tatio diuiditur a Phylosopho in. 2. Phy. &. in. 1. To-
picorum in quattuor species, quæ sunt syllogismus,
enthymema, inductio, & exẽplum. ¶ Sed quia Phy- K
losophus in Tex. dicit, Si vere addiscimus, prima so-
lutio magis videtur valere ad propositum.

¶ Qõ. 36. De his, q̃ a Pħo ĩmittunt, & est lec. 31. S. D. Lec. 31.

VLTERIVS considerandũ restat in hoc. 8.
tractatu de statu, qui est in demõstrationibus: postq̃
considerandum est ex quibus, & qualibus, & in qua
figura procedit demonstratio. ¶ Circa quod sex con
siderãda sunt, ſm ꝙ huius tractatus sunt sex capitula,
siue sex lectiones. D. S. ¶ Primo, considerandum est
de his, quæ ponit ad veritatem determinatam de nu-
mero qõnum quas mouet de statu: qui est in demon-
strationibus. ¶ Secundo, considerandum est de solu-
tione tertiæ qõnis motæ in primo. c. & de solutione
cuiusdam alterius qõnis, v₃ vtrum si sit status in affir-
matiuis, necesse sit statũ dari in demr̃ationibus nega-
tiuis. ¶ Tertio, cõsiderandũ est de his. q̃ Pħs ponit ad
oñdendũ logicaliter, ꝙ necessariũ est statũ esse in affir L
matiuis demr̃ationibus. ¶ Quarto, considerandũ est,
quare hoc probat logicę. ¶ Quinto, cõsiderandũ est,
quare idẽ probat analeticę. ¶ Sexto, considerandũ est
de his, q̃ Pħs infert ex p̃dictis. ¶ Circa primũ quęrunt
duo. ¶ Primo, vtrũ ea, quę Pħs hic ponit de mã & for
ma syllo͠ge, sint sufficienter assignata. ¶ Secũdo, vtrũ
Phylosophus hic de statu conuenienter, qui est in de
monstrationibus, moueat dũtaxat tres quæstiones.
¶ Sequitur in Pħo, & in. D. S. { Est autẽ ols sylls. }
Articulus primus.

AD PRIMVM sic procedit. Vr ꝙ ea, q̃ hic
ponunt a Pħo ad veritatẽ infra determinãdã, nõ sint
sufficienter assignata. ¶ Nã sicut ad syllm̃ in cõi req- Primum.
runt tres termini: ita requirunt duæ propõnes, & mo
dus, & figura, de quibus hic Pħs non facit mentionẽ:
ergo insufficienter &c. ¶ Secundo præterea, hæc est Secũdum.
vera demonstratio, oĩs triangulus habet tres angulos
ęq̃les duobus rectis, sed ysocheles est hmõi: ergo &c.
& tñ non ꝓcedit ex immediatis, cñ maior, vt notũ est,
sit demr̃abilis: ergo male hic reassumit, ponendo ꝙ
demr̃atio est ex his quæ sunt immediata ſm rei veri-
tatẽ. ¶ Tertio pręterea, tripl'r aliquid dr̃ ꝑ accñs: vt pa Tertium.
ter. 5. &. 7. Metaphy. ergo insufficiẽter hic Pħs dicit, M
ꝙ dupliciter aliquid dr̃ siue prędicat ꝑ accidẽs. ¶ Sed
ꝯ est Pħs in lr̃a: ibi { Est autẽ oĩs sylls ꝑ tres terminos
& hoc quidem demr̃are poſſe est &c. } ¶ Rñdeo dicẽ Respõsio.
dum, ꝙ iste est octauus trac. huius libri: in quo Pħs
oñdit, ꝙ non est in infinitũ ꝓcedere in demõstrationi
bus: sed necesse est in eis statũ esse, q quidẽ tractatus
continet in se sex capl'a: in quo͝4 primo p̃mittẽdo, ali
qua quę valent ad veritatẽ determinandã, mouet tres
qõnes ſm tres terminos, q reqrunt in quolibet syllo.
In scd'o vero capl'o: ibi { Quicquid nõ cõuenit. } sol-
uit tertiã qõnẽ principalẽ, ꝓbãdo ꝙ si sit status in affir
matiuis, necesse est & statum fieri in negatiuis. ¶ Sed
in. 3. capl'o: ibi { Quod autẽ ĩ illis logicis &c. } ponit
aliqua quæ sunt necessaria ad ꝓbandũ dialecticę ꝙ in
affirmatiuis non est procedere in infinitũ in sursum
ascendendo. ¶ In. 4. vero: ibi { Amplius nã ꝫ huius
qualitatis. } ꝓbat dialectice hoc, qđ nũc dcm̃ est. ¶ In
quinto vero capl'o: ibi { Analetice autẽ manifestum
est &c. } oñdit idẽ analetice. ¶ Sed in. 6. siue vltimo
capl'o: ibi { Monstratũ est his &c. } infert quasdã cõ-
clusiones, siue correlaria ex prædictis. ¶ In primo ve-
ro capl'o eliciunt a Pħo duę cõcl'ones principales, de
quaꝝ scđa in sequenti articulo videbit. ¶ Prima autẽ Cõclusio.
cõcl'o, quæ est rñsiua ad quæsitũ talis est, Illa, quę hic
per modum suppositum ponit Pħs, conuenienter
ad veritatẽ determinandã infra præmissa sunt, qđ sic
patet.

A Probatio. patet. ¶ Nam illa, quæ hic ponit, vtilia sunt pro determinatione quęstionum, quas infra mouet Ph̃s: vt infra declarabitur: ergo conuenienter ab eo p̄mittuntur: p̄mittit autem siue supponit quinque, quæ in libris Prio℞ & in p̄senti libro determinata sunt. ¶ Primum autem quod supponit, pertinet ad materiā syllogismi in communi. ¶ Secundum vero, pertinet ad formam syllogismi affirmatiui. ¶ Tertium, pertinet ad formam syllogismi negatiui. ¶ Quartum vero & quintum, pertinent ad materiam syllogismi demonstratiui.

Primum suppositū. ¶ Primum ergo quod supponit est, ꝙ omnis syllogismus habet fieri per tres terminos tantum: videlicet, ꝑ maiorem extremitatem, minorem extremitatem, & medium. Ex quibus fiunt duæ præmissæ, vnam conclusionem necessario inferentes in debito modo & in debita figura: quod quidem pertinet ad formā syllogismi, vt diffusius in primo Priorum tractatur.

Secūdum. ¶ Secundum vero quod supponit, pertinet ad syllogismum affirmatiuum, cuius forma talis est, videlicet, ꝙ concludit maiorem inesse minori B extremitati propter hoc maior extremitas inest medio in syllogismo, quæ quidem forma syllogistica est forma in prima figura, in qua sola potest concludi affirmatiua vl̄is, quæ maxime quæritur in demonstrationibus, & talis forma regulatur per dici de omni, vt p̄z in p̄mo Priorum: vel regulatur, vt dicit Egidius per illam regulam syllogisticam syllogismi expositorij, quę est, Quęcunq; eadem sunt vni tertio, coniuncta sunt inter se.

Contra. Et si arguitur, Nō sequitur, Homo est animal, equus est animal: ergo equus est homo, & tamen ibi arguitur per regulam p̄dictam: ergo regula est falsa.

Respōsio. ¶ Ad hoc respondet Egidius dicens ꝙ in p̄dicto syllogismo syllogizatur in quatuor terminis. Non enim idem est animal, quod prędicatur de homine, & de ęquo. Si. n. idem esset animal, quod prædicatur de homine & de equo, oporteret vnū de alio p̄dicari: hoc obseruauit Ph̃s in primo Priorum, vt sic ordinarentur termini, quod medium non diuersificatum coniungeretur vtriq; extremitati: & quia quæ C vni & eidem sunt coniuncta eadem inter se sunt cōiuncta, & ex hoc cōsequens erat ꝙ extremitates quæ coniunguntur eidem medio in p̄missis, coniungerentur inter se in conclusione. Hęc ille formaliter.

Tertium. ¶ Tertium vero, quod p̄mittit siue supponit, ptinet ad syllogismum negatiuum: videlicet, ꝙ de necessitate habet vnam affirmatiuam propositionem, aliam autem negatiuam. Differunt autem prima & secunda figura: vt in primo Priorum declaratum est. Manifestū est autem ꝙ ex vtraq; propositione affirmatiua non potest concludi negatiua, neq; ex duabus negatiuis: quia ambabus existētibus negatiuis, nihil formaliter sequitur. ¶ Non enim valet si aliqua duo remouētur ab eodē, sicut homo & risibile ab asino, ꝙ illa remota sint eadem inter se. Nec etiam sequitur ꝙ illa sint eadem, possunt enim esse eadē & diuersa, quæ remouentur ab vno & eodem: vnde sequitur ꝙ si ex puris negatiuis nihil sequitur, vel non concludatur negatiua, vel syllogismus negatiuus hic alteram p̄missarum habeat negatiuā & alteram affirmatiuam: forma aūt talis syllogismi regulatur ꝑ tale principium, vt refert hic Egidius, Quicquid remouetur ab aliquo, remouetur ab omni eo, quod est idem illi: & hoc syllogizando in tribus terminis, hoc pro tanto dicitur, quia licet hoc p̄dicatum genus remoueatur ab homine, & non ab animali: tamen homo animal & homo idem sunt. Non. n. hoc p̄dicatum genus cōtingit animali s̄m ꝙ animal est idē cum homine: vnde in similibus terminis syllogizando syllogizatur ex quatuor terminis, & non solum ex tribus.

D Quartum. ¶ Quartum quod prę mittit Ph̃s est ex parte syllogismi demonstratiui: videlicet ꝙ syllogismus demonstratiuus ꝓcedit ex vniuersalibus premissis: vel duabus, quę sunt suppositiones, vel prīcipia: suppositiones, cum sint immediatæ, sunt indemonstrabiles, vel simpliciter, vel in illa sciētia, in qua sumuntur ꝓ principijs, siue p̄missis demonstrationis, quod dicitur pro demonstrationibus: quę fiunt in sciētia subalternata, quæ supponit principia sua ꝓbata aliūde, vt supra declaratū est. Ex quo īnuit Ph̃s, differentiam inter syllogismum demonstratiuū & dialecticum. Nam quia syllogismus dialecticus ad hoc solum tendit, vt opinionem faciat, hoc solum est de intentione dialectici, vt procedat ex his, quæ sunt maxime opinabilia, & hæc sunt q̄ videntur aut pluribus aut sapientibus, quæ nō semper vera sunt: sed aliquando falsa. Non. n. refert vt dicit Ph̃s primo Topicorum quędam falsa quibusdam veris esse probabiliora, siue opinabiliora. E Et ideo si dialectico occurrat in syllogizando aliqua propositio mediata, quæ s̄m rei veritatem habeat medium ꝑ quod possit probari, sed tamen ei non videatur habere medium, sed propter sui probabilitatem videatur sibi per se nota: ex ea syllogizans, sufficit perficere syllogismum dialecticum, sed syllogismus demonstratiuus ordinatur ad sciētiam veritatis & ad opiniones: ideo ad demōstrationem pertinet vt procedat ex his, quæ sunt s̄m rei veritatem immediata. Et si occurrat mediata propositio: necessarium est ꝙ probet eam per mediū proprium quousq; deueniat ad immediata.

Quintum. ¶ Quintum vero quod p̄mittit aut supponit Ph̃s est, ꝙ demōstrator in demōstrando procedat ex his, quæ sunt per se, & non ex his quæ sunt per accidēs. Dupliciter autem s̄m Ph̃m in litera, aliquid prædicatur siue dicitur per accidens. ¶ Vno modo, quando subiectum p̄dicatur de accidente: videlicet hic, Album est homo. ¶ Alio modo, econuerso, quando videlicet accidens p̄dicat de subiecto: sicut cum dicitur, Homo est albus. F Et differt, Secūdus modus, a Primo: quia in. 2. modo, quādo accidens p̄dicatur de subiecto, dicitur homo est albus: non quia aliquid aliud ab homine sit album, sed quia ipse homo est albus, & tamen est p̄dicatio per accidens: quia album non conuenit homini s̄m ꝓpriā rationē. Non enim ponitur in diffinitione eius neq; econuerso, quod requiritur ad p̄dicationem per se, vt supra declaratum est cum de modis perseitatis ageretur. Sed quando dicitur, Album est homo, hic nō dicitur, quia esse hominem insit albo: sed esse hominem inest subiecto albo, cui. s. accidit esse album vel fieri: videlicet Sorti vel Platoni. Sunt autem quędā, quę neutro istorum modorum p̄dicātur per accidēs, & illa p̄dicantur per se, & non habent locum in syllogismo dialectico: sed solum in syllogismo demonstratiuo, vt patebit clarius infra.

Notādum ¶ Considerandum est autem ꝙ ad veritatem infra manifestandam, vtile erit p̄mittere suppositiones p̄dictas. ¶ Nam dubitare de statu aut infinitate syllogismorum dupliciter pōt contingere. ¶ Vno modo enim posset esse dubitatio de quolibet syllogismo in se. ¶ Alio modo in syllogismo vt refertur ad formam, quam habet in materia demonstratiua. Quātum ad primum, vtiles sunt tres suppositiones, quas hic ponit Ph̃s. Nam quilibet syllogismus qui in se non cōstat nisi ex tribus terminis & duabus propositionibus: nō solum non accipit infinita, sed etiam paucissima. Sed quantum ad Secundum, vtiles sunt duæ vltimæ suppositiones, videlicet

G in his, quæ sunt per ſe & immediata ſiue indemõſtra-
bilia, non eſt procedere in infinitum. Cum ergo redu
catur ad immediata ſiue ad indemonſtrabilia, vt vult
quarta ſuppoſitio, & procedat ex his, quę ſunt per ſe:
facile concluditur ꝙ in demonſtrabilibus nõ eſt pro-
Correlariũ cedere in infinitum. ¶ Ex quo patet ꝙ ea, quæ ponit
hic Phs, cum ſint vtilia, conuenienter & non inſuffi-
cienter ſunt tradita. ¶ Ad primum igitur dicendum
ꝙ multipliciter aliqua requiruntur ad ſyllogiſmum,
quæ hic non ponuntur: quia non ex propinquo va-
lent ad propoſitum inferius probandum, vnde ratio
non ſequitur. ¶ Ad ſm dicendum ꝙ licet illa propo
ſitio, Omnis triangulus habet tres, &c. ſit ſimpliciter
demonſtrabilis, in illo tamen genere demonſtratio-
nis, in quo ſimpliciter eſt pręmiſſa, ſine principio nõ
eſt demonſtrabilis. ¶ Ad. 3. dicendum ꝙ ille modus
ſm quem accidens ꝑdicatur de accidente, continetur
ſub primo ꝑdictorum modorum per accidens, cum
vtriuſqꝫ eadem ſit expoſitio: licet ergo in ſpeciali ſint
plures modi prædicandi per accidens: tamen vt in ꝓ-
poſito, tantum ſunt duo modi in generali, vnde ratio
laborat in ęquiuoco.

¶ Sequit in Phyloſopho & in. D. S. {Si igit, &c.}

¶ Articulus ſecundus.

H AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ
Primum. Phyloſophus non conuenienter moueat tres quæ-
ſtiones de ſtatu aut ꝓceſſu in demõſtrabilibus. ¶ Nã
neceſſaria eſt vltima alia quęſtio de ſtatu demonſtra-
tionum: videlicet vtrum ſi ſit ſtatus in affirmatiuis ne
ceſſe ſit fore ſtatũ in negatiuis, vt infra patebit: ergo
inſufficienter mouentur a Phyloſopho tantum tres
Secũdum. quęſtiones. ¶ Secundo pręterea ad Phyloſophum
pertinet conſiderare ſtatum ſiue proceſſum in quoli-
bet genere rerũ, vt patet. 2. & 7. Metaphy. ergo Phs
mouendo aliquas quæſtiones hic, non debuiſſet de
ſtatu ibi demonſtrare. ¶ Sed cõtra eſt Phyloſophus
auctoritate ſua qui in hoc capitulo mouet tantũ tres
Cõcluſio. quęſtiones: ibi, {Si igitur &c.} Reſponſio dicendũ
ꝙ conuenienter Phyloſophus mouet hic tãtum tres
quęſtiones in generali de ſtatu aut proceſſu demon-
Probatio. ſtrationis. Nam ſi eſſet proceſſus in infinitum &c.
eſſet ratione alicuius terminorum, qui requiruntur
ad ſyllogiſmum demonſtratiuum: ſed tantum requi-
runtur tres termini ad quemlibet ſyllogiſmum, vt ſu
pra ſuppoſitum eſt: ergo conuenienter tantum mouē-
I tur a Phyloſopho ad propoſitum tres quęſtiones ra-
Notãdum tione trium terminorum. Conſiderandum eſt aũt
primum. ꝙ Phyloſophus primo mouet primam quęſtionem
ex parte maioris extremitatis, vtrum videlicet in de-
mõſtrationibus aut prædicationibus ſit abire in infi-
nitum aſcendendo. In qua quęſtione ſupponitur vl-
timum ſubiectum ꝙ non pręgdicatur de alio, quo ſup
poſito, quęſtio eſt vtrum ſit peruenire ad aliquod pri
mum ꝑdicatum de quo nihil ꝑdicatur vel non, ſi con
tingit aſcendere in infinitum in ꝑdicatis. Et quia prę
dicatum concluſionis in ſyllogiſmis eſt maior extre-
mitas: ideo ꝑdicta quæſtio dicitur mota ex parte ma-
ioris extremitatis: & quia, vt patet ĩ naturalibus, mo
tus ſit a contento ad continens, vt ab aqua ad aerem
dicitur aſcenſus, maior autem extremitas cõtinet ſub
ſe minorẽ extremitatem: igitur ex parte maioris ex-
tremitatis, ꝗrit an ſit procedere in infinitum in aſcen
dendo, & ex parte minoris extremitatis, an ſit proce-
Diſcip. dere in infinitũ in deſcendẽdo. Sed hic inſtabat di-
ſcipulus. Nam minor extremitas eſt illa, a qua aſcen-
ditur, & maior extremitas eſt illa a qua ſit deſcenſus:
ergo qũo de aſcenſu magis eſt propria minori extre-
mitati, ꝙ̃ quæſtio de deſcenſu quę eſt magis propria K
maiori extremitati, a qua ſit deſcenſus? ¶ Dicendum Reſpõſio.
ꝙ propter hoc motiuum vult Egidius ꝙ prima q̃ſtio
Phyloſophi, Si de mĩori extremitate, &. 2. De maio-
ri extremitate ꝑ ſe & proprie loquendo, Cuius oppo Contra
ſitum affirmat. D. S. in præſenti paſſu. Sed ſi quis cõ- Egidium.
ſideret diligenter manifeſtum videbit ꝙ ꝑdicta ratio
non militat. Nam cum ars imitetur naturam inq̃tũ
poteſt, ſicut motus naturalis, ita & motꝰ rationis: po-
ſius denominabuntur a termino ad quem, ꝙ̃ termi-
no, a quo. Aſcenſus autem & deſcẽſus in ꝑdicationi-
bus motum quẽdã rationis important, cum primo vt
innuit idem. D. S. Maior extremitas eſt illa a qua in-
cipit aſcenſus, minor autem extremitas eſt terminus
ad quem eiuſdem: vnde quæſtio de aſcenſu magis de
bet dici proprie quæſtio maioris extremitatis, ꝙ̃ mi-
noris: quia econuerſo eſt de deſcenſu, vnde ratio præ
dicta non ſequitur ſed eſt ſoluenda negando conſe-
quentiam. Conſiderandum eſt vlterius ꝙ Phyloſo Notãdum
phus ex parte minoris extremitatis mouet ſecundam ſecũdum.
quæſtionem de deſcenſu eius, vtrũ poſito primo præ
dicato ſit ire in infinitũ deſcẽdẽdo. In hac quęſtione L
ſupponit eſſe aliquod primum prædicatum vniuer-
ſale quod de alijs ꝑdicetur, & nihil vlˀius eo quod de
ipſo ꝑdicatur: verbi gratia ſit ſubſtantia primum vle,
pręedicatum in genere ſubſtantię, vtrum deſcendẽdo
ad inferiora ſit procedere in infinitum, ita ꝙ non ſit
peruenire ad aliquod particulare indiuiduum quod
de nullo alio ꝑdicetur? ¶ Dicitur autem iſta quęſtio
de deſcenſu, quia in naturalibus dum ſit motus a con
tinente ad contẽtum, & ab aere ad terram, dicitur de-
ſcẽſus, maior ãt extremitas cõtinet minorẽ: ergo &c.
patet ſatis clarius differẽtia ꝑdictarum quęſtionum:
quia ꝑma ſupponit infimũ ſubiectũ & non primum
vliſſimum ꝑdicatum. 2. ratio ꝓſupponit vle primum
ꝑdicatum & non infimum ſubiectum, vt dictum eſt.
Conſiderandum eſt vlterius ꝙ Phyloſophus mo- Notãdum
uet tertiam quęſtionem ex parte medij, in qua ſuppo tertium.
nuntur duo extrema determinata, videlicet vliſſimũ
ꝑdicatum, & infimum ſubiectum, quę quidem q̃ſtio
talis eſt. Vtrum determinatis extremis, ſit procedere M
in ĩfinitum ex parte mediorum: hoc eſt, ſi in prędica-
tionibus ſit procedere in infinitum ex parte medio-
rum: hoc eſt ſi in prędicationibus ſit procedere in in-
finitum in ſurſum aſcendendo vel deorſum deſcẽdẽ-
do, vtrum contingat infinita media inter primũ vliſ-
ſimum ꝑdicatum, & infimum ſingulariſſimum ſubm Notãdum
vel vtrum hoc ſit impoſſibile? Conſiderandum eſt quartum.
vlterius ſm Phyloſophum ꝙ ꝑdictę quæſtiones per-
tinent ad materiam de qua nunc agitur, videlicet ad
demonſtrationes. Nam in prędictis quęſtionibus idẽ
eſt, ac ſi quęratur vtrum demonſtrationes procedant
in infinitum vel aſcendendo vel deſcendendo, aſcen
dendo quidem ita ꝙ q̃libet propoſitio ex qua demõ-
ſtratio procedit ſit demõſtrabilis per aliam priorem
demonſtrationem, ita ꝙ cuiuſlibet propoſitionis ſit
demonſtratio aſcendendo: aut ſi ex qualibet demon-
ſtratione vel propoſitione demõſtrata contingat ite-
rum ad aliam poſteriorem demonſtrationem proce-
dere vel non: hoc eſt vtrum vna demonſtratio cõfir-
metur per aliam aſcendendo, vel ex vna demonſtra-
tione procedat alia deſcẽdendo, & hoc vſqꝫ ad aliquẽ
terminum? Conſiderandum eſt vlterius ſm Phy- Notãdum
loſophum in litera, ꝙ ꝑdictæ quæſtiones etiam hñt quintum.
locum in demonſtrationibus negatiuis. Quia demõ-
ſtratio negatiua oportet ꝙ vtatur propoſitione affir-
matiua: cum ex puris negatiuis nihil ſequitur, in qua
ſubiectum

A

ſubiectum concluſionis cõtineatur ſub medio:& aliquod ſubiectum concluſionis remoueatur, ſm ergo ꝙ eſt aſcenſus & deſcenſus in affirmatiuis, oportet ꝙ ſit aſcẽſus & deſcẽſus in negatiuis ſyllogiſmis & propoſitionibus.

Notan.6.

Cõſiderandum eſt vlterius ſm Phyloſophum in litera ꝙ prędictę queſtiones non habẽt locum in conuertibilibus. Quia vt dicit. D.S. in his, quæ de ſe p̄dicantur æqualiter in inuicem, & cõuertuntur ad inuicem, non eſt accipere aliquid prius & poſterius; q̃a ſiue ſint infinita p̄dicata & infinita ſubiecta omnia huiuſmodi ſimiliter ſe habebunt ad omnia. Quia quodlibet eorum poterit prędicari de quolibet, & ſubijci cuilibet conuertibilium, & ſic demõſtratio circulatis eſſet poſſibilis, qđ ſuperius improbatũ eſt, poſſet eſſe tamen talis differẽtia. Quia aliud prædicabitur vt prædicatum accidentale ſiue vt accidens, & aliud prædicabitur vt prædicatum ſubſtantiale, quæ differẽtia eſt inter diffinitionẽ, & propriũ, quorum vtrũq; eſt conuertibile, & tamen diffinitio eſt prædicatum eſſentiale: & propter hoc eſt prius naturaliter proprio quod eſt prędicatum accidentale, et ſic idem eſt ꝙ in demonſtrationibus vtimur diffinitione pro medio ad demonſtrandam propriam paſſionem de ſubiecto.

B

D.ſcip.

Sed inſtabat diſcipulus. Nam primo contra hoc quod dicitur hic, demõſtratio procedit ex his, q̃ ſunt de omni, per ſe, & de ſm ꝙ ipſum, vt ſupra declaratum eſt: ergo procedit ex conuertibilibus. Si ergo predictæ quæſtiones non habent locũ in conuertibilibus, non habebunt locum in demonſtrationibus, quod eſt contra prædicta.

Reſpõſio.

Dicendum, ꝙ licet termini ex quibus demõſtratio procedit ſint conuertibiles, ſi coniuncti ſumantur, non tamen ſi ſeorſum ſumantur, verbi gratia, ſi genus, & differentia, ex quibus conſtituitur diffinitio, quę eſt medium in demonſtratione propter quid, ſimul ſumantur, ſic conuertuntur cum ſubiecto & propria paſſione, ſi tamen ſumantur ſeorſum manifeſtum eſt ꝙ non omnino conuertitur ſubiectum cum genere & differentia.

Diſcip.

Præterea inſtabat diſcipulus idem. Nam ſubm quod conuertitur cum proprio, eſt prius proprio, cũ ſit cauſa eius, vt patet. 7. Metaphy. ergo male dictum eſt ꝙ in his quæ conuertuntur non eſt accipere prius & poſterius.

Reſponſio C

Dicendum ꝙ in his quæ conuertibiliter prædicantur, non eſt accipere prius & poſterius ſm illũ modum, quo prius & poſterius eſt a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, prout vniuerſalia ſunt priora ſingularibus, de quo modo id quod dictum eſt intelligebatur, licet in eis ſit accipere prius & poſterius ſcdm illum modum, quo aliquid prius ē altero natura. i. naturali perfectione: vnde ratio laborat in æquiuoco.

Diſcip.

Tertio inſtabat idem. Nã proprium p̄dicatur de ſubiecto per ſe: ergo non p̄dicatur accidentaliter, patet conſequentia: quia illud dicitur ſolum prædicari accidentaliter, qood prędicatur per accidens aliquo prædictorum modorum.

Reſponſio. Predicatio acciden. duplex.

Dicendũ ꝙ p̄dicatio accidentalis accipit duplicitet. ¶ Vno modo ſtricte, vt quando prædicatur accidens commune de ſubiecto, vel econuerſo: aut accidens de accidente, & iſto modo proprium non prædicatur accidentaliter. ¶ Alio modo, accipitur communiter, videlicet pro eo quo p̄dicatur aliquid de aliquo quod non eſt de eſſentia eius, licet per ſe conſequatur eſſentiam: & iſto modo illa prædicatio eſt accidentalis, nõ tamẽ per accidens, ſed per ſe, vt dictum eſt. Ad primum igitur principale dicendum ꝙ tantum in materia ſunt tres queſtiones principales, quę motę ſunt, licet ſint & poſſint eſſe plures incidentales. Ad ſm dicendum ꝙ ad Phyloſophum primum pertinet cõſiderare proceſſum realem, qui eſt in gradibus entis: & tamen ad logicum pertinet cõſiderare proceſſum qui reperitur in terminis aut in propoſitionibus intentionalibus, vel de his, quæ ſubijciuntur huiuſmodi terminis ſecundæ impoſitionis.

D

¶ Quæſtio. 37. De ſtatu in demonſtrationibus, & eſt lectio. 32. Sancti Doctoris. Lec.32.

PRÆTEREA conſiderandum eſt de ſolutione tertiæ quæſtionis principalis ſuperius motæ & de ſolutione cuiuſdam queſtionis incidẽtaliter admixtę videlicet vtrum ſi ſit ſtatus in affirmatiuis, neceſſe ſit eſſe ſtatum in negatiuis. Circa qđ quæruntur duo. ¶ Primo vtrum ſi ſit ſtatus in extremis, neceſſe ſit eſſe ſtatum in medijs. ¶ Secundo vtrum ſi ſit ſtatus in affirmatiuis, neceſſe ſit eſſe ſtatum in negatiuis.

¶ Sequitur in Phyloſopho & in. S.D. {Quod quid igitur. &c.} ¶ Articulus primus.

E

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ determinans extremis non ſit neceſſe ſtatum in medijs, ſed conuenit ſemper in infinitum procedere ex parte mediorum. Primum Nam quę rationis ſunt & voluntatis, conuenit in infinitum procedere vt concludit. S D. in prima ſecundę. q. 1. ar. 4. ad. 2. &. 3. vnde in numeris intellectus in infinitum ratiocinari poteſt. Secũdum. Secundo p̄terea, extrema lineæ ſunt finita, & determinata, cum ſint tantum duo puncti: videlicet punctus initians, & punctus terminans, ſed conſtat ꝙ infinita ſunt puncta inter media: ergo &c. Sed contra eſt Phyloſophus in pręſenti paſſu dicens, {Quod quid igitur non &c.}

Reſponſio.

Reſpondeo dicendum, ꝙ iſtud ē ſecundum capitulum huius octaui tractatus, in quo Phyloſophus ſoluendo tertiam quęſtionem ſuperius motam, adducens ſolutionem alterius quæſtionis p̄dictis quæſtionibus admixtę, ponit duas concluſiones: de quarum ſecunda videbitur in ſecundo articulo.

Concluſio

Prima vero concluſio eſt talis, ꝙ determinatis extremis in ſurſum aſcendendo & deſcendendo in deorſum, impoſſibile eſt media eſſe infinita.

Notãdum primum.

Pro cuius probatione conſiderandum eſt ſm Phyloſophum in litera, ꝙ ſurſum procedere dicitur quando itur ad magis vſe, de cuius ratione eſt ꝙ prædicatur: deorſum proceditur, quando itur ad magis particulare, de cuius ratione eſt ꝙ ſubijciatur. dicitur ergo extrema determinata in ſurſum, & deorſum, quãdo ſupremum prędicatum poteſt actu prędicari de infimo ſubiecto, quo ſuppoſito prædicta cõcluſio probatur tali ratione Phyloſophi.

F

Nam ſit ſumum prædicatum. a. i. ſubſtãtia, & infimum ſubiectum ſit. c. i. homo, vel Sortes, & inter ſubſtantiam & hominem ſint infinita media, vt puta corpus animatum, q̃a igitur ſubſtantia erat, primum prędicatum, primo prædicabit de aliquo medio ſibi propinquiſſimo, vt puta de corpore: & iteꝝ illud mediũ de aliquo medio īferiori, & cum media ſint infinita, ſequitur in infinitum prędicatio deſcendendo, & ſic ſupremum prædicatũ nũq̃ poterit de infimo ſubiecto prędicari, quod eſt contra ſuppoſitum: ponitur. n. ꝙ non deſcendat prædicatio in infinitum. ¶ Et ſimiliter ſi accipiatur infimum ſubiectum, procedet aſcendendo in infinitum anteq̃ veniatur ad ſupremum p̄dicatum, quod eſt etiam cõtra ſuppoſitum datum. Determinatis ergo extremis in ſurſum aſcendendo, impoſſibile eſt media eſſe infinita.

Obiectio cauillatio

Sed dicet aliquis cauillate vt adducit hic Phyloſophus, prædicta ratio procedit ac ſi media & extrema ſic ſe haberent, ꝙ eſſent adinuicem vnita, ita videlicet, ꝙ inter ea non eſſet aliquod mediũ. Vnita. n.

G dicuntur, vt patet. 6. Physi. quæ consequenter se ha-
bent cum se tangant. Sed ille qui potit esse infinita,
Respõsio. dicit ꝙ hoc non contingit, dicer. n. ꝙ inter quoscũq;
terminos acceptos, esse aliquod medium. Ad hãc
cauillationem respondet Phs dicens, ꝙ nihil differt,
siue hic accipiãtur infinita media, ita ꝙ sint vnita ad-
inuicem, sicut contingit in distinctis, vel nõ, sicut cõ-
tingit in continuis: quia semper medio accepto opor-
tet semper accipere infinita media ad alterum extre-
morum. Vnde nihil refert vtrum statim tale mediũ
coniungatur alteri extremorum. i. sine medio, vel nõ
statim, sed per aliqua media: quia etiam si coniungit
alteri extremorum sine medio, necesse ẽ ꝙ postea in-
ueniantur infinita media respectu alterius, & ita sem
per oportebit, si est infinitas in medijs, ꝙ procedatur
in infinitum in p̃dicationibus, vel ascendẽdo, vel de-
scendendo: sicut p̃dicta probatio ꝓcedebat. Hęc oĩa.
Notãdum D.S. in lec. Considerandum est autem hic s̃m Egi
secũdum. diũ ꝙ quæstiones superius motas Phs abbreuiat du-
pliciter. Primo quæstiones de medio reducendo
ad quæstiones de extremis: quia si non est procedere
in infinitum ex parte extremorum in sursum ascen-
dendo vel deorsum descendendo, nõ erit procedere
H in infinitum in medijs. Secundo, reducendo quæ-
stiones de negatiuis ad quęstiones de affirmatiuis, vn
de ostendit ꝙ si sit status in affirmatiuis, necesse est ꝙ
sit status in negatiuis, quæ duo probat in presenti ca-
pitulo. Ad primum igitur dicẽdum ꝙ ratio in suis
actibus potest procedere in infinitum in accidentalr
& non per se subordinatis: demonstratio vero proce
dit ex his quæ sunt per se, vt patuit per quintam sup-
positionem superius a Pho adductam: vnde. D.S. in
prima. 2. q. 1. ar. 4. ad. 3. sic dicit, ꝙ in his quæ sunt per
se, ratio incipit a principijs naturaliter notis & ad ali
quem terminum progreditur: vnde Phs ꝓbat in pri-
mo Posteriorum, ꝙ in demõstrationibus nõ est pro-
cessus in infinitum; quia in demonstrationibus attẽ-
ditur ordo aliquorum per se adinuicem admixtorũ
& non per accidens. In his etiam quæ per accidẽs cõ-
sequuntur, nõ prohibet rationem in infinitum mul-
tiplicari. Hęc ille. Ad s̃m dicendum ꝙ inter duo ex-
trema lineę non sunt infinita puncta actu: nec etiam
I essentialiter, vel per se subordinata. Sicut etiã de gra-
dibus formarum, quæ intenduntur aut remittuntur,
vnde ratio nihil ad propositum.

¶ Sequitur in Pho, & in. S.D. Deinde cum dicit,
{ Manifestum est autẽ. } ¶ Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ
si sit status in affirmatiuis p̃dicationibus aut syllis de
Primum. monstratiuis, non sit necesse esse statum in negatiuis.
Nã propositio negatiua pluribus modis concludi-
tur q̃ affirmatiua, cum ipsa concludatur in tribus fi-
guris: affirmatiua vero in prima & tertia figura tãtũ,
vt patet primo Priorũ, videtur ergo ꝙ sit status in af-
Secũdum. firmatiuis ꝙ non debeat esse status in negatiuis. Se
cundo p̃terea, plures sunt propositiones negatiuę me
diatę q̃ affirmatiuæ, vt ex supradictis patet: igitur idẽ
quod prius. Sed cõtra est Phs in p̃nti capitulo: ibi,
{ Manifestum est autem &c. } Respondeo dicen
Cõclusio. dum ꝙ secunda conclusio huius capituli, quæ est re-
spõsiua ad quęsitum, talis est, videlicet: Quod si sit
status in affirmatiuis demonstrationibus, necesse est
esse statum in negatiuis demõstrationibus, & hoc in
Probatio. sursum & deorsum. Quæ conclusio probatur elici
tiuę tali ratione Phi. Nam nulla propositio negatiua
mediata potest demonstrari nisi per vnam affirmati-
uam & aliam negatiuam; cum ex puris negatiuis ni-

hil sequitur. Si ergo in negatiuis sit procedere in infi- K
nitum q̃tum ad demonstrationem vel reductionem
ad ĩmediata, necesse est ꝙ sit procedere in infinitum
in affirmatiuis: quia vt dictum est ipsa propositio ne-
gatiua sine affirmatiua demõstrari siue syllogizari nõ
potest, vt hic deducit Phs per exempla ĩ prima, & ter-
tia figura: sed supponitur quod est impossibile, vide-
licet ꝙ in affirmatiuis sit procedere in ĩfinitum aut in
sursum aut in deorsum: vt infra probabitur. Si ergo
est status in affirmatiuis demõstrationibus, necesse est
esse statum in negatiuis: quod est per exempla mani-
festum, vt patet diligenter consideranti. Conside- Notãdum
randum est hic secundum doctores, ꝙ conclusio ne-
gatiua conclusa in quacunque figura hoc modo re-
ducitur ad immediata, ꝙ si concludatur negatiua,
oportet ꝙ concludatur per aliam negatiuam, & vnã
affirmatiuã; qa ex ambabus affirmatiuis nõ cõcludit
negatiua. tunc queretur de illa negatiua vtrum sit im-
mediata vel non: si sic, ergo ibi est status in negatiuis:
si non, oportebit ꝙ concludatur per aliam negatiuã
& affirmatiuã donec perueniatur ad ĩmediata: vnde
si procedatur in infinitum in similibus propositioni- L
bus negatiuis, procedetur in infinitũ in affirmatiuis:
quod est contra suppositum. Sed dicet cauillator Cauil.
vt adducit hic Phylosophus, ꝙ si concludatur aliqua
propositio negatiua in aliqua figura, non erit proce-
dere in infinitum secundum illam figuram, sed si con
cludatur illa propositio in omnibus modis quibus
fieri potest in qualibet figura tales syllogizantes cum
prosyllogizationibus essent infiniti. Sed vt hic in
nuit Phylosophus dicere hoc vł affirmare ridiculum
est, cũ figuræ sint finitæ & ipsæ prosyllogizationes:
dato ergo ꝙ in qualibet figura fiant prosyllogizatio-
nes variæ, nõ poterunt tamen esse infinitæ: quia fini-
tum finities sumptum facit finitum: cũ finitas finities
sumpta constituant finitum, vnde patet ꝙ cauillatio
est nulla. Ad primum ergo & secundum dicendũ
negando consequentiam: quia licet propositio nega
tiua concludatur in pluribus figuris, q̃ affirmatiua,
& sint pauciores ꝓpõnes negatiuæ ĩmediatæ: tñ nũq̃
propositio negatiua potest demonstrari nisi per vnã
affirmatiuam & vnam negatiuam; vnde, vt dictum
est si esset procedere in infinitum in negatiuis demõ- M
strationibus, necesse esset procedere in affirmatiuis. Lec. 33.

Qõ. 38. De statu in prædicatis: & est lec. 33. D.S.

INSVPER cõsiderandum est de his, quæ Phylo-
sophus p̃mittit quæ necessaria sunt ad probandum
per rationes cõmunes in omni syllogismo ꝙ ĩ demõ
strationibus affirmatiuis, q̃tum ad prædicatum, non
proceditur in infinitum. Primo considerando in ca-
pite huius capituli, ꝙ non est procedere in infinitum
prædicatis, quæ prædicantur in eo quod quid. Cir
ca quod quæruntur duo. Primo, vtrum in prædica-
tis, quæ prædicantur in eo quod quid, sit procedere
in infinitum. Secundo, vtrum ea, quæ hic Philoso
phus præmittit, sint sufficienter posita.

¶ Sequit in Philosopho &. S.D. { Quod autem in
illis logicæ quidem. } ¶ Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in
prędicatis qdditatiuis sit procedere in infinitũ ascen Primum.
dendo sursum vel descendendo deorsum. Nam,
(vt dicit Albertus) diffinitio debet indicare totam
naturam diffiniti a prima potentia vsq; ad vltimum
actum. Sed inter primam potentiam quę est materia
prima & vltimum actum, ordine perfectionis, qui est
deus, infinita est distãtia, cũ finitũ & infinitũ differãt:
ergo in tali infinita distantia, poterunt sumi infinita

prædicata

A

prædicata ſubſtantialia ſecundum diuerſos gradus perfectionis: igitur ĩ prędicatis ſubſtãtialibus eſt procedere in infinitum, quæ quidditatem rei habent indicare.

Secũdum.

Secundo p̃terea, non eſt deuenire ad ſuprema & prima p̃dicata trãſcendentia, quę ad omnium rerum quidditatem pertinẽt: ergo eſt procedere &c̃. ℣ Probatio antecedentis. Nam ſcḿ Cõmentatorem .7. Metaphy. a duobus etiam numero diſtinctis conuenit abſtrahere conceptum cõmuniorem. Sit vnus conceptus. c. & vnus cõſimilis. d. & arguatur vt p̃us: non eſt deuenire ad prima p̃dicata tranſcendentia, & ſic in ſurſum aſcendendo eſt procedere in infinitum in prędicatis quidditatiuis: cũ tranſcendentia potiſſime ens ad quidditatẽ rerum pertinent.

Tertium.

Tertio prę terea, quando vnus eſt certus de vno, dubius de duobus neceſſe eſt ponere. 3. conceptum p̃ciſum, quo eſt certus de vno, & dubius de duobus: ſed intellectus ẽ certus ꝙ ratio entis in tota ſua cõmunitate conſiderata ſcḿ ꝙ cõuertitur cum vno ſit ens. Dubius tamen ẽ an ratio talis eſt vnius vel non. Quia ſi ſcḿ detur, ſequitur ꝙ talis ratio non erit vna in tali prioritate, &

B

quod eſt ens non erit vnum: quia denominatur vnũ, niſi per rationem vnius. ſi detur primum, ſequitur ꝙ ſcḿ rationem ens non p̃cedet rationem vnius: & per conſequens ens non poſſet intelligi niſi intelligeret vnum quod eſt contra. D. S. & Auicennã in pleriſq; locis: intellectus ergo eſt dubius de duobus & certus de vno: vnde ponere neceſſe eſt vnum tertium cõceptum a ratione entis, & a ratione vnius. Sit talis conceptus. b. qui poterit ſignificari per aliquẽ terminũ, qui ſit. d. qui ſignificabit aliquam rationem ſiue conceptionem, & arguatur vt prius: non eſt ergo deuenire ad primum tranſcendens quod primam rationem rei ſignificet, et ſic idem quod prius. Sed contra eſt Ph̃s ibi, {Sed quoniam autem in his quidem &c̃.} Reſpõdeo, ꝙ iſtud eſt tertium capitulum huius octaui tractatus, in quo Ph̃s, oſtendendo ꝙ non eſt procedere in infinitum in p̃dicatis quidditatiuis ſiue eſſentialibus ait ꝙ ſunt præmittenda aliqua quę ſunt neceſſaria ad hoc probãdum: ita ꝙ in nullis p̃dicatis affirmatiuis eſt procedere in infinitum in ſurſum aut

C

Concluſio

deorſum: ponit ergo duas concluſiones remouendo quãdam cauillationem. Quarum prima eſt reſpõſiua ad quæſitum: videlicet ꝙ in p̃dicatis quidditatiuis. i. p̃dicatis quidditatem rei indicantibus, non eſt procedere in infinitum, quam concluſionem probat

Probatio.

Ph̃s per vnam rationem logicã ducentem ad impoſſibile. Nam ſi in his, quæ p̃dicantur in eo quod qd ẽ .i. in p̃dicatis, ex quibus quod quid eſt. i. diffinitio cõſtituitur, procedatur in infinitũ, ſequitur ꝙ nihil conueniet diffiniri, & ꝙ nihil ſcietur: cũ medium demonſtrationis ſit diffinitio rei, vt nunc ſupponitur: ſed cõcedere conſequens eſt magis inconueniens q̃ dicere ꝙ in p̃dicatis ſit procedere in infinitum: ergo in prædicatis quidditatiuis eſt ſtatus. ℣ Probatio ſequelæ. Quia oportet diffinientem, diffinibile, & ea, quæ ad diffinitionem pertinent, ĩtelligere: infinita autem vt infinita ſunt, vt ſuperius adductum eſt, non eſt p̃tranſire: ſi ergo in p̃dicatis ipſis quidditatiuis ſine diffinitiuis non eſſet ſtatus ſed proceſſus in infinitum, nulli

Notãdum

us rei eſſet diffinitio. Conſiderandum eſt autem ſecundum. D. S. quia hic dicuntur logicæ rationes, q̃ procedunt ex cõmunibus quibuſdam, quæ pertinẽt ad conſiderationem logicę: ſcḿ Albertum magnum in preſenti tractatu. 11. capitulo, ℣ Ratio logica eſt q̃ diuiditur ediuerſo contra Analeticam. Et hęc eſt quę per modum adinuentionis procedit. Et ſic eſt inuenire ſtatũ ex ratione medij & ex ratione extremi. Analeticam autem vocat rationem, quæ procedit per iudicium reſoluendo principiatum in principia: & ex illo iudicare ſtatum eſſe finitum tam in medijs q̃ in

D

Dubium.

extremis. Hęc ille formaliter. Sed argueret aliquis contra determinationem Ph̃i, vt adducit hic Paulus venetus, Nã vt colligitur ex doctrina eiuſdem, Omnis demonſtratio procedit ex cõuertibilibus: fruſtra ergo determinauit dubitationem de proceſſu in infinitũ in demõſtrationibus quo ad aſcenſum & deſcẽſum in quo non eſt terminorum conuertibilitas, ſed modus prioris: ſcḿ quem aliquid dicitur prius a quo

Reſponſio

non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Dicendum ꝙ licet ea, ex quibus demonſtratio procedit formaliter ſint conuertibilia, tamẽ, in ea quę reſoluitur, non ſunt conuertibilia. Manifeſtum eſt. n. ꝙ a quolibet termino pręſentali ad quemlibet terminũ tranſcendentem eſt proceſſus finitus, aliter non poſſet aliqua talis reſolutio fieri: vt ergo poſſimus ad ſcientiã deuenire, & per demonſtrationem cognoſcere, cuiꝰ medium eſt ipſa diffinitio indicans ipſum quod quid

B

eſt, fuit neceſſarium concludere proceſſum fore finitum in prædicatis quidditatiuis, q̃a infinitum ẽ ignotum nihil faciens ſcire: licet etiam quælibet demonſtratio propter quid & potiſſima procedat ex cõuertibilibus, non tamen demonſtratio quia eſt: quæ procedit per cauſam remotam, aut per effectum non cõuertibilem, vt ſuperius declaratum eſt: ergo determinatio quæſtionum de aſcenſu & deſcenſu ĩ ĩfinitum non eſt fruſtra. Ad primum ergo dicendum ꝙ licet inter primam potentiam & vltimum actum, videlicet deum, ſit infinita diſtantia virtutis ſiue perfectionis: non tamen eſt ibi infinita diſtantia dimenſionis, ſiue q̃titatis, quam non conuenit p̃tranſiue ab intellectu. Secus autem de diſtantia virtutis. ℣ Neganda eſt etiam conſequentia: quia dato ꝙ inter p̃nominata eſſet diſtantia q̃titatis dimenſiue, nõ oporteret de neceſſitate eſſe ĩfinita p̃dicata quidditatiua: ponatur enim per impoſſibile ꝙ cęlum ſit infinitę quãtitatis: non tamen ſequitur propter hoc ꝙ habeat infinita p̃dicata quidditatiua, cum quantitas rei, & gradus eiꝰ non pertineant ad quidditatem rei: ſed attendendũ ẽ ꝙ quando Albertus dicit, ꝙ diffinitio debet indicare totam naturam diffiniti a prima potẽtia vſq; ad vl-

E

timum actum: non accipit ibi potentiam primã pro materia prima, quæ eſt prope nihil: neq; accipit vltimum actum prout argumẽtum ſupponit: ſed accipit vltimum actum pro differentia, quæ cõplet rei diffinitionem, & ſignificat vltimam diffiniti p̃fectionẽ: per primam vero potentiam intelligit primum prædicatum eſſentiale cõmuniſſimũ quod in diffinitione p̃dicatur: quod q̃dem cõparatum ad inferiora habet rationem potentialis, & contrahibilis ſiue determinabilis, vt ſatis deductum eſt ſuper p̃dicabilia Porphyrij. Ad ſcḿ dicendum ꝙ vt dicit Paulus venetus, Cõmentator intelligit de ſolo numero differentibus, non ſe habentibus per modum ſignorum: ſed ſignificatorum tantum: conſtat. n. ꝙ tranſcendentia ſunt ſigna, & non ſignata tantum, vnde rõ nulla eſt: licet etiam duo tranſcendentia differant ſecũdum rõnem, nõ tamẽ differunt numero: aliter differrent realiter. Quæcunq;. n. differunt numero, ſcḿ ꝙ Ph̃s loquitur. 5. Metaphy. concluſio differens, ĩter ſe realr̃ differunt vt ibidem declaratum eſt ad longum: licet ergo a Sorte & Platone ſolo numero differentibus abſtrahatur cõceptus ſpeciei, videlicet hoĩs, & a duobus vt puta ab homine & aſino ſola ſpecie ſpecialiſſima dif-

G ferentibus abstrahatur cōceptus generis subalterni: & a duobus specie subalterna differentibus, vt puta a subā corporea & incorporea abstrahatur conceptus generis generalissimi, & a duobus generibus, siue ab omnibus genere generalissimo differentibus, abstrahatur conceptus ꝑmaliquos videlicet entis, tamen in transcendentibus est status, a quibus non potest fieri altior conceptuū ꝑcisio: quæ si numero differant trāscēdēter loquēdo, nō tamē differūt numero numerositate suppositi aut essentia: vt in. 4. Metaphy. declaratur. Ad. 3. dicendum ꝙ quando intellectus ē certus de vno, dubius de duobus, nō est necesse ponere alium conceptum, q̄ sit alius alietate ꝑcisionis: sed bene alietate continentiæ, q̄a plura in se comprehēdet: vt ēt. 4. Metaphy. ad longum declaratum est: vbi de vniuocatione entis agitur. ¶Sed vtrum rō entis ſm ꝙ ens, differt ab vno, & est prius eo, sit vna, ē magna difficultas: q̄a si est vna, ergo aliquid erit vnum, ſcd̄m ꝙ distinguitur ab vno, & vnitas, qua denominabitur vna, in illo priori ꝑcedet vnum, & rōnem eius, quod

H est absurdum. Si vero nec est vna, ergo aliqd erit ens, quod non erit vnum: ꝙ etiam vnum de mirabilibus putandum est. Sed hęc difficultas ad Metaphysicum pertinet: igitur pro præsenti admittatur.

¶Seqtur in Phylosopho, & in. D.S. { Vbi ēt, sicut dicimus, &c̄. } ¶Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ ea, quę hic Phylosophus supponit ad probandum ꝙ in ꝑdicatis affirmatiuis tam essentialibus, q̄ accidentalibus, vr̄ non sit procedere in infinitū, non sint sufficienter posita, vel adducta. Nā in principio Phylosophus adducit ſm. D.S. ꝙ in ꝑdicatis per accidēs est triplex modus prędicandi per accidens: videlicet quando accidens ꝑdicatur de subiecto, &c̄. ista vero ſm eundem, quando accidens ꝑdicatur de subiecto, vt homo est albus, non est per accidens: sed per se: ergo videtur ibidem contradictio. Secundo ꝑterea, vt supra habitum est a Phylosopho, quādocunq; aliqd ꝑdicatur per se, aut subiectū est de diffinitione prędicati, aut ecōuerso: sed in hac propositione Homo est albus, neq; subiectum est de diffinitione ꝑdicati,

I neq; econuerso: cum album non sit de essentia hominis, neq; necesse eius essentiam consequitur: ergo talis propositio non est per se: quod est contra adductū Phylosophi. Tertio pręterea, ſm modum diuersorum prędicatorum decem, possunt prædicationes in infinitum multiplicari ſm infinitos modos obseruādi ꝑdicata adinuicem: ergo cum hic quęratur status ī his, q̄ ꝑdicantur, frustra Phylosophus ꝑsupponit ī secunda suppositione, modos prædicandi per se, ſm decem prædicamenta. Quarto pręterea, omnis prædicatio est prædicatio simpl'r, seu directa: aut ſm qd, & indirecta, vt Inuit hic Phylosophus: ergo insufficienter adducit hic Phylosophus q̄nque modos prædicandi accidental'r: ꝑsertim cum superius adduxerit tantum duos. Quinto præterea ista est pręedicatio ꝑ se & simpl'r, videlicet Omnis triāgulus habet tres, &c̄. q̄a aliter non esset a Geometria demr̄abilis, & tñ ibi ꝑdicatur accidēs de accidente, & accidens subijcitur accidenti: ergo non conuenienter hic Phylosophus adducit, ꝙ illa prædicatio est accidētalis, & nō simpl'r: quando accidens subijcitur aut de eo prædicatur. Sexto præterea, quādo dicitur Homo est albus, ibi album non conuenit subiecto. ſ. homini, nisi rōne Sortis, aut alterius indiuidui: prædicata autem accidentalia non conueniunt superioribus, nisi rōne vel nisi mediantibus inferioribus, vt supra & in præsenti declaratum est: ergo ista prædicatio non est per se Homo est albus: sed per alterum, cuius oppositum Phylosophus hic adducit. Sed contra est Phylosophus vbi supra presertim: ibi, { Vbi autem sicuti dicimus &c. } Respondeo, ꝙ secunda conclusio huius capituli responsiua est ad quęsitum: videlicet illa, quę hic Phylosophus supponendo adducit ad ꝓbandum vr̄ esse statum in affirmatiuis, sunt conueniēter adducta. Nam omnia, quæ hic supponendo adducit, valent de propinquo ad propositum suum infra ostendendum: vt manifeste patebit: ergo conuenienter hic adducuntur potissime ne aliqua multoties repeterentur. Pro cuius declaratione considerandū est ꝙ Phylosophus in genere supponit duo: quorum Primum pertinet ad ꝑdicata accidentalia: Scd̄m vero pertinet ad prædicata essentialia seu per se. ¶Supponit ergo primo, ꝙ triplex est prædicatio accidentalis: quarum Vna est, quādo accidēs pręedicatur de accidente: vt album ambulat. Alia est, quando subm̄ prædicatur de accidente: vt album est lignum. Tertia est, quando accidens pręedicatur de subiecto: vt hō est albus, vel homo ambulat: quod est intelligēdum de accidente cōmuni, & non accidente proprio: nisi accipiendo prædicationem accidentalem largo modo, vt supra declaratum est: quod nihil ē ad ꝓpositū: q̄a hic est mentio de demonstrationibus. Ex quo patet solutio ad. 5. argumentum. Considerandum est vlterius circa eandem suppositionem, ꝙ pręedicti tres modi pręedicandi ſm Phylosophum inter se differūt. Nam subiectum prædicatur de accidente dicendo album est lignum: sensus est ꝙ illud vr̄e prædicatū, qd' est lignum, prædicetur de subiecto: cui accidit esse album. ſ. de hoc particulari ligno, in quo ē albedo: ita ꝙ sit sensus album est lignū. i. lignum, cui accidit esse album, est lignum. Non enim est sensus ꝙ album sit subiectum ligni, cuius ratio Phylosophi est: q̄a illud quod est subiectum ſm prædictos modos pręedicādi, sit hoc quod prædicatur de ipso sicut de subiecto: vel ſm totum, vel ſm partem: sicut homo fit albus, licet neq; albū, neq; aliq̄ ps albi, sit lignū: q̄a accn̄s non est subiectum transmutationis: q̄a de nō ligno fit lignū. Omne autem quod īcipit esse hoc fit hoc: si igitur aliquando non fit hoc, non est hoc, nisi detur ꝙ semper fuerit hoc: non autem semper fuit verum album esse lignum: q̄a aliquando nō simul fuerunt albedo & lignum. Cum ergo non sit verum dicere ꝙ album fiat lignum: manifestum est ꝙ album nō est lignum proprię, & per se loquendo: sed si hoc concedatur album est lignum, intell'r per accidens: quia. ſ. aliquod particulare subiectum cui accidit album, est lignum. Hæc omnia hic. D.S. facit. Et si arguatur Socrates adolescens est animal, sed non fit animal, ergo aliquod tale, quod non fit tale. Dicendum ꝙ licet Sortes, nō semper fiat animal, vel albus, tamen verum est dicere ꝙ aliquando fit animal, vel albus: vnde rō nō sequit. Ex quo patet sensus pręedicationis illius, in qua subiectum prædicatur de accidente. Considerandum est vlterius circa eandem suppositionem, ꝙ quando accidens prædicatur de subiecto, vt Homo est albus, est sensus ꝙ subiectum, videlicet homo, realiter fact' est albus, & non aliud a subiecto. Et si homo subijciatur albedini rōne Sortis, vel alterius indiuidui, tamē Sortes essentialiter non est aliud ab homine: vnde ꝓpter hoc non subijcitur per aliud q̄ per se, vt dicunt hic doctores. Ex quo patet solutio ad vltimum argumentum. ¶Sensus vero alterius modi prædicandi, videlicet, ꝙ accidens ꝑdicatur de accidēte, similis est primo.

Margin (left): Primum. — Secūdum. — Tertium. — Quartum. — Quintum. — Sextum.

Margin (right): K — Cōclusio. — Probatio. — Notādum primum. — Suppositū primū triplr̄ ꝑdicatur. Accidentalia. — L — Notādum secūdum. — M — Q ō tacita. — Respōsio. — Notan. 3.

A

p̄mo Cum.n.dicitur musicū esse albū,nō aliud significat,nisi ꝙ ille homo particularis,puta Sortes cui accidit esse musicum,est album. Ex quo colligitur inter p̄dictos modos talis differentia.

Diffa inter prædictos modos p̄dicandi accidentaliter.

¶Quia cum prædicatur accidens de subiecto nō prędicatur per aliqd aliud subiectum:vnde talis prædicatio est prędicatio simplr,& non s̄m accidens:licet sit accidētalis. ¶Cū vero prædicatur accidens de accidēte, fit prædicatio ratione alterius:vel rōne eius,quod subijcitur termino in subiecto posito:de quo quidem, vt dicit.D.S. prædicatur aliquod accidens accidentalr: ipsa vero species subiecti essentialiter,vt homo prædicatur essentialiter de Sorte:cui accidit esse musicum:de quo album a parte prædicati positum prędicatur accidentaliter.

Restrictio modorum p̄dicādi accidentalr.

¶Restringendo igitur modos prædicandi accidentaliter, tantum erit duplex modus prædicandi in genere:vnus simpliciter, alius non simpliciter,sed per accidēs: licet sint tres modi in speciali,vt declaratum est.Ex quo patet solutio ad quartum argumētū. In proposito fit debita restrictio prædicationum ad prędicationem simpliciter,& per accidens.

Notād.4. Suppositiū primum.

B

Considerandum est vlterius circa secundam suppositionē, quam hic Phs præmittit de prædicatis per se,ꝙ illud quod prædicatur proprie.i.quod prædicatur nō s̄m aliquod subiectum modo exposito, diuersificatur secundum decem prædicamenta. Nam qcqd per se & primo prædicatur, aut p̄dicatur per modum subalis prædicati,aut per modum qualis,aut quanti, aut per modum alicuius alterius prædicamentorum,& hoc, cum vnum de vno prædicatur:qa si prędicatum non sit vnum,sed multa,non poterit prędicatum simpliciter prædicari s̄m aliquem modum alicuius prædicamentorum:possent enim prædicationes in īfinitum multiplicari.Cum ergo quæratur hic status in his, q̄ prædicantur,conuenienter Phs dixit vnum de vno prædicari. ¶Ex quo patet solutio ad.3.argumētum.

Notan.5.

Considerandum est vlterius s̄m eandem suppositionem,ꝙ inter prædicta prædicata est talis differentia. Nam illud quod prędicatur per modum substantialis prædicati:oportet vt dicit hic Phylosophus, ꝙ significet essentiam eius de quo prædicatur ꝙ vere illud est. ¶Exemplum primi. Nam cum dicitur homo est animal, hoc est ꝙ vere est animal. Animal enim significat essentiam hominis:igitur ad ipsum ꝙ est homo est essentialiter animal. ¶Exemplū secundi. Nā;

C

cum dicitur homo est albus,cum album sit prędicatū accidentale,non est de essentia hominis: vnde nō est sensus ꝙ homo sit vere hoc ipsum,quod est album.i. significatum albi non includitur in significato hominis,& q̄uis illa,vt dicit.D.S.quæ non significāt substantiam,sint accidentia:tamen non prędicantur per accidens,sed per se:cum non prædicētur de subiecto ratione alterius subiecti,quod est intelligendum accipiendo prędicatum per se cōmuniter,videlicet pro omni eo,quod non prædicatur de subiecto ratione alterius,non autem accipiendo per se,p̄prie,vt in modis perseitatis accipitur, videlicet pro eo quod est de essentia eius,de quo prędicatur, vel quod seqtur necessario essentiā eius. ¶Ex quo patet solutio ad p̄mū &.2.argumentum in contrarium adducta.

Instantia cauillosa.

Sed instare posset platonicus cauillando,Nā prædicata vl'ia quæ significant subam, significāt quasdam essentias separatas per se subsistentes:igitur non sunt verę & essentialiter illud de quo prędicantur,vel illud aliud.i. aliqd eius. Neqꝫ accidentia,quæ sunt in indiuiduis sicut in subiectis,conueniunt huiusmodi p̄dicatis cōmunibus essentialibus.

Responsio

Sed ad hoc respondet Phylosophus,si supponantur genera,& species.i.ideę esse,vt dictum est,debent gaudere, tanq̄ monstra vel premōstrationes,habent.n.aliqd nobilius cōmune, q̄ res naturales nobis notæ, huiusmodi enim res sūt particulares & materiales,illę autem ideæ sūt vl'es,& imateriales,Sunt enim q̄dam premonstrationes rerū naturalium.i.quædam exemplaria horum entiū naturalium,gaudent ergo genera & species.i.ideę rerū,

D

quoniam mōstra sunt. Sed si huiusmodi species sunt separatę,vt dicit platonicus,nihil pertinet ad rōnem:qa sit mentio de huiusmodi rebus, de qbus in nobis scientia per demonstrationem acqritur,quæ sunt res in natura existentes nobis notæ de qbus fiunt demōstrationes.Et ideo si detur ꝙ animal sit quoddam separatum,quasi monstrum.i.præmonstratio existens animalium naturalium,tamē, cum dicitur homo est animal,s̄m ꝙ hac propositione vtimur in demonstrationibus,li animal significat essentiam rei naturalis, de qua est demonstratio,vnde cauillatio nulla.

Notan.6.

B

Cōsiderandum est vlterius hic s̄m.D.S.ꝙ quando Phylosophus hic dicit ꝙ illa prædicata,quæ subam significant,oportet ꝙ significent esse eius, de quo prædicantur,quod vere illud est, aut ꝙ vere illud aliqd est, potest intelligi dupliciter. ¶Vno modo,vt ostendat distinctio ex parte prædicati,quod vel significat totā essentiam subiecti sicut diffinitio:& significatur cum dicitur{ꝙ vere illud est,}vel ꝙ significet partem essentiæ,sicut genus & differentia: & hoc significatur cum dicitur{ aut ꝙ vere est illud aliqd. }Alio modo,vt ostēdat distinctio ex parte subiecti, quod q̄nqꝫ est conuertibile cum prædicato essentialiter,sicut diffinitum cum diffinitione:& hoc significat Phs, cum dicit{ꝙ vere illud est}q̄nqꝫ vero illud est pars subiectiua prędicati:sicut homo ipsius animalis: & hoc significat cum dicit{aut ꝙ vere illud aliqd est.}homo.n.aliqd animalis est,hoc idem Egidius dicit hic formaliter.

Dubium.

Sed hic oritur difficultas, vt hic adducit Egidius. Nam pars non potest prędicari de suo toto,siue sit forma,siue sit materia. Cū ergo tam genus, q̄ differentia prædicentur de specie,oportet ꝙ quælibet dicat totam essentiam speciei,& nō partem:oppositum videtur hic inuere.D.S.

Respōsio.

Ad hoc respondet Egidius dicens ꝙ genus & differentia dicunt totam essentiam speciei:sed non significant. Genus.n. dicit & significat. Differentia vero dicit sed nō significat. Animatum.n.non significat nisi animam,quæ est pars rei & non tota res,sicut album non significat nisi albedinem. Et inde est ꝙ differentia non prædicatur essentialiter sed denominatiue. Animal.n.nō est anima:sed animatum. Genus autem dicit totum:

E

quia significat totum: & inde est ꝙ contra rationem generis est prędicari denominatiue,sed prędicatur essentialiter,vnde dicit vl'r ꝙ genus dicit totum, differētia dicit totū,species totū,ac diffō:aliter tñ & aliter, qa vnum per modum materiæ,aliud per modum formę,aliud vero per modum vtriusqꝫ. Species.n.dicit totum indistinctum. Diffinitio vero distincte & denominatiue. Hęc omnia ille formaliter. ¶Addit aūt Paulus venetus,ꝙ differentia non significat totū,sed totā partem. Sed hic oritur difficultas, & argumētum dubij videtur stare, Nam omnis prædicatio est essentialis,vel accidētalis,aut suppositalis, de qua nihil ad propositum. Sed differentia non prędicatur accidentaliter de specie cum sit pars diffinitionis eius: ergo prędicatur essentialiter, & non denominatiue, nisi loquendo de denominatione s̄m modum tantū. Illud etiam quod dicit totum per modum partis, nō

A

Cognitio. dicit, duplex est cognitio: Quędam est cognitio rei in seipsa, & hæc non demonstratiua, hac autem cognitione medium cognoscitur magis in propria natura q̃ in vniuersali vt instantia voluit. Alia est cognitio rei in alio, videlicet secundũ potestatem qua fluunt de ea suæ passiones naturales, & sic potissime cognoscitur res ſm ꝙ cognoscitur ꝙ in ipsa est principium illarum passionum, & talis est cognitio demõstratiua. Hãc autem distinctionem ignorauerunt ipsi qui propter primam rationem superius adductam in contrarium ꝑtulerunt particularem demonstrationẽ vniuersali: & hoc modo dicit Phylosophus in p̄mo, de Anima, ꝙ cognitio accidentium maxime prodest ad cognitionem quod quid est. Hęc illę. ¶ Demonstratio ergo facit scire aliquid in alio, non sicut inferius in suo superiori, aut partem in toto, quod est scire sophistico modo vt supra dictum est, sed sicut passionem in subiecto, Et hoc dupliciter.

Cognitio passionum in subiecto dupliciter. ¶ Vno modo ſm se non ſm aliud, sicut demonstratio vniuersalis. ¶ Alio modo, in alio non secũdum se sed scd'm aliud sicut demonstratio particularis vt declaratum est: ergo ratio prima Phylosophi magis concludit propositum q̃ oppositum, videlicet ꝙ demonstratio particularis non est potior q̃ vniuersalis.

H

Notãdum secũdum. Considerãdum est vlterius hic ꝙ Phylosophus in solutione primę rationis innuit tria documenta quibus cognosci potest propositis aliquibus subiectis respectu passionis, cur talis passio & propter quid inest. ¶ Primum documẽtum ẽ ꝙ debemus videre quod illorum suborum in plus se habet. ¶ Secundum est ꝙ deinde debemus videre vtrum tale commune dicatur æquiuoce vel secundum eandem rationem de partibus subiectis sub eo cõtentis. ¶ Tertium est ꝙ debemus videre vtrum illa passio ĩsit tali omni, verbi gratia, si respectu hu9 passionis habere tres, ponatũr nobis triãgulus & species trianguli, constat ꝙ triangulus in plus se habet, & prędicatur ſm eãdem rationem de suis speciebus, & habere tres angulos conuenit omni tali, videlicet omni triangulo: ergo manifestum concludit ꝙ habere tres angulos &c̃. conuenit alijs, videlicet specieb9 trianguli per triangulum.

I

Et licet tria dicta documẽta arguant & ostendant cui propter quid inest passio proposita, non tamen sufficienter ostendunt quid sit proprium & adæquatum subiectum. Nam ꝙ anguli extrinseci valeãt quatuor, cõpetit omni figurę rectilineæ. Si ergo proponeretur hęc passio respectu horũ suborum trianguli, & specierum eius: constat ꝙ omnia prædicta documẽta, ibi occurrerent respectu triãguli, vt de se patet, & tamen triãgulus nõ est propriũ & adæquatum subiectum vel immediatum subiectũ ei9: sed figura rectilinea. Hęc. omnia Egidius & Paulus venetus. Pro solutione secundæ rationis Phylosophi quæ tertio adducta est. Cõsiderandum est

Notan. 3. vlterius ꝙ ens accipitur tripliciter. ¶ Vno modo vt

Ens tripl'r. significat entitatem quę requiritur ad scientiam cui inest entitas secundum ꝙ circa eam negociatur intellectus, & isto modo vniuersale magis est ens, cũ sit obiectum ĩtellectus, q̃ particulare simpliciter quod ẽ indiuiduum, de quo procedit argumentum, incorruptibile enim, vt dicit. D. S. ẽ magis ens q̃ corruptibile, ratio etiam vniuersalis est incorruptibilis: vnde particularium talium non est scientia sed vniuersalium. ¶ Alio modo accipitur ens vt dicit essentiam rei ſm ꝙ diuiditur in decem p̄dicamenta, & isto modo etiã vniuersale est magis ens quam particulare siue singulare. Quia vniuersale ẽ ens simpliciter, particulare vero nõ est ens nisi determinati temporis. Cum sit corruptibile, vt innuit hic Phylosophus.

K

¶ Tertio modo accipitur ens particulariter vt idem quod existẽs: q̃tum videlicet ad esse existentiæ. Et isto modo particularia sunt magis entia q̃ vniuersalia: quia vniuersale non videtur existere nisi in singularibus, vnde in prædicamentis dicit Phylosophus ꝙ destructis p̄mis substãtijs, impossibile est aliquid remanere aliorum. Sed quia illud esse accidit scientię & demõstrationi, non est scientia de rebus q̃tum ad existere quod habent, sed sensus est circa huiusmodi res: igitur in prędicta ratione Phylosophi loquitur de ente q̃tum ad rationem scientię, & demonstrationis: vnde manifestum est ꝙ talis ratio etiam ꝑ minori falsum assumit.

Considerandum est vlterius ꝙ accipiendo particulare non pro particulari simpliciter: sed pro particulari ĩ respectu, videlicet ꝑ minus vniuersali: sic etiam vniuersale q̃tum ad propositum est magis ens q̃ particulare, vt deducit hic Egidius, vt triangulus est magis ens quam aliqua species eius. Nam ens siue eẽ de quo agit demonstratio non est ens siue esse vniuersaliter: sed est ens vel esse sub propria passione, constat autem ꝙ magis est ens sub propria passione subiectũ vniuersale. Quia est ens sub propria tali passione q̃ sit aliquod illorum in quæ diuiditur tale vniuersale subiectum. Notan. 4.

L

Pro solutione tertiæ rationis quæ ponitur secundo loco est considerãdum ꝙ q̃uis in propositionibus vel demonstrationibus vniuersalibus significetur aliquod per se vnum siue scd'm se, vt puta triãgulus, nulla necessitas est ꝙ propter hoc aliquis opinetur ꝙ triãgulus sit aliquid vnum p̄ter multa, sicut etiam in his quæ non significant substantiam: sed aliquod genus accidentis p̄dicatur aliquando ſm se: sicut dicimus ꝙ albedo est color: non tamen propter hoc quis necessario opinabitur ꝙ albedo sit aliquid existens ſm se: sicut & in ipsis vniuersalibus ex eo ꝙ aliquæ passiones demõstrantur de eis ſm se, nõ ideo existunt ſm se nisi quis intelligeret vniuersalia p̄ter singularia per scd'am operationem intellectus. Notan. 5.

Et si quęratur quomodo accidentia quę sunt in alijs possunt esse ſm se, Dubium.

Ad hoc respondet Egidius, Nã esse ſm se accipit tripl'r. ¶ Vno modo q̃tum ad actualẽ Respõsio. existentiã, & isto modo accidentia non dicuntur esse scd'm se. ¶ Alio modo dicitur aliquid esse ſm se q̃tũ ad cõsiderationem intellectus: sic v'ia sunt ſm se, potest. n. intellectus noster intelligere v'e non intelligẽdo singulare aut particulare.

M

¶ Tertio modo dicitur aliquid esse scd'm se: quia scd'm se, est sub aliquibus ꝑ se p̄dicatis, & sic isto modo accidentia dicuntur esse ꝑ se siue ſm se, vt color dicitur de albedine scd'm se in primo modo dicendi per se. Ad argumenta autem patet solutio ex dictis.

¶ Sequitur ĩ Phylosopho, &c. D. S. Impertinẽter tñ &c̃.

¶ Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. V'r ꝙ alicui9 demõstrationis particularis possit cõclusio esse v'is.

Nam ista est particularis demõstratio, Omnis triãgulus hẽt tres angulos, sed omnis isocheles est triãgulus: ergo oĩs isocheles habet tres angulos, & tñ cõclusio est v'is cũ ibi subijciať terminus cõis signo v'i determinatus: ergo &c̃. maior patet, q'a p̄dicatũ cõclusionis non conuenit vniuersaliter subiecto cum sibi non conueniat adęquate, vt ex supradictis patet: ergo talis demonstratio est particularis, &c̃. Primum.

Secũdo pręterea, nulla est demõstratio particularis: ergo suppositum q̃siti est falsum, probatio antecedẽtis. Nam si esset aliqua demonstratio particularis maxime eẽt illa quę demõstrat habere tres de isochele, per hoc ꝙ Secũdum.

est

A est triangulus: sed hoc non, quia si esset demõstratio, vel esset per effectum, vel p cãm, cum oĩs demõstratio sit propter quid, vel quia. Non primum: quia triãgulus nõ est effectus eius, quod est habere tres angulos. Neq; secũdum: quia vel esset per causam proximam, vel remotam. Si primum, tunc esset demõstratio vniuersalis, & non particularis: quod est ꝯ propositũ. Si secundum, tunc non valeret nisi negatiue, concludebatur autem affirmatiue: ergo nullo modo est demõstratio, vnde etiam in Elenchis dicitur, ꝙ ibi committatur fallacia consequentis, vel accidentis. ¶ Sed ꝯ est Phylosophus in litera, qui probat demõstrationem vniuersalem esse eminentiorem particulari: ergo aliqua demonstratio est particularis, sed demonstrationis particularis conclusio est particularis: ergo demõstrationis particularis, conclusio non potest esse vniuersalis. ¶ Respondeo dicẽdum, ꝙ aliqua conclusio potest dici vniuersalis prioristice loquendo, videlicet quando prædicatum denominatur inesse subto commune mediante signo vniuersali, & isto modo demõstrationis particularis, conclusio potest esse vniuersalis, vt voluit primum argumentum. (Conclusio vl'is prioristice.) B Silr demonstrationis vl'is, conclusio potest esse, isto modo particularis. Alio modo, aliqua cõclusio, siue propositio, potest dici vniuersalis posterioristice loquẽdo: quando, videlicet prædicatum conuenit subto primo, & adequate, sicut superius vniuersale accipitur in capitulo de vniuersali, & isto modo demonstrationis particularis conclusio non potest esse vniuersalis. (Posterioristice.) Aliter demonstratio particularis non esset particularis qd' implicat. ¶ Pro cuius declaratione considerandũ est hic fm Alber. mag. Egidium, & alios Doctores, ꝙ demõstratio vniuersalis, dr qñ demõstratur vniuersalis passio de vniuersali subiecto proprio primo siue adequate: vnde si habere tres angulos demonstraretur de figura non esset demonstratio vniuersalis. (Notãdum) Quia figura non vniuersaliter subijcitur & cõuertibiliter tali passioni. Non. n. omnis figura habet tres etc. Si vero prefata passio demonstraretur de isochele, vel de aliqua alia specie triãguli, etiã non esset vniuersalis demonstratio, quia talis passio non vniuersaliter. i. primo et adæquate siue conuertibiliter prædicatur de tali subiecto: sed talis demonstratio dicitur particularis, quãdo videlicet prædicatur passio de aliquo subiecto nõ adæquato, quod est idem, ꝙ vniuersale posterioristice loquendo, vt declaratum est. C Ex quo patet ꝙ vniuersalem, aut particularem demonstrationem nõ vocamus illas, quæ particulari, vel vniuersali signo determinantur. ¶ Ad primum ergo patet solutio ex dictis. ¶ Ad secundum dicit Egidius, ꝙ illa diuisio, qua demonstratio diuiditur in demonstrationem, quę est per cãm, & in illam, quæ est per effectum, est diuisio demonstrationis vniuersalis. Si vero demõstratio generaliter considerata deberet diuidi, illa diuisio erit trimembris, vt omnis demonstratio est per effectum vel per cãm vel per habens in se cãm. Verũtamen si quis vellet adaptare primã diuisionem datam ad demonstrationem particularem, diceret ꝙ hmõi demõstratio est per cãm: triãgulus. n. in se habet cãm de habere tres, v3 angulum extrinsecum, & ipsemet triãgulus est huiusmodi causa; non est enim inconueniens eiusdem esse plures causas secundum quendam ordinem. ¶ Et quando dicebatur vel esset per causam remotam conuertibilem, dicitur ꝙ sic tantum a qua valet argumentum affirmatiue. Non est etiam inconueniens, ꝙ in eodem syllogismo sit fallacia & demõstratio, vt in fallacijs. S. D. ad longum declaratum est.

D ¶ Quæstio. 43. De dignitate demõstrationis vniuersalis: & est lectio. 38. Sancti Doctoris. (Lec. 38.)

TANDEM considerandum est de preeminentia demonstrationis particularis ad vl'em, vel vl'is ad particularem: qualiter videlicet Phylosophus varijs rationibus probat demonstrationem vniuersalẽ esse potiorem particulari. ¶ Circa quod quæruntur duo. Primo, vtrum demõstratio vniuersalis sit potior particulari. Secundo, vtrum vniuersalia sint magis scibilia & intelligibilia, ꝙ̃ singularia siue particularia.

¶ Seqt in Pho, & in. D. S. ⟨ Amplius si demratio. ⟩

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ demonstratio vniuersalis nõ sit potior & dignior demonstratione particulari. ¶ Nã particularia sunt magis entia, ꝙ̃ vl'ia: ergo magis sunt demonstrabilia, & per consequens demonstratio particularis est potior. (Primum.) patet consequentia, quia particularis magis habẽt de ratione vnitatis cum magis sint in se indiuisa: qa sunt incommunicabilia non autem vl'ia. ¶ Secundo pręterea, illa demonstratio est potior, quæ est de perfectioribus: vt innuit hic Phylosophus, sed demonstratio particularis est hmõi: quia vl'ia continentur in particularibus, sicut pars in toto. (Secũdum.) E Sed totum est perfectius suis partibus, vt patet. 7. Metaph. igitur &c. ¶ Tertio præterea, particularia continẽt totam perfectionem vl'ium, & superaddunt, vt de se patet: ergo particularia sunt perfectiora, & sic idem quod prius. (Tertium.) ¶ Quarto præterea, illa demonstratio est potior, quæ perfectiori modo facit scire, vt patet per primam rõnem Phylosophi, hic adductam, Sed demõstratio particularis est hmõi cum eius sit notitia determinata: ipsius vero demonstrationis vl'is notitia confusa, vt vr: ergo &c. (Quartum) ¶ Sed ꝯ est Phylosophus in lr̃a: ibi, ⟨ Amplius si demonstratio est &c. ⟩ ¶ Respondeo dicẽdum, ꝙ istud est secũdum caplm huius noni tractatus, in quo Ph̃s determinando de præeminentia demõstrationis vl'is ad particularem ponit vnam cõclusionem: videlicet, ꝙ demõstratio vl'is est potior & dignior particulari. (Respõsio.) Quam conclusionẽ probat septem rõnibus. ¶ Quarũ prima sumitur ex parte finis ipsius demonstrationis, quæ est talis, Nam illa demonstratio, quę magis facit scire, est potior, cum demonstratio sit syllogismus faciens scire, sed demonstratio vl'is est hmõi: ergo &c. (Prima rõ.) Nam syllogismus magis declarãs cãm magis facit scire, cum scire sit rei cãm cognoscere: Sed demõstratio vniuersalis est hmõi, cum vl'e sit magis tale, ꝙ̃ particulare: vl'i. n. magis inest per se aliquid, quia adæquate, ꝙ̃ particulare, quia per alterũ, sed illud, cui inest aliquid per se secundo modo perseitatis, est causa eius, Subm. n. est causa proprie passionis: ergo &c. (F) ¶ Scd'a ratio talis est, Tũc maxime scire dicimur, vt patet. 2. Physi. & 1. Metaphysi. cum deuentum est ad vltimũ in omni genere causæ, quo habito cessat inquisitio, quod maxime patet in causis finalibus, sed subm est in aliquo genere causæ ipsius passionis: ergo maxime scire dicimur cum deuenimus vsq; ad vltimum subiectum, sed per nullam demõstrationem particularem demonstratur passio de vltimo subto, quo habito cessat inquisitio: per demonstrationem vero vl'em deuenitur ad vniuersale. i. ad subm adequatum, quo habito cessat inquisitio causæ, presertim in isto gñe terminorum: ergo demõstratio vl'is magis facit scire ꝙ̃ particularis, & per consequens est potior, et dignior: hęc ratio sumitur a causis finalibus. (Scd'a rõ.) ¶ Tertia ratio, quę sumitur ex parte obiecti demonstrationis aut scientiæ, quod est scibile, est talis, Nam illa demõstratio est po- (Tertia.)

G tior, quæ est magis scibilium & demonstrabiliū. Demonstratio.n. ad magis demonstrabile dicitur & scibile, sed demonstratio vniuersalis est hmõi: ergo &c. Probatio medię, Nam finitum est magis scibile, & demonstrabile, cum magis de se notū, q̃ infinitū quod de se est ignotum. Sed quanto magis proceditur versus particularia, tãto magis itur versus infinitū. Quia infinitum congruit materiæ, quę est indiuiduationis principium, vt patet, 3. Physi. Quantocũq; vero proceditur versus vniuersalia: tanto magis itur versus ad simpliciter & finitum, quia ratio talis sumitur ex parte formę, quæ est simpliciter & habet rõnem finis, vt

Quarta. pater, 2. Phy. ¶ Quarta ratio, quæ sumit ex parte obiecti scientifici extensiue est talis. Nam cum finis demonstrationis sit facere scire, illa demõstratio est potior, quę plura facit scire, sed demonstratio vniuersalis respectu particularis est huiusmodi: ergo &c. Probatio medię, Nam ille, qui habet cognitionem de vlī singulare et cognoscit siue particulare, dummodo cognoscat ipsum particulare sub vniuersali contineri.

H Sicut q cognoscit oẽm mulam esse sterilem, scit hoc animal, quod est mula esse sterilem. Sed q cognoscit particulare non pp hoc scit vniuersale. Non.n. si cognosco hanc mulam esse sterilem, pp hoc cognosco

Quinta. oẽm mulam esse sterilem: igitur &c. ¶ Quinta rõ, quę sumitur ex parte certitudinis primorꝝ principiorum demonstrationis est talis, quanto medium demõstrationis est propinquius primo principio, tãto demonstratio est potior, sed demonstratio vniuersalis procedit ex medio propinquiori primo pricipio, quod est propositio immediata: ergo demonstratio vniuersalis est potior, q̃ sit particularis. Probatio primæ, Nã illa demonstratio, quæ est certior dicitur esse potior, sed illa demonstratio quia procedit ex medio ppinquiori primo principio, quod est ꝓpositio immediata, est hmõi: ergo talis demõstratio est potior. Probatio mediæ, Nam si oportet demonstrare, a. quod est vniuersalissimum, puta subam de eo quod est particularissimum, puta de hoie, & accipiantur. b. c. ita q. b. sit superius q̃. c. puta viuum & aĩal; manifestum est q. b. a. viuum eo q est vniuersalius erit immediatius ipsi. a. videlicet subę & ipsum magis cognoscetur, q̃ per. c. i. animal, quod est minus vniuersale. ¶ Sexta ra-

Sexta. I tio, quæ sumitur ex euidẽtia cognitionis est talis, Illa demonstratio est potior, quæ procedit ex euidentioribus & potioribus, cum talia magis faciãt scire, sed demõstratio vniuersalis est hmõi: ergo &c. Probatio medię, Nam qui habet cognitionem vniuersalis propositionis, ex qua demonstratio vniuersalis procedit habet saltem cognitionem particularis in potentia, & non econuerso: ergo demõstratio vniuersalis pro-

Septima. cedit ex euidentioribus, quod fuit probandum. ¶ Septima ratio, quæ sumitur ex euidẽtia intellectus supra sensum est talis. Illa demonstratio est potior quæ determinatur ad intellectum, q̃ illa, quæ determinat ad sensum, Quia intellectus est dignior & potior sensu, vt patet, 3. de Aĩa, sed demõstratio vniuersalis terminat ad intellectum, cum vniuersale solo intellectu terminetur vel cognoscatur; demõstratio vero particularis terminatur ad sensum. Quia particulare solum directe cognoscitur per sensum; ideo demonstratio vniuersalis est potior & dignior demõstratio-

Notandū primum. tie particulari. ¶ Considerandum est autem circa prędictas rationes q prima & quinta prędictarum rationum videntur esse analeticæ, vtpote procedentes ex primis principijs demonstrationis. Aliæ vero rationes præcipue tertia & quarta, quæ accipiunt pro me-

dio id quod est commune omni cognitioni dicuntur magis logicæ. Quia. s. procedunt ex cõioribus principijs, quæ non sunt demõstrationis principia. ¶ Sexta ratio suprapositia, non differt a q̃rta, nisi q in quarta sit comparatio conclusionum, quæ cognoscuntur per demonstrationem. In sexta vero ratione est cõparatio propositionum, ex quibus demonstratio procedit. Hæc. D. S. in lec. ¶ Considerandum est vlterius, circa primam rõoem ſm Egidium, q demonstratio potissima accipit medium pp quid respectu passionis non absolute, sed vt est in tali subiecto: vñ tale subm tion est subm particulare, sed vl'e. i. q demonstratio vniuersalis est potior particulari. Prædicta autẽ causalitas debet referri ad medium tion absolute, sed vt est comparatum ad passionem non simpliciter, sed vt habet esse in subto: vnde talis causalitas non potest esse in medio nisi ipsum subm sit cãle. Et qa hmõi subm accipit demõstratio vl'is, nõ particularis; ideo demõstratio vniuersalis, dr magis causalis, q̃ vniuersalis. ¶ Considerandum est vlterius, pro declaratione scdę rõnis ſm. D. S. in lec. q aliqd est finis alterius, et quantum ad fieri, & quantum ad esse; quantum ad fieri quidem sicut generatio est pp formam inducendã: quantum ad esse autem sicut domus est pp habitantes vel pp habitationem; vnde vsq; ad primam causam finalem quærimus pp quid fiat aliquid, aut pp quid sit aliquid, quousq; nihil sit aliquid aliud assignari, q̃ hoc ad quod peruentum est, propter quid fiat vel sit illud, de quo quæritur propter quid. Et hoc ideo est. Quia illud, quod sic est vlnmum, vbi nihil aliquid aliud sit vlterius quærendum, est id, quod est vere finis & terminus quod quæritur, cum quærimus pp quid. Exẽpli gratia, quæratur cuius causa aliquis iuit, & respondeatur, vt accipiat argentum: hoc autem propter qd, vt. s. reddat debitum: & hoc pp quid. s. vt non iniuste agat, sic semper procedendo qñ iam nõ erit amplius aliquid aliud propter quid, sicut propter finem, puta cum peruenerimus ad vltimum finem, qui est beatitudo, dicemus q propter hoc venit, & non pp aliud, sicut propter finem, & qñ ad hoc peruenerimus, scimus tunc pp quid venit. Si igitur ita se habet in alijs causis, sicut in finalibus, tunc maxime sciemus quando ad vltimum fuerit peruentum. Hæc ille. ¶ Considerandum est vlterius ſm Egidium, q non competere per aliud conuenit dupliciter. Vno modo p aliud subm. Alio modo, non per aliam cãm: quãdiu autẽ passio demõstratur de subiecto aliquo cui competit per aliud subm, est demõstratio particularis, vt declaratum est: quando autem deuentum est ad subm, cui competit passio, non p aliud subm, sed per aliam causam, est demonstratio vniuersalis, qñ verum deuentũ est ad tale subm, & talem causam, nec per aliud subm nec per aliam causam, est demõstratio, vel propositiõ immediata indemonstrabilis, quod est principiũ sciẽ & demonstrationis, & licet talium propositionum et similium non sit scia, sed intellectus, ipse tñ maxime facit scire aliquid. Intellectus. n. est principium sciẽ & demonstrationis, vt supra dcm̃ est. ¶ Considerãdũ est finaliter circa quintam rõnem, q non est incõueniens, q aliqua propositio diuersis respectibus vel rationibus sit mediata & immediata, principium, & pxima principio. Nam vt declaratum est, id quod non est per aliud est immediatum, et indemonstrabile. Sicut ergo est duplex nõ per aliud, vel quia non p aliud subiectum, vel quia nõ per aliam causam. Sic duplex dicitur immediatum, & indemonstrabile, vel secundum subiectum, vel secundũ causam. Ex quo patet q triangulum

Margin notes (right column): K; Notãdum secũdum.; L; Notãdum tertium. Finis quo ad fieri vel ad esse.; Notãdum quartum.; M; Notãdum quintum.

A triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, est propositio immediata, & mediata in demonstrabilis et demonstrabilis, & est principium & proxima principio. Immediata est.n. & indemonstrabilis per subiectum cum triangulum sit immediatum subiectum illi⁹ passionis, v₃ eius quod est habere tres angulos intrinsecos æquales &c. Secus est per causam, potest enim prædicta propositio demōstrari p aliam causam, & hoc modo est propositio mediata, quæ quidem propositio est principiū in demonstratione particulari, vbi demonstratur per aliud subiectum, & nō est principium, sed proxima principio.i. causę, quia habet in se præcisam causam, per quam demonstrat demonstratione vl'i talis passio de tali subto: hæc oīa Egidius. ℣ Ad primum igitur dicēdum, ꝙ demōstratio nō dicitur particularis, quia particularia entia demonstrat: sed quia passionem vniuersalem de particulari.i. non adæquato, siue per se primo subto, sed per aliud demonstrat. Vnde dato ꝙ particularia siue singularia simpliciter sint magis entia, ꝗ̄ vniuersalia, nihil tñ ad propositum. Et sic patet solo ad secūdum

B & tertium. ℣ Ad quartum dicendum, ꝙ ipsius demōstrationis particularis, nō est cognitio distincta in ꝓpria natura, sed cognitio alicuius in aliquo nō per se primo, sed per aliud, vt supra declaratum est. Demonstratio vniuersalis facit scire p se primo, siue adęquatę: vnde ratio assumit falsum, & falsum supponit.

℄ Seq' vbi supra ī Phō et.D.S. {Impertinētet tñ.}

Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt' ꝙ vl'ia non sint magis scibilia, & intelligibilia, ꝗ̄ particularia, vt voluerunt tertia, & septima rōnes Phylosophi supra adductæ.

Primum. ℣ Nā illud quod primo occurrit intellectui nostro, est magis intelligibile: sed particularia primo occurrunt intellectui nostro, cum primo cadūt sub sensu aliquo, a quo quælibet nostra cognitio intellectiua originem trahit, vt ex supradictis

Secūdum. patet: ergo &c. ℣ Secundo præterea, vl'ia sunt difficilima ad cognoscendum, vt patet.1. Metaphysi. ergo

Tertium. non sunt maxime intelligibilia, & scibilia. ℣ Tertio præterea, vl'e est minus indiuisum, cum sit diuisibile, ꝗ̄ singulare: ergo est minus vnum, & per consequens minus ens. Cum vnūquodq; eodem modo se habeat ad vnitatem, & entitatem, vt patet.4. Metaphy. ergo

C idem ꝙ prius. ℣ Sed ꝯ est Phylosophus, vbi supra pręsertim in tertia, & septima ratione superius adducta.

Respōsio. Vl'ia tripliciter. ℣ Respondeo dicendum, ꝙ vl'ia sunt in duplici dr̄ia, vt in longum est in summa adductum. Nam quędā sunt vl'ia in causando, & talia licet in se sint maxime scibilia & intelligibilia, sunt tñ difficilima nobis ad cognoscendū. Alia sunt vl'ia in prędicando, & talia pñt dupliciter considerari. Vno modo, comparādo ea ad particularia simpl'r, quæ dicuntur singularia determinata: & sic vl'ia sunt magis ītelligibilia, cū intelligantur directius, ꝗ̄ particularia, quæ intelliguntur dumtaxat reflexe. Alio modo, possunt considerari per respectum ad particularia, quæ dicuntur minus vl'ia: sicut homo dr̄ quoddā particulare respectu animalis, & hoc dupl'r. Vno modo, loquēdo de cognitione confusa: & sic vl'ia sunt magis intelligibilia, vt patet.1.Phy. Alio modo, loquendo de cognitione determinata & distincta: & sic particularia sunt magis intelligibilia, & per consequens tali cognitione

Notādum. Vniuersale dupliciter. magis cognoscibilia. ℣ Considerandum est tñ ꝙ vl'e, potest adhuc accipi dupliciter. Vno modo complexe, videlicet pro propōne vl'i. Alio modo incōplexe, v₃ pro termino cōi prędicabili de pluribus, siue de multis. Primo modo, pōt accipi dupliciter, vt supra

D dcm̄ est. Vno modo prioristice, v₃ pro propōne vl'i vniuersalitate signi, & isto modo nihil ad propositū.

Propō particularis. Alio mō pōt accipi postetioristice, videlicet ꝓ propōne, in qua prædicatur propria passio de subto adęquato. E conuerso vero propō particularis pro propositione, in qua prædicat' propria passio de nō subiecto adęquato: & isto modo vl'e est magis scibile scīa demonstratiua & magis scibile, quia magis proximū intellectui, i. propositioni immediatę, cuius est intellectus & non scīa demonstratiua, vt satis supra declaratum est. Si vero accipiatur vl'e incomplexe, distinguendum est, vt supra in capite corporis articuli processimus. Et licet naturalia, quæ sunt minus scibilia, ꝗ̄ mathematica, sint magis demōstrabilia extensiue per plures videlicet cās, non autē intensiue, eo ꝙ mathematica sunt certiora, & notiora per vnum genus cāę, ꝗ̄ nālia per oīa genera cāę: licet ēt vl'ia sensu percipiātur per alterum, videlicet per singularia: tamen vl'e dr̄ intelligibile non sensibile, non quia non sentiatur, sed quia sub sua rōne formalis vniuersalitatis

E appręhendi nō potest nisi ab intellectu. ℣ Ad primū ergo & scdm̄ patet solutio ex dictis. ℣ Ad tertium dicēdum, ꝙ ens pōt accipi quadrupliciter, vt dicit Paulus Venetus.

Ens quadruplicit'. Vno mō in rōne entitatis, & isto modo singularia sunt magis entia ꝗ̄ vniuersalia participaliter accipiēdo ens. Secus autem si nominaliter accipiatur, vt supra declaratum est. Secundo modo in rōne subti, cui participialiter aliquid inhæret, & isto modo vl'e est magis ens, ꝗ̄ singulare, vel particulare. Quia vl'ia p se primo subijciunt' suis proprijs passionibus, non autē particularia primo: licet p se subijciant' hmōi passionibus, proprium.n. inest primo speciei, & p spēm indiuiduis f'm Porphyriū in Vl'ibus. Tertio modo in rōne obti mouentis vim cogitatiuam et terminantis actum intellectus, & isto modo vl'ia sunt magis entia, ꝗ̄ particularia, vt patet.1.Phy. Quarto modo in rōne mensuræ non solum perfectionis: sed etiam durationis, & immutationis. Et isto modo etiā vl'ia sunt magis entia, ꝗ̄ particularia, cū sint perpetua & æterna, non autē particularia: vñ loquendo de entitate, quæ ad rōnem cognitionis scientificę, & intellectiuę cōfert, vl'e est magis ens, ꝗ̄ particulare, & magis vnum indiuisum transcendenter loquendo.

F Lec.39. ℄ Quæstio.44. De comparatione demonstrationis affirmatiuę ad negatiuam: & est lectio.39. S.D.

AMPLIVS considerandum restat de pręeminentia demonstrationis affirmatiuæ ad negatiuam. ℣ Circa quod quæruntur duo. Primo, vtrum demōstratio affirmatiua sit potior & dignior negatiua.

Secundo, vtrum propositio affirmatiua sit potior, & notior negatiua.

℄ Seq' in Phō, & in.D.S. {Quod autē demfatio.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ demonstratio affirmatiua non sit potior negatiua.

Primum. ℣ Nam illa demonstratio est potior, quæ est magis p cām, vt in præcedenti cap. Phs dicit: sed demōstratio negatiua est hmōi, quod sic patet. ℣ Nam demonstratio negatiua est per cām remotā: sed cā remota est potior et magis cā, ꝗ̄ cā propria: vt in Phicis declaratur, et patet in quolibet genere cāę actualium inductiue: ergo demonstratio negatiua est potior affirmatiua.

Secūdum. ℣ Secundo præterea, syll's negatiuus est potior affirmatiuo: ergo demonstratio negatiua cum sit quidam syllogismus &c. est potior affirmatiua. Antecedēs patet, quia virtus syllogismi negatiui ad plura se

G extendit, cum habeat fieri in qualibet figura, quā virtus syll'i affirmatiui, cum non habeat fieri in scd'a figura, vt in libris Prior declarat: ergo &c. Tertio praeterea, nulla est demōstratio negatiua: ergo suppositū quaesiti est falsum. Antecedens patet. Nam vel talis demonstratio esset vniuersalis, vel particularis. Non primum: quia per talem demōstrationem, declaratur propria passio de ꝓprio subto & adaequato: ergo nulla demonstratio vniuersalis, vel particularis est negatiua. Sed ɔ̄ est Phylosophus in litera; ibi,

Tertium.

Qd' autē dem̄ratio affirmatiua priuatiua &c.

¶Respondeo dicendum, ꝙ istud est. 3. caplm huius noni tractatus, in quo Phs determinās de praeeminentia demonstrationis vl'is affirmatiuae supra negatiuā: ponit vnam conclusionem, quę est r̄nsiua ad q̄situm,

Conclusio videlicet ꝙ demonstratio affirmatiua est potior & dignior negatiua. Quam cōclonem ꝓbat Phs quinqꝫ rōnib⁹ fm deductionem. D.S. quarꝫ prima talis est.

Prima rō. Nam illa demonstratio est potior & dignior, q̄ paucioribus petitionib⁹, aut suppōnibus, aut propōnib⁹

H vtitur. Tum primo, quia velocius & appetibilius facit scire. Tum scd'o, qa ex notiorib⁹ procedit, sed demonstratio affirmatiua paucioribus vtitur, q̄ demōstratio negatiua, qualitatiue loquendo, non autē quātitatiue: qa vtraqꝫ ex duobus propōnibus, & trib⁹ terminis tm̄ procedit, sed demonstratio affirmatiua est tm̄ ex affirmatiuis, negatiua vero, tā ex affirmatiuis, q̄ negatiuis, cum ex puris negatiuis nihil sequit, & ex puris negatiuis nō sequat cōclo negatiua: ergo demonstratio affirmatiua potior est & dignior negati-

Scd'a rō. ua. Scd'a rō talis est, illa demōstratio est potior, quae ex efficacioribus procedit: sed dem̄ratio affirmatiua est hmōi, cum procedat ex duabus affirmatiuis, ex q̄bus pōt fieri syll's: ex duabus autē negatiuis nihil sequit: propōnes ergo affirmatiuę, ex quibus demōstratio affirmatiua procedit propositiones sunt efficacioris virtutis, q̄

Tertia. negatiuae: ergo &c. Tertia rō est ista, Nā illa demonstratio est potior & dignior, quae procedit ex notioribus & credibilibus, sed demonstratio affirmatiua est hmōi: ergo &c. Nam negatiua propō maxime probatur per affirmatiuam, & nō ecōuerso, sed illud per qd' aliquid demonstrat est credibilius, eo qd' ꝑ ipsum demonstratur: ergo propō affirmatiua ex qua. f. demonstratio affirmatiua procedit est notior, & credibilior

I propōne negatiua: ergo demonstratio affirmatiua ꝓcedit ex certioribus & credibilibus. Probatio maioris prosylli. Nam si augmentat demonstratio negatiua hoc est, si ꝓsyllogizent praemissę demonstrationis negatiuae, quod est augmētare dem̄rationem, plures accipient affirmatiuae, q̄ negatiuae. Nam ad ꝓsyllogizandum affirmatiuā accipient ambae affirmatiuę, & per ɔ̄s in demōstratione negatiua propōnes affirmatiuae maiorē efficaciam h̄nt ad probandū negatiuam

Quaest.i. q̄ econuerso. Sed dicet aliquis, ꝙ haec rō v̄r ɔ̄dicere primae, quę dicebat, ꝙ illa dem̄ratio est potior, quę

Respōsio. procedit ex paucioribus, Dicendum, vt dicit hic Egidius, ꝙ haec rō & prima loquitur hic equiuoce de pluralitate. Nā prima rō ex paucitate medioꝝ arguit dignitatem affirmatiuae, supposito autem numero medioꝝ ex pluralitate propōnū affirmatiuaꝝ arguit dignitatem, vel efficaciam propōnis affirmatiuae, & p

Quarta. ɔ̄ns dignitatem eius. Quarta rō est talis, Nā illa demonstratio est potior, q̄ procedit ex principijs potioribus, sed demōstratio affirmatiua est hmōi: ergo etc. Probatio medię, Quia mediū ex quo procedit demōstratio affirmatiua, est propō affirmatiua: principium

K vero a quo procedit demonstratio negatiua, est propositio negatiua, sed propositio affirmatiua ē potior negatiua, cum sit prior, sicut esse praecedit non esse, et notior, cum per affirmatiuam probet negatiua, & nō

Quaest.i. econuerso. Et si dicat haec rō v̄r esse idem, cū praecedentibus. v₃ ꝙ negatiua est minus nota, q̄ affirmati-

Respōsio. ua, Dicendum, ꝙ fm appraeh̄sionem intellectus n̄i vl'is affirmatiua immediata, quae est principiū demōstrationis affirmatiuae est prior & notior, q̄ ꝓpositio vl'is negatiua immediata, q̄ est principium demōstrationis negatiuae. Nam vt in Elenchis d̄r, in non esse includit esse, & in negōne includit dictio. i. affirmatio. Attēditur ergo prioritas fm ordinem intellectus in hac rōne, sed quantū ad ordinē syllogisticū negatiua habet probari p affirmatiuam, vt praecedens rō voluit, in qua attendit prioritas fm ordinē syllogisticū: vnde haec rō a praecedenti differt & non cum ea coincidit. Quinta rō est talis, Illud ex quo aliquid depēdet est nobilius eo, quod dependet, sed ex demōstratione affirmatiua depēdet negatiua, quia non potest esse negatiua demonstratio absqꝫ negatiua propōne,

L qa non probat nisi p affirmatiuā propōnem: ergo demōstratio affirmatiua est potior negatiua. Ad primū ergo ddm, ꝙ licet cā remota in eodē gn̄e cāꝫ sit magis cā, & efficacior fm virtutē q̄ ꝓxima: tn̄ cā ꝓxima est magis cā simpl'r. Inde est ꝙ effect⁹ magis assimilat cāę proximae, q̄ remotae, ēt posita cā proxima, ponit effectus, & non posita cā remota: vt in. 7. Diuinę Phię clarius disputat. Ad scd'm ddm, ꝙ licet syll's negatiuus sit potior extensiue, q̄ syll's affirmatiuus: tn̄ affirmatiuus potior est intensiue, vt satis declaratū est: vn̄ ratio laborat in equiuoco. Ad tertiū dicendum, ꝙ demōstratio negatiua pōt esse, tam vniuersalis, q̄ particularis. Non. n. semper in qualibet demonstratione vniuersali demonstratur de proprio subiecto, sed aliquādo remouetur ab opposito proprij subiecti: ergo etc.

¶Sequitur vbi supra in Phylosopho, & in. D.S. Impertinenter &c. Articulus. II.

AD SECVNDVM sic procedit. Videt ꝙ propō affirmatiua nō sit prior & notior propōne negatiua. Nam non esse praecedit esse, qa res anteqꝫ producantur in esse prius h̄nt non esse: sed propō negatiua indicat non esse, propō vero affirmatiua indicat esse: ergo propō negatiua prior ē ipsa propōne affirmatiua. Scd'o praeterea, compositiora sunt nobis notiora & priora, vt patet. 1. Phy. sed negatiua propō compositior est, q̄ affirmatiua, cū affirmatiuam includat, et non econuerso: ergo &c. Tertio praeterea, primū principium est notissimum & firmissimum, vt probatur. 4. Metaph. sed tale est propō negatiua, v₃ impossibile est idem simul esse, & non esse, vt ibidem patet: ergo propō negatiua est cunctis alijs propōnibus notior. Sed ɔ̄ est Phs, vbi supra praecipue in quarta rōne: ibi, ¶Amplius si principium &c. ℞ R̄ndeo dicendum, ꝙ q̄uis in vno, et eodem, quod de non ente ad esse procedit, non esse sit prius q̄ esse ēt tpe, vt voluit primum argumētum: tn̄ esse simpliciter est prius non esse. Cuius rō hic assignatur a. D.S. quia non entia non producuntur in esse nisi ab aliquo ente exn̄te in actu: ergo esse simpliciter praecedit non esse: vnde in. 9. Metaphy. d̄r ꝙ in vno & eodem generabili, & corruptibili potentia praecedit actum: prius. n. fuit Sortes in potentia, q̄ in actu esset. Simpliciter tamē actus praecedit potentiam. Nam cū de potentia nihil reducatur in actum nisi p actum: si actus non praecederet simpl'r potētiam, entia possent esse, si nihil actu esset, quod est absurdū dicere. Cū ergo esse se habeat ad non

Primum.

Secūdum. M

Tertium.

A ad non esse sicut actus ad potentiam, simplr esse præcedit nō esse. Et cum propō affirmatiua explicet esse, & propō negatiua nō esse, vt in libro Perihermenias patet: relinquitur ꝙ propō affirmatiua est prior negatiua, & cum de priorib⁹ prior sit speculatio, propō affirmatiua est notior q̄ sit negatiua. ¶Ad primū ergo patet solutio ex dictis. ¶Ad secundum dicēdum, ꝙ licet compositiora sint priora quo ad nos cognitione confusa:tn̄ simplr illa, q̄ sunt simpliciora sunt priora ordine nāq. ¶Ad tertium dicendum, ꝙ licet illud primū principiū fm vocem sit negatiuū, fm tn̄ significatum est affirmatiuū, vt ibidē clarius disputabitur.

Lec.40. ¶Quæstio.45. de cōparatione demonstrationis ośsiuæ ad ducentē ad impoſe: & est lect.40.S.D.

DEINDE considerandum restat de dignitate demonstrationis ostensiuæ. ¶Circa quod quæruntur duo. Primo, vtrum demonstratio ostensiua sit nobilior, & prior q̄ sit demōstratio ducens ad impoſe. Secundo, vtrū sit aliqua demſtatio ducēs ad impoſe.

¶Sequit in Pho, & I.D.S. ⟨Qđ qdē cathegorica.⟩

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ

B demonstratio ośsiua non sit potior demonstratione

Primum. ad impossibile. ¶Nam inter demonstrationem ośsiuam, & ad impoſe non est cōparatio, cū non sint eiusdem generis:ergo vna non est dignior & potior altera, quod est suppositum. ¶Secundo præterea, demōstratio ad impossibile est euidentior, q̄ sit demonstratio ośsiua:ergo est potior & dignior. Probatur aſis, quia fundatur immediate in primo principio, qđ est euidentissimum, Nam cōcludit aliquam propōnem esse verā, qa sua ɔ̄dictoria est falsa:lex.n. ɔ̄dictoriarū, fundatur in primo principio immediate: igitur &c. ¶Sed contra est Phylosophus in litera:ibi,

Secūdum.

Quod quidem cathegorica siue affirmatiua dignior sit priuatiua, manifestum est, & ad impossibile ducente, & cætera.

¶Respondeo dicendum, ꝙ istud est vltimum capitulum huius noni tractatus, in quo Phylosophus determinando de demonstratione ostensiua per respectū ad demonstrationem, quæ est ad impossibile quantū

Cōclusio. ad præeminentiam, ponit vnam conclusionem, quæ est responsiua ad quæsitū: videlicet ꝙ q̄libet demonstratio ostensiua est potior demonstratione ad impossibile, quæ probatur tali rōne Phylosophi fm.D.S.

C

Probatio. Nam illa demonstratio est potior et dignior, quæ procedit ex notioribus & priorib⁹, sed demōstratio ostēsiua est hmōi:ergo &c. Probatio minoris, Nam ꝙ demonstratio ostensiua affirmatiua sit ex prioribus, & notioribus, patet ex præcedentibus:ꝙ autem demonstratio ostensiua negatiua sit hmōi, patet. Nam præmissæ ex quibus inferuntur conclusiones, sunt naturaliter priores cōclusione: sed in ordine syllogistico demonstratio ostēsiua negatiua accipit fidem ex vna propōne negatiua maiore, quæ infert negatiuā conclusionem, a qua demonstratio ad impossibile fidem accipit, vt patet sic syllogistice ꝓcedendo, Nulla substantia est relatio, quoddam corpus est subā:ergo qđdam corpus non est relatio. Hæc est demōstratio ostēsiua negatiua, quæ fidem sumit ab illa maiore negatiua, videlicet Nulla substantia est relatio. Si quis vero negaret illam conclusionē, syllogizator acciperet op positam eius tacitam concessam, sic procedēdo ad impossibile, Omne corpus est relatio, ista est manifeste vera, quia opposita eius, siue ɔ̄dictoria per te est falsa, quam negasti, videlicet quoddam corpus non est relatio, sed omne corpus animatū est corpus: ergo omne corpus animatum est relatio, conclusio est manifeste falsa, ergo aliqua præmissarum:igitur &c. Ista demonstratio sumit fidem ab illa negatiua cōclusione, videlicet Quoddam corpus non est relatio, virtute legis ɔ̄dictoriarum, patet ergo ꝙ demonstratio ostensiua fidem sumit ex prioribus & notioribus, q̄ demon-

D

stratio ad impossibile, & per consequens est potior,

Notādum. & dignior, & nobilior. ¶Considerandum est secundum Phylosophum, ꝙ demonstratio ostensiua & ad impossibile conueniunt & differunt: conueniūt quidem in syllogismi ordinatione terminorum. Sed in hoc differunt, quia demonstratio ostensiua a prioribus fidem accipit, q̄ demonstratio ducens ad impossibile, vt dictum est. Quæ autem sit demonstratio ostensiua & ad impossibile in sequenti articulo declarabitur. ¶Ad primum igitur dicendū, ꝙ licet inter ea, quæ sunt diuersorum generum, non sit comparatio proprie dicta, cum talis comparatio simi litudinē ꝓprie dictā includat:tn̄ inter ea, bene est cōparatio cōiter accepta eodē modo quo inter ea reperitur similitudo. ¶Ad scdm dicendum, negando mino-

B

rem, propter rationem in corpore assignatam. Euidētior est.n. illa propositio, a qua fidem accipit demonstratio ostensiua, q̄ illa, a qua trahit fidem demonstratio ducens ad impossibile, vt dictum est.

¶Sequitur in Pho, & in. S. D. Impertinenter &c.

Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur

Primum. ꝙ nulla sit demonstratio ducēs ad impossibile. ¶Nā demonstratio procedit ex prioribus, sed syllogismus ad impossibile non procedit ex prioribus vel notioribus, vt in præcedēti articulo deductum est; ergo syllogismus ducens ad īpossibile non est syll's demōstratiuus, licet sit prioristicus. ¶Scdō præterea, quælibet

Secūdum. demonstratio procedit ex principijs veris, verū concludens, vt patet per diffinitionem demonstrationis superius adductam, sed demonstratio ad impossibile ex falso cōcludit impossibile:ergo idem quod prius.

Tertium. ¶Tertio præterea, omnis demonstratio est syllogismus, vt patet per diffinitionem primā demonstrationis:sed processus syllogisticus ducens ad impossibile non est syllogismus, cum non constet tantum ex tribus terminis, & duabus propositionibus, quod de se

F

Quartum. patet, quod tamē ad rationem syllogismi requiritur, vt patet.1.Priorum:ergo &c. ¶Quarto præterea, omnis demonstratio est vel propter quid, vel quia est, vt patet per Phylosophū supra, sed deductio ad impossibile ducēs, non est propter quid, neq; quia: cum non procedat per causam vel per effectum, quia nihil est causa vel effectus alicuius impossibilis: ergo nulla est demonstratio ducens ad impossibile. ¶Sed cōtra est Phylosophus, ostendens demōstrationem ostensiuā esse nobiliorem & potiorem demonstratione ducente ad impossibile. ¶Respondeo dicendum, ꝙ aliqua

Conclusio est demōstratio ad impossibile, videlicet illa, quę vnā præmissarum manifeste falsam accipit:cuius falsitate concluditur veritas sui oppositi cōtradictorij, vel ad falsitatem alterius præmissarum procedit ab ea, quæ est manifeste vera, vt patet sic syllogizādo. Siquis negat istā, Homo est risibilis, sumat suum oppositum, Et sic arguatur, Nullus homo est risibilis, omne aīal rationale est homo:ergo nullum animal rationale est risibile, conclusio est manifeste falsa:ergo aliqua præmissarum, non minor, cum diffinitum prædicetur de diffinitione:ergo maior, videlicet illa, Nullus homo est risibilis, ē falsa, Tūc sic, ista est falsa, Nullus homo

G

Corrolariū Triplex processus ī demōstra. ad impossi. est risibilis; ergo sua ꝯdictoria est vera: videlicet, Homo est risibilis, quæ fuit negata. ⁋Ex quo patet, ꝙ in demonstratione ducente ad impossibile est triplex processus. Primus est ab vna manifeste vera, cum altera falsa, ad cōclusionem manifeste falsam. Secundus, a falsitate conclusionis, ad falsitatem alterius præmissarum. Tertius, a falsitate alteri⁹ præmissarum, ad veritatem suæ oppositę, vt clarius patet in. 2. Priorum. Ostensiuæ vnus processus. ⁋Demonstratio vero ostensiua dicitur illa, in qua est vnus tantum processus a præmissis, videlicet ad conclusionem, sic arguendo, Omne animal rationale est risibile, sed omnis homo est animal: ergo omnis homo est risibilis. Discip. ⁋Sed instabat discipulus. Nam secundum Phylosophum in litera, Illud ex quo fit syllogismus: oportet ꝙ se habeat sicut totum ad partem, vel sicut pars ad totum, sed in deductione ad impossibile nihil est ꝙ se habeat sicut totum ad partem, vel econuerso, cum ipsius impossibilis nullum sit totum vel pars: ergo talis deductio non est syllogismus, & ꝑ cōsequens non est demonstratio, cum omnis demōstratio sit syllogismus. Respōsio. ⁋Dicēdum, ꝙ illud ex quo fit syllogismus, ꝓprie est medius terminus, vt dicit hic Egidius: medius autem terminus se habet ad extremitates, sicut totum ad partes, vel sicut pars ad totum. H. Nā in secunda figura medius terminus vtrobiqꝫ prædicatur: ergo se habet ad extremitates, sicut totum ad partes: prædicatum.n. habet ratiōnē totius respectu subiecti. In tertia vero figura vtrobiqꝫ subijcitur: igitur se habet sicut pars ad totum. In prima autē figura medius terminus in maiori habet, sicut pars ad totum cum ibidem subijciatur, i minori vero se habet, sicut totum ad partes, cum in ea prædicetur medius terminus: ergo terminus ex quo aliquid syllogistice infertur in quolibet syllogismo se habet ad extremitates, sicut totum ad partes, vel ecōuerso: licet ipsius impossibilis nō sit totum aut pars maxime in essendo, eius tamen potest esse totum & pars in inferendo: vnde argumentum nullum. Notandū primum. ⁋Considerandum est hic sc̄dm Egidium, ꝙ demonstratio ad impossibile semper facit fidem ex non esse, quia semper facit fidem interimendo conclusionem, interimere autem conclusionem, est conclusionem non esse: tamen non esse aliquando æquipollet affirmatiuæ, quia non esse negationem est affirmationem esse. Notādum secūdum. I ⁋Considerandum est vlterius, ꝙ sicut non cōcedenti verum oportet illud verum declarari per aliud verius, propter quod præmissæ dicuntur semper veriores & notiores conclusione: sic si aliquis concedat falsum, oportet ꝙ impugnet ducendo ipsum ad aliquid falsius. Et quia in demonstratione ad impossibile semper ex falsitate conclusionis probatur esse falsitas in aliqua præmissarū: oportet semper in omni tali demōstratione ꝙ cōclusio sit falsior q̄ præmissa. ⁋Ex quo patet, ꝙ semp syllogismi ad impossibile debent habere conclusionem falsam manifeste. ⁋Ad primum igitur dicendum, ꝙ illa diffinitio demonstrationis, datur de demōstratione ostensiua propter quid, & non de demōstratione communi: & per hoc patet solutio ad secundū. ⁋Ad tertium dicendum, ꝙ argumentum illud procedit de syllogismo simplici, in quo videlicet est vnus discursus: vnde laborat in æquiuoco. ⁋Ad quartum dicendum, ꝙ ista diuisio qua demōstratio diuiditur in demonstrationem propter quid & quia, est diuisio demonstrationis ostensiuæ, & non diuisio demonstrationis in communi: vnde non sequitur.

Lec. 41. ℭQuæstio. 46. De vnitate, ac diuersitate scientiæ, & dignitate, & est lectio. 41. Sancti Doctoris.

IDEO considerandum restat de effectu demonstrationis comparatiue, videlicet de scientia. ⁋Circa quod duplex occurrit consideratio. Nam primo cōsiderandum est de scientia per comparationē ad alias scientias. Secundo, considerandum est de scientia ꝑ comparationem ad alios cognoscendi modos. Quātum ad primum, duplex occurrit consideratio. Primo, considerandum est de comparatione scientię ad scientiam secundum certitudinem, vnitatem, & pluralitatem. Secundo, de his quorum est scientia obiectiue. Tertio, de principijs demonstratiuis in cōmuni. ⁋Circa primum quæruntur tria. Primo, vtrum vna sc̄ia sit altera dignior. Secūdo, vtrū sc̄ia accipiat vnitatem a suo subiecto. Tertio, vtrum scientia accipiat diuersitatem a diuersitate principiorum. K

ℭSequit in Pħo, & l. D. S. {Sc̄ia autē certior &c.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ vna scientia non sit dignior altera. ⁋Nam sc̄ietia nō suscipit magis, neqꝫ minus: ergo scientia vna non est dignior altera. Antecedens patet, Nam susceptio magis, & minus causatur in deputatione contrarij a contrario vel permixtione vnius cum altero, vt Themistius deducit in præsenti: sed in prima specie qualitatis, in qua est scientia, cum sit habitus, non est contrarietas, vt ibidem per Phylosophum patet: ergo &c. ⁋Secundo præterea, si vna scientia esset dignior altera, maxime illa esset dignior, quæ dicit propter quid, & q̄a: q̄ illa, quæ dicit quia separatum a propter qd, vt vult Phylosophus hic in prima rōne: sed hoc non potest dici, quia sic Sacra Theologia nō esset dignior cęteris, cum non dicat propter quid, potissime de suo subiecto, cum nō habeat causam aliquam: igitur vna scientia non est dignior altera. ⁋Sed contra est Phylosophus in præsenti. c. ibi, {Scientia autem est certior &c.} ⁋Respondeo dicēdum, ꝙ iste est decimus tractatus, siue vltimus huius primi Posteriorꝝ, in quo Phylosophus determinat comparatiue de effectu ipsius demonstrationis, qui est scientia postq̄ determinauit comparatiue de demonstratione, videlicet per respectum ad alteram, in quo quidem tractatu continentur quattuor capitula. In primo capitulo determinat de scientia quantum ad tria, videlicet ad vnitatē, certitudinem, & diuersitatem. In secundo vero capitulo: ibi {Quod autem quod est a fortuna &c.} Determinat de his, quorum est sc̄ietia obiectiue. In tertio vero determinat de principijs, ostendendo ꝙ non omnium demonstrationum sunt eadem principia: ibi {Eadem autem principia &c.} In quarto autē determinat de scientia comparatiue ad alios habitus cognoscitiuos: ibi {Scibile autem & scientia &c.} ⁋In primo capitulo Phylosophus ponit tres principales conclusiones, de quarum duabus vltimis videbitur in sequentibus articulis. ⁋Prima vero cōclusio quæ est responsiua ad quæsitum talis est, videlicet ꝙ vna scientia est nobilior, siue dignior altera. ⁋Hæc conclusio probatur tali ratione secundum Phylosophum. Nam illa scientia est altera dignior, quę est certior & prior, vt deducit in prohemio de Anima, sed vna scientia est altera certior, quod probat Phylosophus tribus rationibus: quarū Prima talis est, Illa scia est prior & certior, quę facit scire quia, et propter qd, q̄ ea quæ facit scire quia, separatum a propter quid, a fine enim res denominari habet, sed aliqua scientia facit scire quia, & propter quid, vtputa scientia subalternans: aliqua facit scire quia, & nō propter quid, sicut scientia subalternata: ergo vna scientia est prior & certior

Primum. L Secūdum. Respōsio. M Cōclusio. Probatio.

A ℞ certior altera. ¶ Secunda ratio eſt talis, Illa ſcientia quæ eſt de non ſubiecto. i. de materia nõ ſenſibili, eſt prior et certior illa quę eſt de ſubiecto, ſed aliqua ſcīa eſt de non ſubiecto, ſicut Metaphyſica, aliqua vero de ſubiecto, ſicut Muſica, quæ eſt de numero ſonoꝝ: ergo aliqua ſcīa eſt prior & certior altera, ſicut Arithmetica eſt prior & certior Muſica: prior quidẽ, quia Muſica vtitur pricipijs arithmeticis ad aliud: certior autem, quia incertitudo cauſatur propter tranſmutabilitatem materię ſenſibilis: vnde quanto magis acceditur ad eam, tanto ſcientia eſt minus certa. ¶ Tertia ratio talis eſt, Nam illa ſcientia, quæ eſt de paucioribus, vt patet primo Metaphyſicæ, eſt prior & certior ea, quę ſe habet ex appoſitione ſiue additione. Simplicia. n. priora ſunt & certiora ſm viã compoſitionis, ſed aliquæ ſcientiæ ſunt huiuſmodi. Geometria. n. ſe habet ex additione ad Arithmeticam. Nam punctus de quo eſt geometria addit ſupra vnitatem, de qua eſt Arithmetica, poſitionem in continuo, vt in præſenti patet. Nam punctus eſt quoddam indiuiſibile in continuo abſtrahens ſecundum rationem a materia ſen-

B ſibili. Vnum autem abſtrahit a materia ſenſibili, & intelligibili: vnde Arithmetica certior eſt ipſa Geometria. Relinquitur ergo ꝙ propter tres gradus certitudinis vna ſcientia ſit dignior altera. ¶ Conſiderandum eſt hic ſecundum. D. S. ꝙ comparatio ſcientiarum accipitur tripliciter. Nam primus modus accipitur ſecundum ꝙ cauſa eſt prior & certior ſuo effectu. Alij autem duo modi accipiuntur ſecundum ꝙ forma eſt certior materia, vtputa quia forma eſt principium cognoſcendi materiam, cum materia non cognoſcatur niſi ſecundũ analogiam ad formam, vt patet. 1. Phyſicorum, ſed vt dicitur. 7. Metaphyſicæ duplex eſt materia. Vna quidem ſenſibilis: ſecundum quam accipitur ſecundus modus ſecundæ, videlicet rationis iam adductæ. Alia vero eſt materia intelligibilis. ſ. ipſa continuitas: & ſecundum hanc accipit tertius mod⁹, ſiue tertia ratio, & propter hoc patet diſtinctio harum trium concluſionum vel rationũ, qualiter dignitas ſcientiæ dependet a dignitate obiecti, ſiue rei conſideratæ: aut a certitudine modi conſiderandi, aut vtroq; modo, vt deductum eſt, et deduci debet in prohemio de Anima. ¶ Ad primũ ergo dicendum, ꝙ ſcientia ſuſcipit magis & minus extenſiue & intenſiue, vt in prima parte ſummæ Diuinę Phyloſophiæ declaratur in libro de Quones, videlicet lib. 5.

C vnde in habentibus contrarium intenſio & remiſſio formæ attendit ſecundum depurationem contrarij a contrario: vel ſecũdum permixtionem vnius cum altero. Albius. n. dicitur quod eſt magis & impermixtius, vt patet in Topicis: vnde in non habentibus cõtrarium formæ, quæ ſortiũtur ſpeciem ab aliquo extrinſeco, ad quod ordinantur, ſuſcipiunt magis & minus, ſiue intenduntur & remittũtur, ſecundum acceſſum ad aliquem terminũ vel receſſum ab eo, aut etiã ex diſpoſitione ſubiecti, conceſſa tamen maiore non valet conſequentia: quia licet homo, nõ ſuſcipiat magis & minus: tamen eſt dignior aſino, vt patet de ſe. ¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ cæteris paribus, illa, quę docet propter quid et quia, dignior eſt illa, quę docet: quia tantum: nec eſt inſtantia de Theologia, & alijs ſcientijs. Quia Theologia eſt dignior, propter dignitatem obiecti, & propter certitudinẽ modi addiſcendi. Traditur. n. per Diuinam Reuelationem; quę falli nõ põt, ſicut põt rõ humana: ergo Theologia Sacra oĩbus alijs ſcientijs humanitus inuẽtis dignior eſt. Dr etiam vna ſciẽtia dignior altera, ſecundũ Albertum, aut propter demonſtrationem, quæ certior eſt: aut ex ſubiecto, ex eo ꝙ mirabili⁹ eſt: aut ex eo ꝙ ſimplici⁹. ¶ Ex eo quidem, ꝙ mirabilius dupliciter, quia eſt ſubalternans, & non ſubalternata: vel quia non ex appoſitione eſt ſe habens ad alteram, quæ ex appoſitione ſe habet ad ipſam. Hæc ille.

Noтãdum. Cõparatio ſciẽtiarum tripliciter.

Materia duplex.

Vnã ſcien tiã alia di gniorẽqua dupliciter

D

¶ Sequit in Pħo, & in. D. S. Deinde, cũ dicit, {Vna autem ſcientia &c.} Articulus ſecundus.

AD SECVNDVM ſic procedit. Videt ꝙ vna ſcientia non accipiat vnitatem a ſuo ſubiecto.

Primum. ¶ Nam ea, quæ in diuerſis prædicamentis ponuntur genere diuerſa ſunt, vt patet. 5. Metaph. ſed tamẽ conſtat, ꝙ pertinent ad conſiderationem vnius ſcientiæ: ergo vnitas ſcientiæ non eſt ex vnitate rei conſideratæ, ſiue ex vnitate generis ſcibilis.

Secũdum. ¶ Secũdo pręterea, Metaphyſica eſt ſcientia vna, vt patet. 4. Metaph, licet ſubiectum eius, videlicet ens non ſit vnum, cũ dicat Porphyrius, Siquis omnia entia vocet æquiuoce inquit nuncupabit, & non vniuoce: ergo &c.

Tertium. ¶ Tertio præterea, Logica, & Metaphyſica ſunt diſtinctæ, & plures ſcientiæ, & tamen idem genus ſcibile conſiderant, videlicet ens in communi, vt patet etiam. 4.

E Metaphy. igitur &c. ¶ Sed contra eſt Phyloſophus, in præſenti capitulo: ibi {Vna autem ſcientia &c.}

Cõcluſio. ¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſecunda concluſio huius capituli, quæ eſt reſpõſiua ad quæſitum, eſt iſta, Vnitas ſcientiæ denominatur ab vnitate generis ſcibilis, ſiue generis ſubiecti, quod dicitur ſubiectum attributionis, ſiue ſubiectum ſcientiæ.

Probatio. Quæ concluſio probatur tali ratione ſecundum. D. S, Nam vnitas cuiuſlibet motus maxime ex fine conſideratur, vt patet. 5. Phyſicorum, ſed proceſſus cuiuſlibet ſcientię eſt quidam motus rationis: ergo vnitas ſcientiæ conſideranda eſt, & attendenda ex fine, ſiue ex termino ſcientię. Cuiuſlibet autem ſcientię, ſiue terminus, ſiue finis eſt genus ſcibile, circa quod eſt ſcientia. In ſciẽtijs enim ſpeculatiuis, nihil aliud quęritur, q̃ cognitio generis ſubiecti. In practicis autem ſcientijs, intẽditur intentio ipſius generis ſubiecti, vt patet. 2. Metaphyſicæ. Sicut in Geometria intenditur, quaſi finis cognitio magnitudinis, quę eſt ſubiectum geometrię. In ſcientia Ædificatoria intenditur tanq̃ finis conſtructio, ſiue conſtitutio ipſius domus, quæ eſt huius artis ſubiectum. Relinquitur ergo, ꝙ cuiuſlibet ſcientiæ vnitas ſecundum vnitatem ſubiecti eſt attendẽda, quod fuit probandum,

F Sicut vnius generis vnitas eſt cõmunior, q̃ alterius, vtputa entis, ſiue ſubſtãtię, q̃ corporis, ſiue entis mobilis: ita etiam vna ſcientia eſt cõmunior, q̃ alia: ſicut Metaphyſica, quæ eſt de ente, ſiue de ſubſtantia communior eſt, q̃ Phyſica, quæ eſt de corpore mobili, Hæc omnia. D. S. in lec. qui hic loquitur de ſubiecto pħicę, ſecundum opinionem illorum, qui poſuerunt corpus mobile eſſe ſubiectũ Phyloſophiæ naturalis, vt patet primo Phyſicorum, quã nondum reprobauit: vel loquitur de ſubiecto ſpeciali ſcientiæ, & non de ſubiecto communi, ſiue attributionis.

Notãdum primum. 2. cõdõnes vt aliquid ſit ſubm in ſcientia. ¶ Conſiderandum eſt hic ſecundum Phyloſophum, ꝙ duæ conditiones requiruntur ad hoc, ꝙ aliqua poſſint eſſe genera ſubiecta, de quibus eſt ſciẽtia: quarum Prima eſt, ꝙ componantur ex aliquibus primis principijs. Illa enim, de quib⁹ habet ſcientia per ea quæ ſunt priora ſimpliciter ſunt compoſita, ſecundum ſe ex aliquibus priorib⁹. Illa vero, de quibus habetur ſcientia per poſteriora ſimpliciter prima: tamẽ ſiue priora quo ad nos, & ſi in ſeipſis ſint ſimpliciora, ſicut Deus, & ſubſtantiæ ſeparatæ: ſecundũ tamen ꝙ in noſtra cognitione accipiuntur, cõponuntur ex

G Duplicia principia subiecti.

aliquibus primis, quo ad nos. ☞Ex quo colligi potest ꝙ duplicia sunt principia alicuius generis subiecti, videlicet principia essendi, quę sunt priora simpliciter: & principia cognoscendi, quæ non sunt semper priora simpliciter, sed quo ad nos: Phylosophus tamen videtur hic magis loqui de his, quæ possunt esse genera subiecta in scientijs specialibus, siue inferioribus, ꝙ de alijs &c. Ratio autem, quare genus subiectum debet habere principia, est ista, Quia processus scientiæ (vt dictum est) consistit in quolibet motu rationis discurrētis ab vno in aliud, omnis autem motus a principio quodam procedit & ad aliquid terminatur: vnde oportet ꝙ in ꝓcessu scientiæ ratio procedat ex aliqbus primis principijs. Si ergo sit aliqua res, quę non habeat principia priora, ex quibus ratio ꝓcedere possit, eius non potest esse scientia, secundum ꝙ hic accipitur scientia, videlicet prout est effectus demonstrationis. Quamobrem de substantijs separatis nō sunt aliquæ scientiæ speculatiuæ, quantum ad quod quid est. Hæc omnia. D. S. Secunda cōditio est, ꝙ talia habeant partes subiectiuas integrales & proprias passiones de eis, & suis partibus demonstrabiles per se: per partes autem integrales alicuius generis scibilis secūdum, D. S. in quæstionibus super Boethum de Trinitate intelliguntur omnia illa, per quæ deuenimus in cognitionem ipsius generis subiecti. ☞Cōsiderandū est vlterius secundum Egidium, ꝙ scientiā esse vnius generis subiecti, nihil aliud est ꝙ eam esse vnius scibilis generis, per quod solum excluditur æquiuocatio. Nam genus scibile est plus, ꝙ genus prædicabile. Nā analogia entis impedit genus prædicabile. Ens enim quod est analogum ad decem prædicamenta, non est genus ad illa, talis tamen analogia nō impedit genus scibile, aliter Metaphysica, quæ est de ente in communi, secundum ꝙ est ens, vt patet. 4. Metaphy. non esset scia vna: dicif ergo ꝯsir genus scibile, genus subiectum & non genus prædicatum pp rationem adductam. ☞Considerandum est vlterius secundum eundem, ꝙ quattuor conditiones eliciuntur hic a Phylosopho, quæ requirūtur ad hoc, ꝙ aliqua scientia dicatur vna. Quarum Prima est vnitas generis subijcibilis. Secunda est identitas primorum principiorū. Tertia ꝙ habeat per se partes. Quarta ꝙ habeat per se passiones. Per primam excluditur æquiuocatio. Nam ęquiuocorum secundum ꝙ æquiuoca sunt, nō est scientia vna. Per secundam excluditur diuersitas considerationis. Ad vnitatem enim scientiæ requiritur vnius rationis consideratio. Nam de eodem subiecto puta de corpore possunt diuersæ scientiæ considerare, vt Naturalis, & Metaphysica secūdum diuersas rationes formales considerandi. Sed per tertiam considerationem remouetur vnitas scienię subalternantis cum subalternata, quæ non habent easdē partes per se. Ex quarta vero consideratione excluditur consideratio eorum, quæ per accidens generi subijcibili conueniunt. Ad vnam enim & eandem sciētiam non spectat considerare nisi ea, quę sunt per se. Ea. n. quæ sunt per accidens, inquantum huiusmodi non cadunt sub consideratione scientiæ, vt patet. 6. Metaphysicę: tamen ea quæ sunt per accidēs vnius scientiæ possunt esse alterius scientiæ per se, quod patet ē in sensibilibus. Sapor enim per accidens comparatur ad visum, per se comparatur ad gustum: ideo illa, quę respiciunt per accidens subiectum vnius scienię, possunt esse de consideratione per se alterius scientiæ, vt multa sunt per accidens corpori mathematico, de qbus per se Geometria non considerat, quæ tamē sunt

Cur subm scię habeat principia.

Secūa conditio.

H

Notādum secūdum.

Notādum tertium. Quattuor reqsita vt sit scientia vna.

I

per se corporis naturali, de quibus pōt per se considerare Phīca. Secundum Egidius. Inter prædictas autem conditiones, vt idem infert, secunda est formalior, videlicet ꝙ debent esse eadem principia. i. eadem formalis consideratio. Tota enim ratio, quare scientia est vna est quia considerat omnia secundum vnam considerationem formalem considerandi, quod est considerare omnia secundum eadem principia prima, nōqꝫ dem prima extra genus, quia talia sunt omnibus communia: sed secundum principia, quæ sunt prima secūdum propriam considerationem scientiæ alicuius. ☞Ex prædictis elici potest, ꝙ vnitas scientiæ non sumitur ab vnitate materiali obiecti sed formali: non quidem naturæ, sed ab vnitate rationis formalis considerationis. Multa. n. quæ genere naturę formaliter & specifice differunt: pertinent ad considerationem vnius scientiæ secundum ꝙ conueniunt in vna rōne formalis cōsiderationis, vt infra clarꝰ patebit. ☞Ad primum ergo patet solutio ex prædictis. ☞Ad secundum dicendum, ꝙ licet ens non sit vnum vnitate vniuocationis: est tamen vnum vnitate analogię, sicut attributionis, quod sufficit ad vnitatem specificā scientiarum, vt in primo Metaphysicæ ad longum disputatum est: vbi habetur qualiter de diuersis, & disperatis cōclusionibus habetur vnus habitus specificus de genere qualitatis, & non vnus habitus vnitate aggregationis, sicut est vnitas aceruí lapidum. Ad auctoritatem vero Porphyrij dicendum ꝙ accipit ibi æquiuocum largo modo, videlicet pro omni eo, quod nō mere vniuocum est. Sic analogum, vel ens dicit æquiuocum, siue autē ibi loquatur de ęquiuocatione Physica, aut Logica, nihil ad propositum. ☞Ad tertiū patet solutio de dictis, quia licet Logica, & Metaphysica ens in communi considerent, non tamen illud cōsiderant secundum eandem rationem: Logica enim secundum rationē rationabilitatis: Metaphysica vero fm rōnem entitatis. Ad eadem etiam se extendūt, diuersis tamen rōnibus: vñ impeditur scię vnitas. ☙Sequitur in Phō, & in. D. S. ibi, Deinde, cū dicit, {De scientia &c.} Articulus tertius.

Correlariū

L

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ diuersitas scientiarum non sit sumenda a diuersitate principiorum. ☞Nam ab eodem aliquid accipit vnitatem & pluralitatem, siue identitatem et diuersitatē, sed vnitas scientiæ attenditur ab vnitate generis subiecti, vt deductum est: ergo diuersitas attendenda est ab obiecto, siue a genere scibili, & non a principijs. ☞Secundo præterea, scientia accipit vnitatem a suo subo, videlicet ab anima, a qua & in qua habet suum existere: ergo ab ea accipit vnitatem & pluralitatem, quia vt patet. 2. Metaph. ab eo habet aliqd, ꝙ sit ens, & ꝙ sit vnum ens. ☞Tertio præterea, in vna & eadē scientia vt patet in Geometria, & Metaphysica considerantur plura & diuersa principia: ergo diuersitas scientiarum non sumitur ex diuersitate principiorū. Aliter vna scientia esset plura, & per consequēs non vna quod implicat: ergo quæsitum falsum. ☞Sed cōtra est Phylosophus in pręsenti capitulo: ibi {Altera autem scientia &c.} ☞Respondeo dicendum, ꝙ tertia cōclusio huius capituli, quæ est responsiua ad quęsitum, talis est, Diuersitas sciētiarum sumitur a diuersitate principiorum: ita videlicet ꝙ principia diuersarum scientiarum sic se habeant, ꝙ principia vnius scientiæ non procedant ex principijs alterius sciētiæ, neqꝫ ambarum scientiarum principia, procedāt ex aliquibus principijs prioribus, quia siue procederent ex eisdem principijs, siue alia ex alijs non essent diuersæ scientiæ,

Primum.

M Secūdum.

Tertium.

Cōclusio.

A scientiæ. Prædicta autem conclusio probatur signo ẽm Phm. Nam ꝙ scientię sint alteræ inter se ẽm prima principia, signum hoc est, ꝙ cum perueniatur resoluẽdo ad prima principia, quæ sunt indemõstrabilia, debent esse eiusdem generis, cum his, quæ demonstrantur. Non.n. vt ostẽsum est, ex alio genere in aliud genus habet demonstrantem demonstrare. Ex quo patet, ꝙ quia indemonstrabilia principia & ea, quæ demonstrantur, debent esse eiusdem generis: vnitas illa debet esse vnitas generis scibilis, inquantum scibile. Ex quo accipitur vnitas scientię & principiorum, & secundum ꝙ principia sunt diuersa accipitur scientię diuersitas: sibi.n. mutuo correspondent. Dicere ergo sciẽtias diuersitatem accipere a diuersitate principiorum, & dicere eas accipere diuersitatem a diuersitate formali generis scibilis: idẽ formaliter loquendo est.

Notãdum primum. Considerandum est hic ẽm Phm. ꝙ vna & eadẽ cõclusio formaliter potest demõstrari a diuersis vel per diuersa media, quæ sumuntur ex eadẽ coordinatione generis scibilis. i. ẽm eandẽ rõnem cognoscibilitatis: vna vero cõclũo eadem mãliter, diuersa tñ formaliter, põt demonstrari per plura media, sumpta ex diuersa coordinatione, & nõ est intelligendũ in eadẽ sciẽtia:

B sed in diuersis. Diuersa.n. media, a diuersa coordinatione generis scibilit sumpta, ad diuersas sciãs ptinẽt: vt patet p concl̃ones.

Notãdum secũdum. Considerandum est ẽm. D.S. ꝙ mãlis diuersitas obiecti non facit vel causat diuersitatem habituum: sed solum diuersitas formalis sumpta ẽm diuersam rõnẽ formalẽ cognoscibilitatis. Cũ vero scibile sit ppriũ obm sciẽ, non diuersificabunt sciẽ ẽm diuersitatem mãlem scibilium: sed ẽm diuersitatem eoꝶ formalẽ. Sicut autẽ rõ formalis visibilis sumitur a lumine, per quod color vr̃: ita formalis rõ sũmit̃ ẽm principia, ex quibus aliquid scit̃. Et ideo quãtacunqꝫ sint aliqua diuersa scibilia ẽm suam nãm, dũmodo per eadem principia sumant̃, pertinent ad vnã sciam, quarum non erunt iam diuersa, inquantũ sunt scibilia. Sunt.n. scibilia p sua principia, sicut patet de Vocibus: quia voces humanę multũ differũt ẽm suã nãm a sonis inanimatoꝶ corporũ. Sed tñ quia secundum eadem principia attenditur consonantia in vo-

C cibus humanis & sonis inanimatoꝶ corpoꝶ: eadem est scientia Musica, quę de vtrisqꝫ considerat. Si vero sint aliqua genera scibilia eadem ẽm nãm, & tñ p diuersa media considerãtur: manifestum est ꝙ ad diuersas scientias pertinent, sicut corpus mathematicũ nõ est ẽm suam naturam separatum subiecto a corpore naturali, qa tñ Corpus mathematicum cognoscit̃ per quantitatis principia, Corpus autem naturale p principia motus: non est eadem scia naturalis, & geometria: patet ergo ꝙ ad diuersificandum sciẽtias sufficit diuersitas principiorũ quã comitat̃ necessario diuersitas generis scibilis. Ad vnitatem vero simplr̃ vtrunqꝫ requiritur, videlicet vnitas subiecti et vnitas primoꝶ principiorum, non quidẽ primoꝶ simplr̃: sed primorum in aliquo genere scibili. Hæc ille.

Notãdum tertium. Considerandum est vlterius ẽm. D.S. ꝙ genera scibilium distinguuntur ẽm modũ cognoscendi diuersum. Sicut alio modo cognoscuntur ea, quæ diffiniũtur cũ materia, & ea quę diffiniuntur sine materia: vnde aliud genus scibilium est corpus naturale, & corpus mathematicum: vnde sunt diuersa prima principia vtriusqꝫ generis, & per consequens diuersę scientię, & vtrunqꝫ horum generum distinguuntur in diuersas species scibilium secundum diuersos modos, & rationes cognoscibilitatis. Ad primũ ergo patet solutio ex dictis. Ad secundum dicẽdum, ꝙ accipit vnitatem & plu-

D ralitatem, sicut & entitatem a subiecto inhęsionis qd est animat; sed vnitatem & diuersitatem specificam accipit ab obiecto, siue genere scibili, vt declaratũ est. Ad tertium dicendum, ꝙ in eadem scientia nõ possunt considerari plura prima principia diuersa formaliter, videlicet secundum diuersas rationes formales cognoscibilitatis. Diuersitas autem scientiarũ sumenda est a diuersitate formali consideratorum, vt declaratum est. Vna etiam conclusio formaliter eadẽ non potest demonstrari p plura media. i. principia formaliter diuersa, licet vna conclusio materialiter eadem per diuersa media possit demonstrari, vt patet de ista conclusione, Omne quod delectatur trãsmutatur, sic demonstrando, Omne quod quiescit transmutatur, quia eiusdem est quies & motus, sed omne quod delectatur quiescit, quia quies in bono desiderato causat delectationem: ergo omne quod delectatur transmutatur. Secundo sic, Omne quod mouetur transmutatur, omne quod delectatur mouetur, quia delectatio est quidam motus appetitiuæ potentiæ: ergo omne quod delectatur transmutat̃. Quod autẽ omne quod

E delectatur moueatur est secũdum opinionem Platonis, & habet locum in delectationibus sensibilibus, quæ sunt cum motu: sed ꝙ omne quod delectat̃ quiescit, hoc etiam verum est secundum opinionem Aristotelis, vt patet septimo & nono Ethicorum, & hoc loquendo de delectationibus intelligibilibus. Hæc omnia Doct. Sanct. secundum Phylosophum circa finem lectionis præsentis.

Quæstio. 47. De cognitione eorum, quę fiunt a casu, & est lectio. 42. Sancti Doctoris. Lec. 42

LOGICÆ considerandum restat de his, quorũ est, & quorum non est scientia obiectiue. Circa qd̃ quæruntur duo. Primo, vtrum eorum, quæ a casu fiunt & fortuna, possit esse scientia aliqua demonstratiua. Secundo, vtrum eorum, quæ cognoscunt̃ per sensum possit esse aliqua scientia demonstratiua.

Sequitur in Phylosopho, et in. D.S. Eius autem quod est a fortuna. Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ eorũ quæ a casu fiunt & a fortuna sit scientia demonstratiua. Nam de casu & fortuna habetur sciẽtia demonstratiua, cum diffiniantur, vt patet secundo Phy- Primum. F sicorum, diffinitio autem est medium demonstrationis: ergo eorum quæ sunt a casu & a fortuna est scientia demonstratiua, quia de effectibus habetur sciẽtia, de quorum causis potest haberi scientia demonstratiua. Secũdo præterea, eorum quę fiunt, vt frequẽter Secundũ. habetur scientia, vt dicit hic Phylosophus. Similiter eorum, quæ fiunt raro habet̃ scientia, vt patet de eclypsi solis, & lunæ: ergo eorum quæ fiunt a casu habet̃ scientia dato ꝙ raro fiant. Tertio pręterea, quorum Tertium. est demonstratio est scientia demõstratiua; sed ipsius fortunæ est demonstratio, vt patet, sic demõstrando, Omne agens effectum non intentum est causa per accidens, sed fortuna est huiusmodi: ergo fortuna est causa per accident. Sequitur ergo ꝙ de fortuna & his quæ a fortuna fiunt potest esse scientia demonstratiua. Sed contra est Phylosophus in præsenti capitulo. Eius autem quod est a fortuna &c. Respon- Respõsio. deo, dicendum ꝙ istud est secundum capitulum huius decimi tractatus, in quo Phylosophus determinando de his, quorum est vel quorum non est scientia ponit duas conclusiones, inferendo tria correlaria de quorum secunda, & correlatijs videbitur in secundo articulo. Prima vero conclusio, quę est respon- Cõclusio. siua ad quæsitum est talis, videlicet ꝙ eoꝶ quæ a ca-

G su vel a fortuna fiunt, nō est scientia demonstratiua: quæ conclusio probatur tali rōne, fm Phm, &c. D.S.

Proba Nam talium non potest esse demonstratio: ergo eorū non potest esse scientia demonstratiua. consequentia patet, quia scientia demonstratiua non potest causari in nobis, nisi per demonstrationem, vt patet per primam eius diffōnem. Probatio antecedētis. Nā syllogismus demonstrationis aut procedit ex propōnibus necessarijs, aut ex propōnibus quæ sunt veræ, vt frequēter: sed ex oībus propōnibus necessarijs, sequitur cōclusio necessaria, vt probatum est. Ex propōnibus autem quæ sunt verę, vt frequenter, sequitur conclusio, quæ est vera, vt frequenter vel forte necessaria, secundum φ ex contingenti potest sequi necessarium, sicut ex falso verū. Nunq̄ autem ex propōnibus, quę sunt verę, vt frequenter, sequitur propositio vel conclusio, quæ est vera, vt in paucioribus. Aliter præmissę aliquando essent verę cōclusione exñte falsa quod est impossibile, vt ēt supra ostensum est, necesse est ergo φ cōclusio demonstrationis, vel sit necessaria, vel sit vera, vt frequenter. Sed ea, quæ fiūt a casu vel a for

H tuna, neq; sunt necessaria, neq; sunt vera, vt frequenter, sed vt in paucioribus, vt patet. 2. Physicorum: ergo eorum, quæ sunt a casu, vel a fortuna non pōt esse demōstratio, quod fuit antecedens probandū, & per

Quæst.ta. consequens neq; scientia demōstratiua. ☞Et si arguit per diffōnem scire, φ illud, quod scitur est impossibile aliter se habere, & per consequens est necessariū: ergo de his, quæ sunt, vt frequēter non potest esse scientia demonstratiua. Vnde ait Boethus, Sciētia est eorum, quæ immutabilem subām, siue entitatem subse

Respōsio. quuntur. ☞Dicendū, vt dicit hic, D.S. φ de his, quæ sunt, vt frequenter, conuenit esse demonstrationem, inquātum in eis est aliquid necessitatis: necessarium autem, vt habetur. 2. Physicorum. Aliter est in naturalibus, quæ sunt vera, vt frequenter, & deficiunt in minori parte. Et aliter in Mathematicis sciētijs, siue disciplinis, in quibus est necessitas a priori, in naturalibus autem a posteriori, quę tñ sumitur ab eo, quod est fm naturam. s. a fine, & forma: vnde sic docet Aristo. ostendere pp quid, vt si hoc debeat esse puta φ oliua generetur, necesse est hoc præxistere. s. semen oliuæ, nō autem ex semine oliuæ generatur oliua ex ne

I cessitate, quia potest impediri generatio per aliquam corruptionem: vnde si fiat demonstratio ex eo quod est prius in generatione non concludet ex necessitate nisi forte hoc ipsum esset necessarium, semē oliuæ, vt frequenter esse generatiuum oliuæ, quia hoc facit secundum proprietatem suę naturę, nisi impediat. Hęc ille. Eorum ergo, quæ fiunt, vt frequenter potest esse demonstratio & scientia, inquantum in eis aliqd necessitatis reperitur, a quibus etiam valet demōstratio arguēdo ab esse causę ad posse effectus, vt deducit hic Ægidius. Ex quo patet solutio ad argumentum factū. ☞Ad primum ergo dicendū, φ de fortuna, vt est per accidens absolute loquendo, non est scientia, neq; de fortuitis, vt fortuita sunt: de eis tamen potest esse diffinitio, atq; demonstratio, siue sciētia demonstratiua, inquantum in eis aliquid per se, aut de necessitate inuenitur. Et hoc est in vniuersali considerando. Secus autem si in esse particulari considerentur, vt clarius disputatum est in secundo Physicorum. ☞Ad secundum dicendum, φ licet eclypsis solis, aut lunæ raro fiant quantum ad tempus: semper autem fiunt quantum ad causam, posita enim eorum causa semper ponuntur. ☞Ad tertium patet solutio ex responsione ad primum data.

☞Sequitur in Phylosopho. & in. D.S. ibi, Deinde, cum dicit ⌠ Neq; per sensum. ⌡ Articulus. II.

K AD SECVNDVM sic procedit. Videt φ singularium sensibilium sit scientia demonstratiua.

Primum. ☞Nā linea visualis est sensibilis per visum, vt ad sensum patet, & tamen de ea est scientia, vt patet de prospectiua: ergo eorum, quæ sensu percipiūtur, siue singularium est sciētia etiam demonstratiua ergo &c. si dicatur φ linea visualis in communi sensu nō percipiatur: sed hæc vel illa. ☞Contra nil videtur a sensu visus nisi sub ratione coloris in cōi: aliter color non esset obiectū visus, sed hic vel ille color, quod est contra Phylosophum in. 2. de Anima, & Doctores omnes: ergo linea visualis sub ratione cōi coloris: & per

Secundū. consequens in cōi a sensu percipitur. ☞Secundo præterea, vniuersalia a sensu percipiuntur, vt patet de obiecto sensus communis, quod est sensibile in cōi, sed vniuersalium est sciētia, vt hic conceditur: ergo eorū, quæ sensu percipiuntur est scientia. ☞Sed contra est Phylosophus in præsenti capitulo: ibi ⌠ Neq; p sensum est scientia &c. ⌡ ☞Respondeo dicendum, φ se-

Conclusio L cunda conclusio huius capituli, quæ est respōsiua ad quæsitum, talis est, Scientia nō est eorū quæ sensu cognoscuntur: quę conclusio tali rōne fm Phm probat

Probatio vt hic deducit. D.S. ☞Nam sciā est vlium, quia obiectum intellectus, cuius habitus est scientia, est suba siue ipsum quod qd est, quod est vl'e, quod non est hic, & nunc, a quibus, vt dictum est, vniuersale abstrahit. Obiectum enim sensus est qualitas sensibilis, quę afficit singulares substantias in determinato loco & tēpore determinato: ergo eorum quæ sensu percipiuntur. i. cognitione sensitiua cognoscūtur, non est scientia demonstratiua, nisi accipiendo sciam vlterius p qua cunq; cognitione, vt aliqui antiqui voluerunt, vt pa-

Notandū primum. tet primo Metaph. ☞Considerandū est hic fm. D.S. φ hoc qd'dr vniuersale esse vbiq; & sp, non est secundum viam affirmationis intelligendum, v3 φ hoc sit de rōne vniuersalis, puta hois aut aialis, quia oporteret φ quodlibet singulare hois, & aialis esset sempee & vbiq; quia ratio hois & aialis in quolibet singularium reperit, in quolibet dico cōtento sub subto. Si enim esse vbiq; & sp esset de rōne vniuersalis, sicut de rōne ipsius generis est φ contineat sub se spēs, sequeretur φ nihil esset vniuersale, quod non vbiq; & sem

M per inuenitur, & fm hoc oliua non esset vniuersale, quia in Flādria non inuenitur. Est ergo intelligendū per modum negationis, siue abstractionis, quia. s. rō vniuersalis abstrahit ab omni determinato tempore et determinato loco: vnde quantū est de se, sicut inuenitur in quolibet vno loco, vel tempore, sic natū est inueniri in oībus: patet ergo ex prædictis φ vniuersale non cadit sub sensu, ga igitur demonstrationes pęcipue sunt vniuersales, vt supra demonstratum est. Relinquit φ scia demonstratiua non est eorū, quę sensu percipiunt, v3 singularium. ☞Sed instabat discipu-

Discip. lus. Nam vbicunq; est singulare: ibi est vniuersale, vt patet in præsenti, quia non est dabile aliquod singulare, in quo non sit vniuersale: sed in omni loco, & in omni tpe est singulare, cum non detur locus vacuus, neq; tempus sine rē temporali: ergo in omni loco, & in omni tempore est vl'e: & per ɔns ponendo præfatū dictum Phylosophi fm viam affirmationis, vniuersa

Respōsio. le est vbiq; & sp. ☞Dicendū est, φ vniuersale fm vniuersalem eius rōnem consideratū, est vbiq; et sp, quia in omni loco & tempore est aliquod vniuersale, non tñ fm spālem eius rōnem, v3 hoc vniuersale vel illud non est vbiq; & sp nisi forsitan per accñs loquendo.

☞Considerandum

A *Notādum secūdum. Correlariū primum.* ¶Considerandum est vlterius fm Phm, φ ex prædicta conclusione Phylosophus infert tria correlaria. Quorum primum est, φ scientia non consistit in perceptione sensus, vt antiqui voluerunt non ponētes sensus ab intellectu differre, cum scientia sit vlium, perceptio vero sensus singularium, & non vlium, vt probarum est. *Secūdum.* ¶Secundum correlarium est, φ sciētia est cognitio potior cum habeatur per cām, φ̄ sensus. i. cognitio sensitiua, quæ non habetur per cām præsertim vlem, quæ facit scire, vt ex supradictis patet. ¶Tertiū correlarium est, φ dato φ sensus non sit scientia. i. cognitio sensitiua non sit intellectiua, multum tamen confert ad cognitionem sciētificam, quia vt supra dictū est, deficiēte in nobis aliquo sensu necesse est &c. Ex rebus. n. sensitiuis multoties accipitur vle, vt patet in prohemio Metaph. *Notādum tertium.* ¶Considerandum est vlterius secūdum. D. S. φ cum dicitur hic a Phylosopho φ cognitio per causam est nobilior illa, quæ non habetur per cām, intelligendum est in his, quæ habent cām, scire autem aliquid per cām vlem, est nobili⁹ φ̄ B intelligere qualitercunq; id, quod habet cām sine cognitione suæ cāę, sed de principijs quæ non hn̄t cām est alia ratio: illa autem per se intelliguntur, et talis cognitio eorū est certior omni scīa: qa ex tali intellectu scientia certitudinem habet, vt declaratū est, cū dicebatur φ pp quod vnūquodq; &c. *Notādum quartum. Singulare dupliciter.* ¶Considerandū est vlteri⁹, φ singulare, quod sensu percipitur, potest dupliciter considerari. Vno modo, secundū rōnem singularitatis: & sic ipsius non est scientia nisi istū terminum singulare accipiēdo scdę intentionalr. Alio modo, pro eo, φ est singula, & hoc duplr. Vno modo, per respectum ad acc̄ns cōe: & sic eius non est sciētia. Alio modo, per respectū ad acc̄ns propriū: & sic eius esse scientiam demonstratiuam, de qua est hic ad propositum, pōt intelligi duplr. Vno modo, directe & p se: sic eius non est scīa. Alio modo, reflexe p se nō primo, sed. 2. fm aliud: & illo modo eius pōt esse scīa, cū vt sic eius sit demonstratio non quidem vlis, sed parti- *Vle duplr* cularis, vt declaratum est. Silr vle pōt considerari duplr. Vno modo, fm rōnem vlitatis: & sic eius nō est cognitio sensitiua, siue sensus, quod in pposito idē est. Alio modo, potest accipi pro eo, qd̄ est vle: & sic eius esse sensum, pōt intelligi duplr. Vno modo, per se: & sic non cadit sub sensu. Alio modo, per alterum G & ex consequenti sic bene cadit sub cognitione sensitiua, vt clarius in. 2. de Anima disputatum est.

Lec. 43. ¶Quæstio. 48. De principijs omnium syllogismorum, & est lectio. 43. Sancti Doctoris.

INSVPER considerādum restat de principijs scientiarum demonstratiuarum in communi. ¶Circa quod quæruntur duo. Primo, vtrum omniū syllogismorum sint eadā principia. Scdo, vtrum subiectū scientiæ possit dici principium scientiæ.

¶Sequit in Pho, & in. D. S. {Eadē. n. principia.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur φ *Primum.* oīum demrationum sint eadē principia. ¶Nā principia demonstrationū sunt dignitates, vt ex supradictis patet, sed oīum syllorum demonstratiuorum sunt eadem principia, quæ sunt dignitates, vt patet. 4. Metaphy. ergo oīum demonstrationum sunt eadem principia. *Secūdum.* ¶Scdo præterea, principia syllogismorum sunt tres termini & duæ præmissę, vt patet. 1. Priorum, sed oēs syllogismi conueniunt in hoc φ tm̄ ex tribus terminis, & duabus præmissis constent: ergo omniū syllogismorum, & per ɔn̄s omnium demōstrationum sunt eadē *Tertium.* principia. ¶Tertio præterea, diffō est principium diffiniti, sed omnium demonstrationū, est eadem diffō: D ergo idem quod prius. ¶Sed ɔ est Phs in præsenti capitulo {Eadem autē principia &c.} ¶Rn̄deo dicendum, φ istud est tertium caplm huius vltimi tractatus in quo Phs ostendendo per quæ principia non habetur scientia, videlicet quia non per eadem, ponit tres conclusiones. Quarum Prima est, Non omniū syllogis- *Conclusio prima. Probatio* morum eadem sunt principia. Quæ conclusio probatur tali rōne, Nā syllogismorum verorum, & falsorū non sunt principia, Nā verorum sunt vera principia, et falsorum sunt falsa, Non. n. sequit falsum nisi ex falsis formaliter loquendo: & licet ex falsis aliqn̄ sequat verū posterioristice, nō tn̄ posterioristice loquēdo. Fit. n. hic mentio de syllogismis fm mām tm̄, & nō fm formam. *Secunda cōclusio. Probatio* ¶Scdā conclusio talis est, Non omnium syllogismorum falsorum sunt eadē principia. Quæ cōclo pbatur tali rōne. Nam aliquæ conclusiones sunt falsę, quæ sunt disperatæ & impossibiles, sicut istę, Iustitia est iniustitia, & iustitia ē timor. Sicut. n. differt timor gn̄e a iustitia: ita & ab iniustitia. Silr istę sunt impoles Hō est æquus, & hō est bos. Sed similes conclusiones non pn̄t inferri ex eisdem p̄missis, siue ex eisdē principijs: ergo &c. *Tertia.* Tertia cōclusio est ista. Non oīum syllogismorum verorum eadē sunt principia. Quā conclusio- E nē pbat Phs dupliciter. Primo dialectice. Scdo analetice. *Probatur dialectice. Prima rō.* Dialectice, siue logice pbat q̄ttuor rōnibus. Quarū prima talis est, & sumit ex dn̄a primorum principiorū, Nā diuersorum gn̄e distinctorum sunt diuersa principia, sicut magnitudinum principia sunt puncta, numerorum vero vnitates. Sed multæ conclusiones sunt, in quibus vere concluduntur aliqua de pluribus subiectis genere distinctis: ergo non oīum syllogismorum verorum eadem sunt principia. *Secunda.* ¶Scdā rō quæ sumit ex principijs cōibus talis est, Principia cōia non pn̄t ingredi sylm, nisi fm φ applicantur p terminos spāles ad principia particularia, cum genera entium sint diuersa, & remota, sed manifestum est non oīum syllogismorum esse eadem principia particularia: ergo nō oīum syllorum sunt eadē principia cōia fm φ demōstrationem, siue sylm ingrediunt. *Tertia.* ¶Tertia rō, quę sumitur ex comparatione præmissarum ad conclusionē talia est, Conclusiones sunt q̄si infinitæ: ergo principia syllogismorū sunt quasi infinita, & p ɔn̄s non oīum syllogismorum sunt eadem principia. *Quarta.* ¶Quarta rō, quę sumitur ex dn̄a necessarij & contingētis talis est, Principiorum quibus vtimur syllogismis, quædā sunt necessaria & quædam contingentia, vt patet ex primo F Priorū, sed necessaria & contingentia non sunt eadē: ergo non oīum syllorum sunt eadē principia. *Analectice* ¶Scdo pbatur idē analetice, v3 p rōnes pprias principijs qbus scię demonstrantur, & hoc tribus rōnibus: quarum Prima talis est, Nam si oīum syllorum ēr demōstratiuorum, de quib⁹ est ad ppositū, essent eadem principia, omnia q̄ sunt in sciētijs eēnt eadē, patet qa q̄ eidē sunt eadē inter se sunt eadē, sed principia cuiuslibet sciētię sunt quodammodo eadē conclusionibus, qa vt supra ōn̄sum est, sunt eiusdē generis: ergo si omniū syllogismorū principia sunt eadē, sequeret φ omnia, q̄ sunt in scientijs sint eadem, qd̄ fuit probandū. ¶Scdā rō, si sic: sequeret φ quodlibet cōtingeret demōstrare per quodlibet, hoc ē manifeste falsum. Ex quo multa inconueniētia sequerent, vt de se patet: ergo &c. ¶Tertia rō, talis est, Diuersorum generum sunt diuersa pricipia vt de se patet, sed diuersę scientię sunt diuersorū generum scibilium: ergo diuersarum scientiarum sunt diuersa principia, & per ɔn̄s diuersarum demonstrationū principia non sunt eadē, cū scīa sit proprius effectus

Notãdum G

demonstrationis. ⁋Considerandum est autem ꝙ demonstrationum principia sunt in duplici dña. Nam quædam sunt cõia: quædam vero propria. Secũdo modo, loquendo de principijs non oĩum demonstrationum sunt eadem principia. Aliter, vt dictũ est oẽs demõstrationes essent eadem. Primo modo, loquẽdo de principijs cõibus, hoc duplr. Vno modo, cõsiderando principia cõia, vt sunt applicata ad principia specialia, & sic non oĩum demonstrationum sunt eadem principia. Alio modo, considerando in ea in eoꝶ cõitate, & sic oĩum eadem sunt principia: q̃ quidem nõ formaliter, sed virtualiter solum ingrediunt demonstrationem, vt supra habitum est. Et si Phylosophus aliquãdo dicat, ꝙ principia demonstrationũ non sunt eadẽ, accipit ibi principium, vt primum: & idem est ꝙ adęquatum siue proprium, quod. n. alicui sibi primo conuenit adæquate & proprie sibi conuenit, vt in capitulo de Vniuersali habitum est. Si vero accipiatur primum, pro eo, quod est primum via diuisionis: sic idem est ꝙ communius dicitur primum, Secus autem loquendo secundum viam resolutionis.

H

⁋Ad argumenta patet solutio ex prædictis.

❡Sequitur in Pħo, et in. D. S. ibi ⁅Sed q̃a quodam modo eadem &c.⁆ Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt ꝙ subm scię nõ possit esse principium scię.

Primum.

⁋Nam de principijs supponit, siue præcognoscitur quia tãtum: de subiecto vero præcognoscitur quia, & quid, vt supra circa principium huius libri concedit Phylosophus: ergo subm non potest dici principium alicuius scię.

Secundũ.

⁋Scdo pręterea, per principia scię demonstratur propria passio de proprio subiecto: sed subm sciæ nõ demonstratur passio de subto: aliter idem esset demõstrans, & idem de quo fieret demonstratio, quod est falsum: ergo idem est quod prius.

Tertium.

⁋Tertio præterea, si sic sequeret ꝙ tm̃ duo essent pręcognita, vʒ subm et passio, Quia p hypostasim subm est pricipiũ scię: ↄ̃ñs est ꝫ Pħm in principio hui⁹ libri: ergo nullatenus cõcedendum est, ꝙ subm sit principiũ sciaꝶ. ⁋Sed ꝫ est Pħs, in fine huius capłi ſm ꝙ adducit hic. D. S.

Respõsio.

⁋Respondeo dicendum, ꝙ principia sciaꝶ sunt in duplici dña. Nam quædã sunt principia ex quibus demonstratur, sicut sunt primæ dignitates, vt ꝙ non conuenit simul esse, & non esse. Alia sunt principia circa quæ sunt scię. i. circa quæ versatur consideratio sciæ obiectiue, & talia dicunt esse subta sciarũ, quia diffõnibus subtorum vtimur, vt principijs indemõstrationibus.

I

Principia autem primo modo sumpta, sunt cõmunia oĩbus scientijs. Sed principia circa quę versantur scię, sunt ꝓpria cuiuslibet scię, sicut numerus arithmeticæ, & magnitudo geometriæ. Principia vero cõmunia, oportet ad propria applicari ad hoc ꝙ fiat demonstratio: quia. n. ex eis solis principijs cõibus non potest fieri demonstratio: igitur dici non potest eadẽ esse principia oĩum syllo̾ꝶ demõstratiuoꝶ. Hæc. D. S. in pñti capitulo circa finem.

Subiectũ dupliciter.

⁋Ex quo colligi põt ꝙ subm põt duplr considerari. Vno modo, inquantum est subm: illo modo nõ est principium scię. Alio modo, potest considerari, vt in se includit diffõnẽ suã propriã, q̃ dr̃ mediũ demr̃ationis ad demonstrãdum passionẽ de eo, vt subm est, & illo mõ subm dr̃ principium scię. ⁋Ad argumẽta oĩa patet solo ex dictis.

Lec. 44.

❡Quæstio. 49. De comparatione scię ad alia, quæ ad cognitionem pertinent, & est lectio. 44. S. D.

FINALITER considerandum restat de comparatione scię ad alia, quæ ad cognitionem pertinẽt. Postq̃ declaratum est de comparatione scientiæ, ad scientiam, quantum ad certitudinem, vnitatem, & diuersitatem.

K

⁋Circa quod quæruntur duo. Primo, vtrum scientia differat ab opinione. Scdo, vtrũ scia differat ab alijs habitibus intellectualibus.

❡Sequitur in Pħo, & in. D. S. ⁅Scibile autem.⁆ Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ scientia, & opinio non sint duo habitus distincti realiter.

Primum.

⁋Nam habitus distinguuntur per eorum obiecta in virtute principiorum, vt supra declaratum est, sed scibile, & opinabile, quæ dicuntur esse subiecta scientiæ & opinionis, non distinguuntur realiter, q̃a idem potest esse opinabile & scibile, vt concedit Phylosophus: ergo opinio et scientia non distinguuntur.

Secundũ.

⁋Secundo pręterea, si opinio & scientia dinguerent: hoc esset (vt dicit Phylosoph⁹) quia scientia est necessariorum: opinio vero contingentium, sed hoc non, ꝙ sic patet, Quia de ꝓpõne necẽa põt haberi opinio, vt hic ẽt cõcedit Pħs: ergo &c.

Tertium.

⁋Tertio ꝑterea, vłum est scientia, & opinio, et sic scientia non differt ab opinione ratione obiecti. ⁋Sed ꝫ est Pħs, in vltimo cap. huius decimi tractatus: ibi ⁅Scibile autem & sciẽtia differunt⁆.

L

⁋Rñdeo dicendum, ꝙ istud est vltimum capłm, huius decimi trac. primi libri, in quo Pħs determinando de scientia per respectum ad illa, quæ ad rationem pertinent, vel ad alia. Ponit duas cõcłones: duas dubitationes inferendo, & vnum correlarium. De quaꝶ cõcłonum scdã, & correlario in sequẽti articulo videbit.

Conclusio

⁋Prima cõcło, quæ est rñsiua ad quæsitum, talis est, Sciẽtia est habitus distinctus ab opinione.

Probatio

⁋Quæ cõcło probatur tali rõne Pħi. Nam obm scientię differt ab obto opinionis, videlicet ab opinabili: ergo scia est habitus ab opinione distinctus. Probatio ↄ̃ñę, quia habitus distinguunt per obiecta formaliter sumpta. Antecedens probatur, quia scia obiectiue est de vłibus. Non. n. scientia est de vłibus sub sensu cadentibus, vt supra probatum est: sed etiam est necessariorum. i. impossiũm aliter se habere, cũ sit effectus demonstrationis: sed opinio est contingentium aliter se habere: quod probat Pħs triplr & primo tali ratione,

Opinionẽ esse cõtin. &c. Prima probatio.

Nam contingentia cognoscuntur cognitione intellectiua, & eorum non est scientia, quia sciẽtia est impossibilium aliter se habere, neq; eorum est intellectus, quia etiam intellectus qui dicitur sciẽtia indemonstrabilis. i. principium scientię, vt supra declaratum est, dr̃ esse non contingentiũ, sed necessarioꝶ, siue impossibilium aliter se hr̃e: ergo eoꝶ est opinio.

M

patet ↄ̃ña p locum a sufficienti diuisione. Et hoc comprehendendo sub scientia et intellectu oẽm certitudinalem cognitionẽ.

Opinio q̃d

⁋Ex hoc infert descriptio opinionis, videlicet ꝙ opinio est estimatio quædam immediatæ propõnis, & non necessariæ, quod põt intelligi dupliciter. Vno modo, ita ꝙ propõ immediata in se quidem sit necessaria: sed ab opinante accipit pro non necessaria. Alio modo, vt in se cõtingens sit, vłr autem propõ immediata, est propõ quæcunq;, q̃ per aliquod medium probari non põt, siue sit necessaria, siue non necessaria.

Secunda.

Secundo probat a Pħo idẽ per id, quod cõmuniter apparet ex virtute vocabuli. Nã opinio vr̃ sonare aliq̃d debile et incertum: vñ opinio vr̃ esse contingentium.

Tertia.

Tertio idem probat Pħs p experimentum, Nã nullus qñ opinat aliq̃d quod impossibile est aliter se habere reputat se opinari, sed scire: quando vero opinatur ꝙ sic est, ꝙ nihil prohibet aliter se habere: tũc reputat se opinari, ac si opinio sit talis. i. cõtingentis: scientia vero necessarij.

Notandũ primum.

⁋Considerandum est autem ſm Phylosophũ in litera, ꝙ propter

A Prima q̃ö. Secunda. Responsio ad primã.

pter ea, quæ dicta sunt, Phylosophus monet duas difficultates. Quarum Prima est, vtrum idem possit esse opinabile & scibile. Secundo, vtrum de eodẽ aliquis possit habere scientiam, et opinionem. ¶ Ad primam, ad quam secundario respondet Phylosophus, dicẽdum ꝙ vnum & idem materialiter potest esse scitum & opinabile: non tamen idem formaliter. i. secũdum eandem rationem formalem, quia necessarium, inquãtum huiusmodi, est scibile: ipsum vero acceptũ ab opinante, vt possibile al'r se habere, sicut est in ista propositione, Incorporalia nõ sunt in loco. Illud vero potest esse scitũ ab vno, & opinabile ab alio simul, & semel. Ab eodem vero potest idem fieri: sed nõ simul, sed successiue. ¶ Ex quo patet respõsio ad aliam dubitationem, videlicet ꝙ eiusdem materialiter sumpti, diuersi tamẽ formaliter potest esse scientia et opinio: a diuersis quidem in eodem tẽpore. Ab vno vero non simul, sed successiue.

Responsio ad scdam.

Notãdum secundum

¶ Considerandum est vlterius, sm. D. S. ꝙ si aliquis per media, pcedat ad immediata, ita ꝙ illa media non arbitretur, vt cõtingentia aliter se habere: sed arbitretur ea sic se habere sicut diffinitiones, quæ sunt media, per quæ demõstrationes procedunt: non erit opinio, sed scientia.

B

Si vero aliquis procedat ad immediata per aliqua vera media quæ tamen non insunt illis, de quibus dicuntur per se, sicut diffinitiones, quæ dicuntur substantialiter, & significant speciem rei: vel non accipit ea, quæ sic insunt, habebit opinionem & non sciet vere, quia & ꝓpter quod simul. Si tamen procedit vsq; ad immediata, tunc. n. per immediata opinabitur, ꝙ non sciet, si vero nõ procedit per immediata, sed per mediata: tũc nõ opinabitur ꝑ quid, sed solum quia. Nam ẽt scia quæ non est per immediata, & propter quid, non est scientia propter quid, sed quia. Hæc ille formaliter.

Notãdum tertium.

¶ Considerandum est vlterius, secundum eundẽ ibidem, ꝙ cum in demonstrationibus non sit procedere in infinitum, vt supra ostensum est, si sit aliqua propositio contingens mediata, oportet ꝙ reducatur ad aliquam immediatam, non autem reducitur ad aliquas propositiones necessarias immediatas, q̃a necessaria non sunt propria principia contingẽtium, neq; ex necessarijs potest sequi contingens: vnde relinquitur ꝙ sit aliqua ꝓpositio contingens mediata, & aliqua contingens immediata, sicut ista, Homo nõ currit, est mediata: potest. n. probari per hoc medium, quia homo non mouetur, quæ etiam est contingẽs, sed immediata, existimatio igitur talium propositionum contingentium immediatarum est opinio: sed per hoc non excluditur quin etiam acceptio propositionis cõtingẽtis mediate sit opinio. Sic enim se habet opinio circa contingentia, sicut intellectus, & scientia circa necessaria.

C

¶ Ad primum igitur & secundum patet solutio ex dictis. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ scientia dicitur vniuersalium posterioristice loquendo, videlicet respectu propositionum, in quibus prędicatum concluditur inesse subiecto vniuersaliter, hoc est primo, et conuertibiliter, siue adæquate, aut secundum ip̃m, vt supra declaratum est. Singularium autẽ eodẽ modo loquendo est quidem scientia, sed non per se primo: sed per alterum, & secundum aliud, vel vt quidã dicunt, reflexe. Vñ dato ꝙ continẽtia possint vl'r cõcludi etiam vt contingentia sunt prioristice loquẽdo vt argumẽtum voluit, non autem posterioristice: vnde ratio laborat in æquiuoco, & falsum supponit.

¶ Sequitur in Pho, & in. D. S. Deinde, cũ dicit {Relinquitur autem &c.} Articulus secundus.

AD VLTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ scientia non differat ab alijs habitibus intellectualibus. ¶ Nam intellectus est habitus intellectualis, & tamen scientia ab eo non differt, vt supra concessum est: intellectus. n. dicitur scia, quia necessarium est habere sciam aliquorum, v3 principiorum absq; demõstratione: igitur &c.

D Primum.

Secũdum.

¶ Scdo præterea, ponere distinctionẽ inter prænominatos habitus pertinet ad Phylosophiam moralem, vt patet. 6. Ethicorũ: ergo Phylosophus inconuenienter assignat hic differentiã eorum, quod est contra suppositum. ¶ Sed 𝔷 est Phs in fine huius capituli: ibi {Relinquit &c.} ¶ Respõdeo dicendum breuiter, ꝙ scia intellectus, & alij habitus intellectuales adinuicem differunt vel distinguũtur.

Cõclusio.

Probatio.

Nam illi habitus sunt distincti inter se, qui versantur circa diuersa obiecta. Sed quinq; habitus intellectuales, v3 intellectus, scientia, prudentia, ars, & sapientia, quæ significant̃ ꝑ hanc dictionem, Sipas, sunt hm̃õi: ergo &c. Probatio minoris, Nam oĩs habitus intellectualis semper est verorũ: vel ergo est habitus speculatiuus vel practicus. Si primũ, hoc est dupl'r, vel est circa cõcl'ones, & sic est scia: vel est circa pñcipia, & hoc dupl'r, vel circa principia demõstrationis: & sic est intellectus, vel circa causas altissimas, quæ sunt Diuinę & sic est sapientia.

E

Si sit habitus practicus, hoc est dupliciter: vel est circa agibilia, & sic est prudentia: vel circa factibilia, & sic est pars. Factibile autem dicit̃ illud, quod fit per actionem transeuntem. Agibile vero dr̃, quod fit per actiones immanentes, sicut sunt moralia.

Factibile. Agibile.

De his autem habitibus maxime pertinet cõsiderare ad Phylosophum moralem potissime de prudentia. De sapiẽtia vero, & intellectu pertinet ad primam Phylosophiam. De intellectu vero & ratione, inquantum sunt potentiæ animę, pertinet considerare ad Phylosophum naturalem. Et licet hic Phylosophus enumeret rationẽ inter habitus prædictos, cuius ꝓprie est discurrere de notitia præmissarum ad notitiam cõcl'onum: tñ non distinguitur a scia, nisi secundum rõnem: vnde non sunt ponendi, nisi quinq; habitus intellectuales. Si vero accipiat̃ ratio pro potẽtia: sic ab omnibus habitibus realiter distinguit̃, vt in libris de Anima ad longum disputat̃.

Notãdum Correlariũ

¶ Cõsiderandum est hic sm Phm, ꝙ ex prædictis correlarię patet, ꝙ solertia distinguit̃ a scia. Nam scia est habitus conclusionis per demonstrationẽ acquisitus. Solertia vero est quædam perspicacitas intellectus apprehendi medium. i. cãm rei in non perspecto tempore. i. velociter absq; magna mora, quod maxime cõuenit ex naturali aptitudine et ẽt ex consuetudine.

Solertia. F

Solertia est ergo subtilis, & facilis coniecturatio medij ꝑ q̃d eueniat, vt siquis viderit aliquem altercantẽ cũ aliquo diuite, cognoscit ꝙ ille diues sibi aliq̃d accõmodauit: vel siquis viderit ex inimicis factos amicos, cognouit ꝙ hoc est, quia facti sunt inimici vnius tertij, & sic de alijs exẽplis, q̃ adducit Phs ad oñdendum, ꝙ in oĩbus habitibus p̃dictis potissime in prudẽtia & arte potest esse solertia. ¶ Ad primũ ergo dd̃m, ꝙ si scia accipiat̃ cõiter, ꝓ omni certitudinali cognitione propõnũ necessariarum, sic intellectus est scia. Si vero accipiat̃ ꝓprie, v3 ꝓ habitu cõcl'onis, sic distinguit̃ ab intellectu. ¶ Ad scd̃m patet sol'o ex prædictis. Et hæc de primo Posteriorũ dicta sufficiant. Ad laudem oĩpotentis, & immortalis Dei, eiusq; gloriosissimę Matris virginis Marię, & omnium Sanctorum, &. D. S. qui cũ Deo viuit, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

1 ☞Nam inductio procedit a singularibus ad vniuersale, vt patet secũdo Priorum, non autem syllogismus diuisiuus: ergo talis syllogismus non assimilatur inductioni. ☞Secundum præterea, inductio aliquid necessario concludit, cum sit pars argumentationis, sed syllogismus diuisiuus non necessario concludit, vt patet ex dictis: ergo &c. ☞Sed cõtra est Phylosophus in præsenti capitulo.

Respõsio. ☞Respondeo dicendum secundum. D. S. ꝙ conuenienter syllogismus diuisiuus assimilatur inductioni in hoc ꝙ oportet vtrobiq; supponere ꝙ accepta sint omnia, quæ continentur sub aliquo communi, alioquin neq; inducens poterit de singularibus acceptis concludere vniuersale, neq; diuidens ex remotione quarundam partium poterit concludere alteram. Inducens enim facta inductione ꝙ Sortes currat, & Plato currat, & sic de singulis non potest ex necessitate concludere, ꝙ omnis homo currat: scilicet nisi detur sibi a respondente ꝙ nihil aliud contineatur sub homine, nisi ista, quæ inducta sunt. Similiter etiam neque diuidens, ꝙ hoc coloratum non sit album, neq; pallidum potest ex

G necessitate concludere, ꝙ sit nigrũ, nisi detur a respõ-
dente ꝙ nihil aliud contineaꝉ sub colorato, nisi ea, q̃
enumerata sont. ¶ Ex quo patet ꝙ sylls diuisiuus assi-
milatur inductioni, quemadmodum probatum est:
non tamẽ ei assimilaꝉ in oĩbus, sed assimilatur in hoc,
ꝙ vtrobiq; petitur id quod debet probari: & sicut in-
ducens postq̃ induxit adhuc restat interrogari de cõ-
clusione, quia nõ sufficienter sequitur ex præmissis,
sic procedens diuisiue. Postq̃ assumpsit intẽtum ad-
huc restat interrogare de illo assumpto: quia nõ suffi-
cit intentum assumere per præmissas. Ex quo patet
ꝙ syllogismus diuisiuus, sicut inductio non cõcludit
syllogistice intentum. Per tale igiꝉ syllm, vt dcm̃ est,
non poterit concludi aliquod intentum, videlicet qđ
Notandõ primum. quid est de eo, cuius est, et præsertim in eo quod quid
est. ¶ Considerandum est vlterius secundum Egidiũ,
in inductione hoc est per se, ꝙ oportet supponere par-
tes sub toto esse sufficienter assignatas, siue acceptas,
qoia non est notũ nobis, quin sint alia singularia sub
illo toto, q̃ quę accepta sunt: sed in diuisione hoc est
per accñs ꝙ non sit notum partes euacuare totũ. Nã
diuisio si sit bona, debet fieri per opposita, & per duo
H membra: vñ hic vult Egidius, ꝙ expositio. D.S. non
sit sufficienter adducta. Sed considerãdum est, ꝙ du-
plex est diuisio. Quædam est diuisio per immediata,
& talis debet esse bimembris, & per opposita, vt Ani-
malium, aliud rõnale, aliud irrõnale. Alia est diuisio
mediata, vt Aĩalium, aliud homo, aliud equus, aliud
asinus, & sic de singulis: & talis non est bimẽbris for-
maliter, licet sit reducibilis ad bimembrem, & in tali
diuisione non est notum, an omnes partes diuidẽtes
enumerentur: vnde sylls diuisiuus syllogistice non ꝓ-
bat intentum, sicut neq; inductio, licet via diuisionis
necessario ducat nos in cognitionem diffõnis indiui-
duę fm subm, vt infra patebit cum de Venatione ip-
sius quod quid est agetur. Vñ expositio. D.S. est con-
uenientissima, & nullatenus reprobanda. ¶ Ad pri-
mum ergo dicendum est, ꝙ sylls diuisiuus nõ assimi-
latur in oĩbus ipsi ĩductioni: sed assimilatur ei in hoc
ꝙ vtrobiq; non syllogistice ostendatur sufficienter ꝓ-
positum, vt dcm̃ est, cum formaliter non seruetur for-
ma syllogistica. Assimilatur etiam enthymemati qđ
hic dicitur sylls sine medio, & hoc formaliter accipiẽ-
do medium, v; fm ꝙ est terminus bis sumptus añ cõ-
clusionem. In enthymemate vero cum ibi sit vnum
añs non ponitur aliquis terminus bis ante conclõnẽ:
I igitur vocatur sylls sine medio. In alio loco vocaꝉ syl-
logismus truncatus, quia licet virtualiter, siue reducti-
ue sit sylls, non tñ formaliter: vñ nõ syllogistice ostẽ-
dit, neq; concludit, v; enthymema ꝙ concludat & ali-
quid ostendat alio tñ modo, q̃ modo syllogistico.
¶ Ad secundum dicẽdũ, ꝙ licet inductio Prioristica
necessario concludat, & inductio Topica necessario
aliquid probet, non tñ concludit aut probat aliquid
syllogistice, sicut sylls diuisiuus quãtum ad secundõ
processum. Secus cõsiderando eum quantum ad pri-
mum processum, qa sic aliquid syllogistice cõcludit,
sed non intentũ, siue propositũ, vt ex dictis patet. Cõ-
cludit. n. ipsam diuisionẽ syllogistice, sed alterã partẽ
in secundo processu in syllogizando eam.

¶ Quæstio. 5. Quomodo se habeat quod quid est ad
Lec. 5. demonstrationem, & est lec. 5. Sancti Doctoris.

NOTANTER considerãdum restat qualiter
ipsum quod quid est se habeat ad demonstrationem,
accipiendo ea, quæ pertinẽt ad ipsum quod quid est.
Postq̃ ostensum est ꝙ non potest demonstrari quod
quid est per terminos conuertibiles, neq; per viam di-
uisionis: hic consequenter ostenditur, ꝙ neq; potest K
demonstrari, accipiẽdo ipsum quod quid est pro me-
dio, siue ea, quę sunt ipsius quod quid est, quod idem
est. ¶ Circa quod quæruntur quattuor. Primo, vtrũ
quod quid est possit ostendi de eo, cuius est, accipien-
do ea, quæ pertinent ad ipsum quod quid est. Secun-
do, vtrum possit demonstrari, accipiendo quod quid
est alterius rei, videlicet per viã opinionis. Tertio,
vtrum possit demonstrari per viam suppositionis.
Quarto, vtrum quod quid est possit demonstrari de
eo, cuius est aliquo modo.

¶ Sequiꝉ in Pño, & in. D.S. {Et vtrũ sit demr̃are.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ
ipsum quod quid est possit demonstrari de eo, cuius
est accipiendo pro medio diffinitionem diffinitionis
vel conditiones requisitas ad quod quid est alicuius.
¶ Nam bene sequitur animal rationale conuertibili-
ter prædicatur de homine, & componitur ex genere,
& specifica differentia eius: ergo est quod quid est ho-
minis. Patet consequentia, quia non requiruntur ali-
qua alia ad hoc ꝙ aliquid sit diffinitio, vel quod quid L
est alicuius: & tñ concluditur quod quid est de eo, cu-
ius est: ergo &c. ¶ Secundum prętereа, bene sequitur
per locum a diffinitione, Quicquid est oratio indicãs
quod quid est rei per essentialia est diffinitio eius, sed
animal rationale est huiusmodi respectu hominis: er-
go animal rationale est diffinitio hominis: & tamen
ibi cõcluditur quod quid est de eo, cuius est: ergo idẽ
quod supra. ¶ Sed ꝯ est Phylosophus ibi {Et vtrum
sit demonstrare &c.} ¶ Respondeo dicẽdũ, ꝙ istud est
quartum caplm huius secundi libri, in quo Pñs osten-
dens ꝙ ipsum quod quid est, non potest oñdi sufficiẽ-
ter de eo, cuius est assumendo diffõnem diffõtis pro
medio, aut etiam aliqoo alio modo. Ponit quattuor
conclusiones, de quarũ tribus vltimis in sequentibus Cõclusio.
articulis videbitur. ¶ Prima conclusio, quæ est respõ-
siua ad quęsitum a Pño adductum, est talis. Ipsum qđ
quid est non potest demonstrari. i. sufficienter proba-
ri de eo, cuius est per syllm diffinitiuum assumendo,
videlicet diffõnem diffinitionis. Hæc fm. D.S. pro-
batur duabus rationib9 Phylosophi, quarum prima Prima rõ.
est ista. ¶ Nam quicũq; accipit illud quod debet pro-
bare non debite ostendit propositum, sed petit prin-
cipium: sed qui concludit diffõnem, siue quod quid
est de eo, cuius est sumendo diffõnem ipsius diffõnis M
de diffinito accipit qđ debet concludere petens prin-
cipium: ergo &c. Probatio, nã qui negaret hanc con-
clusionẽ, v; Animal rationale est diffinitio, negaret
etiam minorẽ syllogismi, in quo accipiꝉ ꝓ medio dif-
finitionem diffõtis, sic syllogizando, Oĩs rõ conuer-
tibilis constans ex genere & dr̃ia specifica alicuius est
quod quid est eius, sed animal rõnale est huiusmodi
respectu hoĩs: ergo est quod quid est hoĩs. minor illi9
sylli est æque vel magis dubia conclusione. ¶ Secun- Secũda rõ
da ratio, sic formaꝉ, quę sumitur ex syllogizatione syl-
logismi, Nam syllogizans dum syllogizat non acci-
pit pro medio syllogismi diffinitionem ad syllogizã-
dum, vt de se patet: ergo a sili volens probare ꝑ viam
diffõnis ipsum quod quid est de eo, cuius est, non de-
bet accipere diffõnem ipsius diffõnis. Confirmaꝉ hęc
ratio, quæ quidem confirmatio est declaratiua huius
scdę rõnis. Nam rõnes sylli & diffinitiones se habent
in diffiniendo, & syllogizãdo, sicut regulę artis quas
debet accipere artifex in operando: sed artifex qui fa-
cit cultellum non facit operando regulam secundum
quam operatur, sed fm regulam quã habet in mente
examinat,

A examinatur, an cultellus sit bene factus: ergo ille q syllogizat non congrue accipit rationem syllogismi, neq; volens ostendere quod quid est, couenienter accipit rationem, siue diffinitionem ipsius diffõnis per rationes syllogismi examinat, an syllogismus sit bene factus: & per ꝯñs per rõnem diffinitionis debet examinare in mente, an bene sit facta: ergo ei qui intendit syllogistice quod quid erat esse, necesse est ꝙ habeat seorsum in mente rationem eius quod quid erat esse, siue eius quod quid erat, vel est. Quod principaliter idem est, vt si aliquis dicat ꝙ nõ est syllogisticũ quod quid est, ipse dicat ꝙ immo, qa tale quod dcm̃ est, necessario ponit quod qd est, siue quod quid erat. Hæc omnia. D. S. fm̃ snĩam Phylosophi. ¶ Pro declaratione præcedentium, considerandum est ꝙ syllogismus diffinitiuus fm̃ Egidium est syllogismus vtens diffinitione, siue assumens diffõnem ad probandum diffinitionem quod potest fieri tripliciter. Vno modo, p diffõnem diffinitionis, quæ datur per terminos secũdę intentionis, quæ duę sunt. Quarum Vna diffinitio est id, quod est proprium in quid prædicatum de aliquo. Secunda est diffinitio constans ex genere, &

Notãdum primum.

B differentia constituentibus spẽm: quę diffões dicuntur logicę, ad quem pertinet considerare secundas intentiones. Alio modo, potest fieri sumendo formaliter diffinitionem alicuius diffiniti ad concludẽdum diffinitionem materialem de eodem. Tertio modo, põt fieri sumendo diffõnem oppositi ad cõcludendũ diffõnem de altero opposito, vt infra patebit, sic syllogizãdo. Color disgregatiuus visus, est diffõ albedinis: ergo color congregatiuus visus est diffõ nigredinis. ¶ Considerãdum est vlterius, ꝙ Phylosophus nõ negat quin vna diffõ possit concludi de diffinito per alteram, vt mãlis per formalem: tñ non põt concludi in eo quod diffinitio eius, vt si arguat, Diffinitio põt sine petitione principij concludi de diffinito simplr̃, loquendo per diffõnem: ergo p diffõnem acceptã in eo, ꝙ diffõ poterit sine petitione pricipij cõcludi, diffinitio ĩ eo ꝙ diffõ de diffinito. Patet sequela, qa sicut se habet simplr̃ ad simplr̃: ita reduplicatũ ad reduplicatum. ¶ Dicendum ꝙ si eodem modo accipiatur in præmissis diffõ, sicut infertur in conclusione quẽadmodum eodem modo, oporter accipere reduplicatũ in premissis, sicut in conclusione concludit, nõ posset simplr̃ inferri sine petitione principij. Nã tunc sumeretur eodem modo diffõ in præmissis, & in cõclusione, qñ per diffõnem formalr̃ eo modo sumptã inferretur diffõ formalis eo modo sumpta, & per materialem diffõnem diffõ materialis, quod secundum non potest absq; petitione principij. Simplr̃ tñ loquendo absq; petitione principij non potest inferri diffinitio per diffõnẽ diffõnis, quia sic semper accipit æque, vel magis ignotum ad probandum aliquid. ¶ Considerãdum est vlterius fm̃ Egidium, ꝙ si dialecticus vellet probare de aliqua argumentatione ꝙ sit syllogismus accipiendo diffõnem syllogismi, concludendo syllogistice de illa argumentatione ꝙ sit syllogismus, probaret syllm̃ supponendo syllm̃ ꝙ est sic, sicut si aliqs vellet negare loquelam, cõcederet loquelam esse, qđ non posset facere nisi per loquelam negando: ergo loquela concedit loquelam. Vnde sicut ad manifestandum de aliqua argumentatione ꝙ sit syllogismus nõ debemus hoc facere syllogistice per diffõnem syllogismi: sic ad probandum rõnem aliquam esse diffõnem non debemus hoc syllogizare per diffõnem diffõnis, quia tunc probando diffõnem supponemus diffõnẽ. Verũtñ diffõ diffõnis, & diffõ sylli deseruiũt ad duo.

Notãdum secũdum.

Respõsio.

C

Notãdum tertium.

D Primo, ad regulãdum nos. Nam ex hoc ꝙ diffõnem sylli habemus in mente, regulamur in syllogizando, ne deficiamus in forma syllogistica: sic per diffõnem diffinitionis in mente retẽtam regulamur, ne deficiamur in diffiniendo. Secũdo, valens ꝯ obuiationem. Nam siquis obuiaret de aliquo syllogismo ꝙ non esset syllogismus, vel de aliqua diffõne ꝙ non esset diffinitio, possit contradici ei per rationes syllogismi, vel diffinitionis: non tamẽ diffinitio simpliciter probatur, sed solum apud talem obuiantem. ¶ Ad argumenta patet solutio ex dictis.

¶ Sequit in Pħo, & in. S. D. Deinde, cum dicit, {Ex suppositione &c.} Articulus. II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt ꝙ ipsum quod quid est, possit demonstrari. i. syllogistice probari de eo, cuius est per viam oppõnis, vz accipiendo quod quid est alterius rei. ¶ Nã bene sequit Color disgregatiuꝰ visus est quod quid est albedinis: ergo color congregatiuus visus est quod qd est nigredinis. Patet ꝯña p locum ab oppositis. Nam sicut diffinitum ꝯriatur diffinito: ita qđ quid est diffiniti contrariatur ipsi, quod quid est ꝯrij diffiniti: & tñ ibi syllogistice oñditur quod qd est, de eo, cuiꝰ est, p quod quid est ꝯrij: ergo &c. ¶ Scdm̃ præterea, sicut bene sequitur Hoc est coloratum, & nõ est nigrum, neq; medio colore coloratũ: ergo est album, ita bene sequit. Albedo est color, & non est color congregatiuus visus: ergo est color disgregatiuus visus, & tñ ibi cõcluditur quod qd est de eo, cuius est p viam oppõnis: ergo &c. ¶ Sed ꝯ est Pħs in lr̃a: ibi {Et si ex suppõne, siue conditione &c.} ¶ Rñdeo ddm̃, ꝙ scda cõclo huius capli, quę est rñsiua ad q̃situm, est ista, Quod quid est non põt efficaciter et syllogistice oñdi de eo, cuius est per viam oppõnis, vz p diffõnem ꝯrij, vtputa non potest probare aliquid esse quod quid est boni, vz indiuisibile esse p quod quid est mali, vz p diuisibile esse, vt Platonici diffinierũt. Hæc rõ probat duabꝰ rõnibus Pħi, quarũ Prima est ista, Nam in hoc mõ probationis demõstrat aliquis, accipiendo quod qd est, & ita accipit qđ oportet pbari, & per ꝯñs petit principium. ¶ Scda rõ talis est, Nã sicut p diffõnẽ vnius ꝯrij oñditur diffõ alterius ꝯrij p viam diffõnis vel oppositionis: ita & econuerso æque fieri põt. Non. n. est magis notũ ꝙ diuisibile sit quod quid est mali q̃ indiuisibile esse sit quod quid est boni: ergo sicut vnũ ostenditur p aliud: ita & econuerso, sic semper sumit æque ignotum ad aliquid probandum, quod est inconueniens. ¶ Pro cuius declaratione, considerandum est primo secundum Doctorem Sanctum, & Egidium, ꝙ prędicta exẽpla Phylosophi de Bono, et Malo sumuntur secũdum Platonem, qui posuit ꝙ eadem est ratio vnius & boni. Videmus. n. ꝙ vnumquodq; appetit vnitatem, sicut proprium bonum. Vnum autẽ est id, quod est ĩdiuisibile, sic per oppositum sequitur ꝙ malum sit idem quod diuisibile est, quia vnũqdq; refugit diuisionem sui, cum per eam tẽdit ad aliquod diminutum, & imperfectum. ¶ Considerandum est vlterius secundum Egidium, ꝙ regula generalis est, videlicet ꝙ semper contrarium est in contrario in habentibus ꝯrium. Si ergo bonum & malum sunt ꝯria, silr̃ diuisibile et indiuisibile, si esse indiuisibile sit contrarium id quod quid est boni, contrarium eius. f. diuisibile erit quod quid est mali. Quia secundum maximam Topicam, Sicut oppositum in opposito: ita propositum in proposito, & econuerso. ¶ Sed instabat discipulus. Nam si contrariũ est in cõtrario, vnũ oppositorum erit in altero, & nigredo in albedine

E

Cõclusio.

Prima rõ.

Secunda.

F

Notãdum primum.

Notãdum secũdum.

Discip.

G quod est inconueniēs:ergo prædicta regula est falsa.
Responsio ¶Dicendum ꝙ illa regula nō debet intelligi de ratio
nibus sibijnuicem contrarijs:sed de duobus vno late
re ꝯrijs alijs duobus,vt bonum & malum ꝯriantur,&
diuisibile et indiuisibile etiam inter se ꝯriantur largo
modo sumendo contrarietatem. Vnde si hoc cōtra
rium diuisibile insit malo, indiuisibile inerit bono,
vt vult regula.¶Ad primum igitur dicendum, ꝙ in
illo processu non syllogistice probatur,sed committi
tur fallacia petitionis principij, tamen forsitan apud
aliquos quibus assumptum est notius,ꝗ ꝯñs, talis po
test esse probatio dialectica,non tamen est syllogisti
ca formal'r loquēdo, & p hoc patet solo ad scd'm &c.
¶Sequitur in Ph'o:ibi{Ad vtrosq; autem &c.}
Articulus tertius.

AD TERTIVM sic procedit. Videt ꝙ ip
sum quod quid est possit demonstrari de eo, cuius est
per viam suppositionis. ¶Nam supponendo animal
irrationale esse quod quid est bruti,& conclusio a re
spondente concessa efficaciter sequitur: ergo animal
rationale est quod quid est hominis, quia oppositorū
opposi tæ sunt rationes, siue quod quid erat esse: sed
H brutum & homo opponuntur, sil'r rationale & irra
tionale opponuntur: ergo si vnum est quod quid est
vnius:puta animal irrōnale bruti, alterum.s. animal
rationale erit quod quid est hominis.¶Secundū præ
terea,si talis modus probationis non est efficax, hoc
est,vt Phs hic innuit,qa non concludit esse quid vnū
quod concluditur,sed hoc nō potest dici. Nam si qd'
quid est contrarij suppositum dicat quid vnum,neces
sarium est quod etiam quod quid est alterius contra
rij dicat quid vnum, vt clare considerāti patet: ergo
quod quid est potest ostendi de eo,cuius est per viam
suppositionis.¶Sed contra est Phs in litera:ibi dicen
Conclusio do{Ad vtrosq; autem &c.}¶Rñdeo dicendum,ꝙ
tertia conclusio hic a Phylosopho elicita, quæ est re
Probatio sponsiua ad quæsitum,talis est,Quod quid est, nō po
test ostendi syllogistice per syl'm suppositiuum, siue
per viam suppōnis.Quam cōclusionem probat Phy
losophus tali rōne.Nam modus siue via concludēdi
quod quid est de eo,cuius est præsertim in eo qd' quid
est,non est conueniens,nisi concludat ipsum qd' quid
est esse vnum,cum diffō significat quid vnum,signifi
catum diffōnis est ipsum quod quid est,siue quod qd
erat esse,sed probatio per viam suppōnis non conclu
dit ipsum quod quid est esse quid vnum: igitur &c.
I Probatio minoris. Nam eodē modo se habet via di
uisionis ad ipsum quod quid est, sicut via suppōnis:
sed secundum viam diuisionis non magis concludit
ipsum quod quid est esse vnum,ꝗ plura. Non.n.ma
gis habetur per diuisionem ꝙ homo sit aīal bipes, ꝗ
ꝙ sit aīal & bipes copulatiue,hęc autem ratio assigna
tur cōis,tam ad diffōnem cōtrarij, ꝗ ad diuisionem.
Notandū primum. ¶Pro declaratione huius, considerandum est primo
secundum Egidium,ꝙ dřia essentialis bene facit vnū
cum eo,cuius est dřia,tñ hoc non habetur ex diuisio
ne in eo ꝙ diuisio. Diuisio.n.s'm hmōi potest fieri p
differentias,tam essentiales, ꝗ accidentales, vt patet
in libro Diuisionum Boethi: vnde acceptum per di
uisionem poterit esse vnum per accñs cum Gramma
tico,& Musico:ꝙ ergo concluditur vnum per diui
sionem hoc non habetur per diuisionem,vel ex diui
sione,inquātum diuisio,sed ex eo ꝙ diuisio habet fie
Notādum secūdum. ri circa talem materiam,gratia terminorum.¶Consi
derandum est vlterius ꝙ in omnibus habentibus cō
trarium quod per se est contrarium in contrario: ita
valet in essentialibus,sic in accidentalibus dum tamē

K sint accidentia per se: vnde ex tali via concludere ra
tionē modi,arguendo ꝙ acceptę sint differentię essen
tiales non erit nobis magis notum, ꝗ ꝙ acceptę sint
differentię accidentales. Ex ipso ergo modo arguēdi
per viam suppositionis, non magis habetur ꝙ cōclu
sa diffinitio sit quid vnū,ꝗ ꝙ sit quid plura. Ex quo
habetur ꝙ neq; per viam diuisiuam, neq; per viā diffi
nitiuam,neq; via suppōnis concluditur diffinitio, vt
diffinitio,quia diffinitio inquantum diffinitio est qd
vnum:ex neutra autem via sufficienter habetur ꝙ id
quod concluditur sit quid vnum.¶Ad primum dicē
dum,ꝙ quia per viam suppositionis arguendo,opor
tet quærere ꝙ respondens cōcedat suppōnem: igitur
talis via non est syllogistica & efficax. Nam in syllo
gistico pcessu,non oportet quærere aliquid a respon
dente quantum ad illationem, vt patet primo Prio
rum.Secus est quātum ad probationem.¶Ad secun
dum patet solutio ex dictis in vltimo Notabili.
¶Sequit in Ph'o:deinde,cū dicit{Qualis aūt &c.}
Articulus quartus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur
ꝙ aliquod quod quid est possit demonstrari de eo,cu
L ius est.¶Nam bene sequitur,Sortes est animal rōna
le,Plato est animal rōnale,& sic de singulis: ergo oīs
homo est animal rationale,& tñ ibi concludit quod
quid est de eo,cuius est:ergo &c. ¶Secundum præte
rea bene sequit,Homo est animal rationale, vel Nul
lus homo est animal rationale per legē Contradicto
riam, quia quodlibet cum quolibet vel eius opposi
tum stat,sed ista est falsa, Nullus homo est animal ra
tionale:ergo ista est vera, Homo est animal rationa
le,& tamen ibi concluditur quod quid est de eo, cu
ius est:ergo &c.¶Tertium præterea,ad sensum patet
hominem esse animal rationale cū discurratur de no
tina noti ad ignoti notitiam:ergo aliqua via pōt ostē
di quod quid est de eo,cuius est.¶Sed contra est Phs
in præsenti cap'lo:ibi {Qualiter autē diffiniēs &c.}
¶Respondeo dicēdum,ꝙ quarta conclusio huius ca
pituli,quæ est respōsiua ad quæsitum,est talis,Quod Cōclusio.
nullo modo potest efficaciter probari quod quid est
de eo,cuius est in eo quod quid est.¶Hæc conclusio
probatur tali ratione secundum Phylosophum. Nā
quod quid est de eo,cuius est non potest probari per
terminos conuertibiles,neq; per viā diuisionis, neq;
per viam diffinitionis,neq; per viā oppositionis,neq;
per viam suppositionis,vt ex dictis patet. Si ergo pos M
set quod quid est probari aliquo modo, vel esset per
inductionem,vel per modum demonstrationis,quæ
fit ad sensum,aut per demonstrationem, quæ fit per
intellectum. Non primum: quia inducens non de
monstrat quod quid est, sed ostendit aliquid esse vel
non esse,vtputa ꝙ omnis homo est animal,vel ꝙ nul
lus homo est asinus. Non scd'm,qa quod quid est nō
est obiectum sensus,sed ipsius intellectus, vt dicit.3.
de Anima.Neq; dicendum est tertium,vt in sequen
ti articulo declarabitur:ergo nullo modo quod quid
est potest probari de eo, cuiꝰ est in eo quod quid est.
¶Ad primum igitur, & ad omnia argumenta dicen
dum,ꝙ bene concluditur ꝙ id, quod est alicuius po
test probari de eo,cuiꝰ est,vt animal rationale de ho
mine:non enim reduplicatiue, videlicet in eo quod
quid est absq; petitione principij.
¶Quæstio.6.Quomodo quod quid est possit demō
strari de eo,cuius est, & est lectio.6.S.D. Lec.6.

DEINDE considerandum restat in fine huius
tractatus,quare ipsum quod quid est, nō potest osten
di de eo, cuius est demonstratione, aut diffinitione.
Postꝗ

A Postq̃ ostensum est, q̃ non potest ostendi, inducẽdo per syllogismos, vel singulos modos, quibus aliquid potest demõstrari.i.probari efficaciter. ¶Circa quod duo quærũtur. Primo, vtrum ipsum quod quid est, possit ostendi de eo, cuius est demonstratiue. Secundo, vtrum possit de eo ostendi diffinitiue.

¶Sequit in Phõ, & in. D.S. {Amplius autẽ quõ.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ ipsum quod quid est possit ostendi de eo, cuius est demonstratiue. ¶Nam esse potest demonstrari, cũ quælibet conclusio demõstrationis affirmatiuę significet esse, sed esse & quod quid est idem sunt: ergo qd' quid est potest demõnstrari. Probatio minoris. Nam esse est de essentia cuiuslibet entis creati, esse & quod qd est idem sunt realiter. Probatio antecedentis. Nam esse est essentia rei, aut aliud superadditum. Si primũ: habetur intentum. Si secundum: aut tale superadditum est ens, aut nihil, non est dicẽdum scdm, vt de se patet. Si primum: aut tale superadditum habet esse p suam essentiam, aut esse est sibi superadditum. Si primum: pari rõne standum erat in primo. Si secũdum: B tunc quæritur de illo superaddito, & sic erit procedere in infinitum in entibus, quod est ꝯ Phm. 2. Meta. ¶Sed dicebat q̃ illud superadditum non est ens: sed est quo aliquid est ens, sicut paries dicitur albꝰ per albedinem, tamen albedo non est alba. ¶Secundũ considerandum, ens est vnum de transcendentibus: ergo verificatur in quocunq; quod est aliquid tale: igit superadditum est aliquid aut nihil. Si est aliquid: ergo erit ens, cum ens & aliquid conuertantur. ¶Sed dicebat q̃ illud superadditum est ens per suam essentiam, nec eadem ratione stãdum est in primo, sicut dicitur album per albedinem primo per seipsum formaliter: & ita pari ratione non erat standum in primo, sicut in illo superaddito. ¶Tertium considerandum, oĩa creata quantum ad hoc, q̃ esse sit de sua essentia sunt eiusdem rationis: igit si de essentia vnius entis creati sit esse, eadem rõne erit de essentia cuiuslibet entis creati: cum ergo additum sit ens creatũ si de sua essentia sit esse, & de essentia illiꝰ, cui additum erit esse. ¶Sed di- C cebat q̃ additum est ens per aliud superadditum, nec tamẽ est procedere in infinitum in talibus, sed status est in prima cã, in qua esse est de essentia eius. ¶Quartum considerandum, prima causa entium creatorum dat effectum, sed argumentum ꝓcedit de eo, q̃ sit ens formaliter: ergo si non est deuenire ad primum in genere causę formalis in superadditis erit procedere in infinitum, & sic argumentum stat. ¶Quintum præterea, quæstio si est non ponit in numerum, vt supra cõcessum est: ergo prędicatum cum quæritur, an homo est, non realiter distinguitur contra subiectum, et per consequens esse est de essentia illius, cuius est esse. Cũ igitur esse, siue quia est, ostendatur demonstratiue: sequitur q̃ essentia, siue quod quid est, possit demõstratiue ostendi. ¶Sextum præterea, quod quid est, et passio eadem demonstratione demõstrantur: ergo quod quid est potest demonstratiue ostendi. Añs paet, Nã ea quæ sunt eadẽ realiter & essentialiter, de quocũq; demonstratur vnum, & reliquum simul, sed passio et eius quod quid est sunt idem essentialiter, cum diffinitio & diffinitum eãdem significent essentiam: ergo quod quid est & passio eadẽ demonstratione demonstrantur. ¶Septimum præterea, secundum Phylosophum. 2. Metaphy. accidentis esse est inesse: ergo qd' quid est passionis est per se inesse subiecto, sed inesse passionis per demonstrationem eius ostenditur, ergo quod quid est eius per demõstrationem potest ostendi. D ¶Octauum præterea, quæcunq; habent vnũ principium si vnum demonstratione ostenditur, ita & reliquum ostẽdi potest: sed passio, & quod quid est eius vnum habẽt principium, quod est diffinitio subiecti: ergo &c. ¶Sed cõtra est Phylosophus in præsenti capitulo: ibi {Amplius quomodo debebit quod quid est &c.} ¶Respondeo dicendũ, q̃ istud est vltimum **Respõsio.** capitulum huius secundi tractatus, in quo Phylosophus ostendit q̃ ipsum quod quid est non potest ostẽdi de eo, cuius est in eo quod quid est per rationes cõmunes, ponẽdo duas conclusiones: de quarum Secũda in sequenti articulo videbitur. **Cõclusio.** ¶Prima conclusio quæ est responsiua ad quæsitum, talis est, Quod quid est non potest ostendi de eo, cuius est demonstratione. ¶Quam conclusionem probat Phylosophus tribus rationibus. vnum supponendo, videlicet q̃ quicunq; sit quod quid est alicuius rei necesse est q̃ sciat illam rem esse, quia enim non entis nõ est aliqua qdditas vel essentia: igitur de eo quod nõ est, nullus potest scire quod quid est, sed potest scire significationẽ nominis vel rationem ex pluribꝰ nominibus compositam. Sicut potest aliquis scire quid significat hoc nomen Hyrcoceruus, quia significat quoddam animal E compositum ex hyrco et ceruo, sed impossibile est sciee quod quid est hyrcocerui, quia non est tale in rerũ natura. Qui ergo scit quod qd est alicuius, necesse est vt sciat ipsum in rerũ natura, vt deducit hic. D.S. quo supposito prima ratio est talis. ¶Pro vna & eadẽ demonstratione non possunt diuersa demonstrari: sed **Prima rõ.** aliud est quod quid est rei & esse rei. In solo. n. essentiali principio quod est per suã essentiam ens ipsum, & quidditas eius sunt vnum & idem, in oĩbus autem alijs quæ sunt entia non p essentiam, sed p participationem oportet q̃ sit aliud esse, & quidditas eius. Nõ ergo est possibile q̃ eadem demonstratione demonstretur quod quid est, & qa est: sed in qualibet demonstratione demonstratur quia passionis. Impole ergo, q̃ per aliquam demonstrationẽ ostdatur quod quid est. Probatio maioris, Nam oportet conclusionem esse proportionatam medio: sed medium cuiuslibet demonstrationis propter quid est diffinitio, quæ inducitur ad manifestandum aliquid vnũ, inquantũ vide- F licet ex partibus diffinitionis sit vnũ per se: ergo oportet q̃ demonstratio aliquod vnũ demonstret. Sic per vnam & eandem demonstrationem non pñt diuersa demonstrari quod fuit probatum. ¶Secunda ratio ta- **Secũda rõ** lis est, Nam fm cõem Phylosophorum sentẽtiam totum quod per ipsam demonstrationẽ demonstrat est ipsum quia est: ergo quod quid est non põt demõstrari. patet ꝯña, quia quod quid est, et quia est differunt. Quia si essent idem esse rei & substantia rei, siue essentia rei, sequeret q̃ ens esset genꝰ, quia genus est quod prædicat de pluribus spẽ differentibus in eo qd' quid est, sed ens non põt esse genus, vt patet. 4. Metaph. ergo &c. ¶Tertia rõ talis est, Oẽs sciẽ præsertim mathe- **Tertia rõ.** maticę, quæ sunt certissimę per demonstrationes quibus vtunt, demõstrat quia est, & non quod quid est, sed ipsum supponũt, vt Geometria supponit qd significat triangulus &c. ex diffõne triãguli probat q̃ figura in qua est resolubilis pyramis est triangulus: ergo signum est quod quid est non potest demonstrari, siue demonstratione ostendi de eo, cuius est, quod etiã patet secundum consuetum sermonem diffinitionũ, quod nunc est in vsu, Nã illi, q diffiniunt, non manifestãt qa est, sed qd est: igit demrãtes qa est nõ ostdũt qd est, & hoc directe loquendo, vt supra expositũ est.

G ¶Pro declaratione præcedentium considerandũ est
Notandũ primum. secundum.D.S.ꝙ propter hoc ꝙ Deus est,suum esse
non est in genere:qa ergo quęlibet res creata est in ge
nere,impossibile est ꝙ res creata sit suum esse. Aliter
Demonstrator cum demonstrat quia est,etiam simul
& semel demonstraret quod quid est, quod est manis
feste falsum,quia demonstratio demonstrat enunciaз
tionem aliquam,quæ significat esse,vel non esse: vnз
de quidditas rei creatę non est suum esse:aliter res nõ
posset intelligi absqз suo esse existere,sicut non potest
intelligi absqз sua quidditate,et essentia. Verũtamen
Rodolph⁹ Rodolphus propter rationes ante in contrarium adз
ductas vult ꝙ quodlibet ens est per suã essentiam, &
non per aliud superadditum ab eo realiter distinctũ,
Notãdum secũdum. sed esse est de essentia cuiuslibet rei creatę.¶Considez
randum est vlterius ꝙ esse accipitur tripliciter secunз
dum.D.S.in quæstionibus de Malo.q.1.ar.1.ad vlti
mum. Vno modo,pro esse essentię:& talis est idem
realiter cũ essentia rei,quod quidem esse indicat diffi
nitio. Alio mõ,accipit̃ p esse actualis exñtię ẜm ꝙ aliз
H qd dr̃ actu exñs. Tertio mõ accipit̃ p eo,quod qualrз
cũqз põt responderi ad interrogationẽ factam per an
est,videlicet vt importat habitudinem prædicati ad
subiectum,secundum ꝙ accipitur a Pħo in.1.Perıher
menias,vbi dicit, Si hoc verbum Est purũ dixeris niз
hil est,rationem hic subiũgens,quia hoc verbum Est
quandam compositionem significat quam sine extre
mis non est intelligere,& istis duobus modis esse reaз
liter distinguit̃ a suƀa in quolibet ente creato. Aliter
ens creatum non esset ens per participationem, sed p
essentiam:quod est inconueniens, vt in summa Diuз
næ Phię lib.4.ad longum disputatum est. Esse autem
quod significat,quæstio an est,quæ per demñstratioз
nem terminatur accipitur.3.modo, vз pro habitudiз
ne terminorum cõcr̃onis,vel.2.modo,vз pro esse exi
stentię non formali,sed virtuali ẜm ꝙ res habent esse
in suis principijs:& isto modo accipiendo esse imposз
sibile est scire de aliquo quid est,ignorãdo suum esse.
Quia quod non est,non scitur,vt in primo huius haз
bitum est in Textu Pħi:ergo quicquid scitur est ens,
sed de quocunqз scitur suum quod quid est, scitur ꝙ
est ens:quia nõ entium non est quidditas rei: de qua
est ad propositum,ẽt de quocunqз scitur quod qd est,
de eo scitur quod est, & per consequens quod habet
I esse existentie virtualiter loquendo. Secus autem for
maliter,vt ẽr supra declaratũ est. ¶Ad primum igit̃,
admittatur solutio discipuli.¶Ad secundum,dicenз
dum,ꝙ id supra additum non est ens, sicut id,qđ exiз
stit:sed est ens,sicut quo aliquid existit: vnde non est
ens per suam essentiam,neqз aliqd supra additũ sibi.
Non oportet ꝙ omne quod est aliquo modo ens, ꝙ
sit ens per essentiam vel ens per participationem: sed
hoc solum veritatem habet in his,quæ sunt ens,sicut
id quod existit, videlicet quod habet esse, quod quiз
dem,si habet esse per essentiam suum esse erit sua qdз
ditas.Si vero habet esse per participationem suũ esse
realiter differt a sua quidditate,sicut est in omni ente
creato,loquendo de esse essentię,aut de esse enunciaз
tionis.Et per hoc patet solutio ad tertium,& ad quar
tum.¶Ad quintum dicẽdum,ꝙ quæstio an est, non
ponit in numerum contra subiectum,cũ in tali quæз
stione non sint nisi duo termini, vnum.n.non ponit
in numerum contra vnum. Non autem dicitur quæз
stio an est non ponere in numerũ ex eo ꝙ hoc ipsum
est sit idem cum subiecto:sed quia sicut est vnicũ subз
iectum,ita est vnicum prædicatum non includens ali
quam actualitatem ab actualitate existentię &c.vt su
pra in principio huius secũdi libri expositũ est. ¶Ad K
sextum dicendum,ꝙ non oportet ꝙ quando aliqua
duo sint idem realiter:si vnum demonstratione ostẽз
ditur & reliquum dũmodo differant ẜm rõnem, nec
inhærentia accidentis est sua quidditas,loquendo de
actuali inhærentia,vt patet.7.Metaph.Et per hoc pa
ret solutio ad septimum & ad octauum.

¶Sequit̃ in Pħo:ibi {Si ergo & diffiniens &c.}

Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt̃
ꝙ ipsum quod quid est,possit ostendi de eo, cuius est
diffinitione.¶Nam diffinitio ĩdicat quid est esse rei:
ergo quod quid est potest ostendi de eo,cuius est diffi
nitione.Antecedens patet per diffinitionẽ ipsius difз
finitionis.¶Secundum præterea, signum ostendit &
representat suum signatum vel significatum, sed diffi
nitio est signum ipsius quod quid est: ergo diffinitio
repręsentat ipsum quod quid est: & per ɔñs quod qd
est potest ostendi de eo,cuius est diffinitione. ¶Sed ɔ̃
est Phylosophus in præsenti capitulo: ibi {Si ergo
& diffiniens &c.} vel secundũ aliam translationẽ L
{Quod igit̃ manifestabit diffiniens &c.}¶Respon Conclusio
deo dicendũ,ꝙ secunda conclusio huius capituli,quę Probatio
est responsiua ad quæsitum, talis est, Ipsum quod qd
est non põt ostẽdi de eo,cuius est diffinitione. Quam
conclusionem probat Phylosophus ẜm.D.S. vna ra
tione ducente ad inconueniens. Nam ad cognitionẽ
quid est,requiritur cognitio quia est: sed diffõ inquãз
tum hmõi non ostendit quia est. Diffinitio.n.qd noз Diffõnem
minis,non ostendit quia est,cum possit esse nõ entiũ, qd rei non
nisi quis dicat diffinitionẽ quid nominis, quæ est rei eẽ,qd no.
interpretatiua esse pœnitus eandem cum diffinitione
quid rei,sed hoc dicere est inconueniens, quod pbat
Phylosophus tribus rõnib⁹: quarum Prima est talis, Prima rõ.
Nam diffinitio quid nominis põt esse tam existentiũ
q̃ non exñtium,sed diffõ quid rei non põt esse nisi pз
prię subę ipsius: accñtis vero per additamentũ, vt paз
tet.7. Metaphy.igitur &c.¶Scđa rõ est, si nihil aliud Secunda.
sit diffinitio qd rei q̃ ratio interpretatiua noĩs,sequiз
tur ꝙ omnes rõnes essent diffõnes quid rei: & ita seз
queretur cum disputamur vel colloquimur adinuicẽ
ꝙ ipsę disputationes vel collocutiones sunt quædam
diffinitiones quid rei,& ita sequeretur ꝙ poema Ho
meri de bello Troiano sit quædam diffinitio qd rei,
quod est incõueniens.¶Tertia ratio est, Nulla scienз Tertia.
tia demonstrat ꝙ tale nomẽ significet talem rem, sed M
supponit,cum noĩa significent ad placitum: sed quæз
liber scientia dat aliquas diffõnes, cum diffinitio sit
medium demonstrationis:e go non sunt idem diffiз
nitio qd rei,& ratio interpretatiua nominis siue diffi
nitio quid nominis,vt etiam patet ex his,quę in prin
cipio huius adducta sunt. ¶Ex p̃dictis cõcludit Phyз
losophus,ꝙ diffinitio & syllogismus non sunt idem,
neqз de eodem,& ꝙ diffinitio non demonstrat, & ꝙ
non est possibile cognoscere quod quid est per demõ
strationem aut diffinitionem, quia diffinitio solum
ostendit quid est,& demonstratio solum quia est,sed
ad cognitionem quod quid est requiritur cognitio
quia est: sed si res diffinita esset quid ignotum scienз
do diffinitionem statim non scimus ipsam rem esse,
sed adhuc oportet inuestigare,vtrum hoc quod diffiз
nitum est sit res alicuius prædicamenti: ergo aliquid
esse vel non esse rem prędicamenti ẜm se, neqз diffini
tio,neqз demonstratio oñdit:licet demonstratio ostẽ
dat esse vnius in ordine ad alterum &c. ¶Cõsideranз
dum tñ est,ꝙ diffinitio potest considerari dupliciter.
¶Vno mõ inq̃tũ est diffinitio ex se, & sic diffinitio
non

A non ostendit quod quid est rei. Aliter diffinitio omnis ostenderet quod qd est rei, quod est falsum cū diffinitio quid nominis non ostendat quid rei: sed solū significatū nominis. Alio modo, potest considerari inq̄situm est talis diffinitio, videlicet quidditatiua, & talē ondere qd'qd est pt itelligi dupliciter. Vno modo confuse, & sic diffinitio ondit quod quid est. Alio modo, potest intelligi q ostēdat ipsum quod quid est scientifice, & illo modo diffinitio non ostendit quod quid est inq̄sitū diffinitio fm se considerata, cum scientia sit effectus demonstrationis per quā nō ostenditur qd'qd est formaliter: secus est elicitiue vt in capite huius. 2. lib. declaratum est, & per hoc patet

Discip. solutio ad rationes articuli. Sed replicat discipulus. Nam diffinitio fm Albertū magnū & alios phos indicat quod quid est a prima potētia vsq ad vltimum actum: ergo ostendit quod quid est non confuse, sed

Responsio. determinate. Dicendum est q diffinitio ostendit quod quid est significatiue & non sciētifice: vñ accipiendo cognitionem confusam pro omni cognitione quę distinguitur contra scientificam, diffinitio nō indicat quid est, nisi confuse.

Lec. 7. B Qō. 7. Qño qd qd est, possit ostendi syllogistice vel demonstratiue fm veritatem: & est lec. 7. S.D.

INSVPER considerādum restat quare fm rei veritatem ipsum quod quid est se habeat ad demonstrationē: postq̄ visum est qualiter se habeat ad demonstrationem disputatiue loquēdo. Circa quod duo occurrunt consideranda. Nam primo, considerandum est qualiter in aliquibus ipsum quod quid est potest per demonstrationē accipi. Secundo considerandum est, qualiter hoc nō potest fieri in omnibus: & hoc in. 2. capitulo huius tertij tractatus: ibi, {Est autem quorundam &c.} Circa primum queruntur duo. Primo, vtrum ipsum quod quid est in aliqbus possit accipi syllogistice de eo cuius est. Secundo, vtrum possit accipi vllo modo, demōstratiue.

Sequitur in Phylosopho, & in. S.D. {Iterum aūt speculandū.} Articulus primus.

ADPRIMVM sic procedit. Videt quod qd ē in aliquibus non possit syllogistice ostendi de eo cuius est. Nam si sic: vel hoc est per syllogismum reduplicatiuum, vel per syllogismum diuisiuum, vel diffi-

C nitiuum aut per viam oppositionis, vel p viā suppositionis, vel inductionis, quia non videtur esse alium modum ostendi quod quid est: sed nullus istoꝝ est dicendum: vt in precedenti tractatu phs probauit: ergo &c. Secundum pterea petitio principij probationem tollit: vt patet primo Elenchorum: sed qualitercunq ostendatur qd'quid est, cōmittitur petitio pncipij: vt ēt supra probauit Phs. Sed ɔ̄ ē Phylosohus in literar ibi, {Iteꝝ aūt speculandū est &c.} Respondeo, dicendū q iste est tertius tractatus huius. 2. libri in quo Phylosophus ostendit qualiter ipsum qd' qd est & diffō se habeat ad demonstrationē fm rei veritatē. Postq̄ circa hoc disputatiue processit q qdē tractatus duo in se cōtinet capitula. In quorū primo ostēdit in aliqbus quod qd est pōt ostendi de eo cuius est. In. 2. vero capitulo ostendit q hoc non pōt fieri in omnibus. In primo vero capitulo ponuntur due cōclusiones de quarum. 2. in sequenti articulo videbit.

Conclusio Probatio. Prima conclusio q̄ est responsiua ad q̄situ talis est. In aliqbus pōt ondi qd' qd est, de eo cuius est. Quæ conclusio probat tali rōne Phi. Nam diffō materialis pōt sillogistice ondi p diffōnē formalē vel demstrationem formalē: ergo qd'qd est qd' sumit de cā intrinseca pōt syllogistice ostendi de eo cuius est p aliud qd'qdē eiusdē rei sumptū a cā formali. Patet consequentia

D qa ipsum quod qd est dicit esse significatū proprium ipsius diffōnis. Antecedens probatur sic syllogizādo, Omnis habitus pducēs ad beatitudinē, est habit⁹ fm rectā rōnem operans, sed virtus est huiusmodi: ergo &c. Considerādum est hic fm. D.S. q cum qd' qd est sit causa ipsius eē rei fm diuersas causas eiusdē rei pōt multipliciter qd' quid est rei assignari: puta qd' qd est domus pōt accipi p cōparationē ad causam formalē: vt dicamus q est aliquid cōpositū ex lignis & lapidibus &c. & potest accipi per comparationē ad causam finalem: vt dicamus q est artificium pręparatum ad habitandum vt conseruet nos a pluuia &c. Sic igr contingit q cum sint multa quod quid eiusdē rei aliquod istorum monstrabit & aliquod non monstrabitur: sed oportet supponere, nec sequitur q sit petitio principij cum aliud quod qd est supponatur: & aliud probetur, nec tñ est modus probandi quod quid est demonstratiue, sed syllogistice syllogizando: qa non sufficienter probatur q illud quod cōcluditur sit qd quid est illius rei de quo concluditur: sed solum insit ei. Non etiam ostenditur de eo cuius est absolute in eo quod quid est, quia hoc non potest fieri absq petitione pncipij: & per hoc patet solutio ad argumenta. — Notādum.

E Sequitur in Phylosopho & in. S.D. {Quomodo autem contingit &c.} Articulus secundus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q ipsum quod quid est, non possit demōstrari de eo cuius est per demonstrationem. Nam quod quid est, dicitur medium demonstrationis: sed medium non ingreditur conclusionem, quę per demōstrationem ostendit: ergo quod quid est non pōt per demonstrationem ostendi: vt etiam Phs superius probauit. Secundum pterea, id quod supponitur in demōstratione non ostenditur p causam: sed quod quid est in q̄libet demonstratione supponit, psertim in demonstratione propter quid: etiam in qualibet demonstratione supponitur quid tā subiecti q̄ passionis, vt in prohemio libri declaratum est: ergo &c. Sed contra est phylosophus i litera: ibi, {Quo autē cōtingit &c.}

Respōsio. Respondeo, dicendum q. 2. conclusio huius capituli q̄ est responsiua ad q̄situm talis est. In aliqbus quod quid est, potest demonstrari per demonstrationem. Quæ conclusio fm phylosophum probatur — Conclusio.

Probatio. F tali ratione. Nā demonstratio facit scire, qa est cōclusionis per causam: sed idem est scire propter quid, & causam qōnis quia est: ergo per demonstrationē accipi pōt qd qd est. Quia qd qd est, & pp qd, idē sunt, vt si sciamus propter qd luna eclypsat, scimus qd ē eclypsis: vñ id ad quod respondetur ad propter qd: est diffinitio siue quid est, vt si q̄ratur propter quid homo est risibilis, respōdetur, quia est animal rationale. Ex quo patet quod quid est ipsius passionis vel subti, est propter quid passio inest subiecto: ergo quod qd est innotescit per hoc q accipitur propter quid: & licet non sit syllogismus & demonstratio ipsius ppter qd vt. s. syllogizetur vel demonstretur quod quid est de eo cuius est in eo quod quid est: tñ manifestatur ipsū quod quid est per syllogismum & demōstrationem inq̄situm. s. medium demonstrationis propter quid ē quod quid est: vnde manifestū est q neq sine demōstratione potest sciri quod quid eius cuius est altera causa. Neq tamen est demonstratio ipsius quod qd ē, vt superi⁹ probabiliter & disputatiue phylosophus adducit. Considerandum est primo fm phylosophum in litera, quod idem est scire quod quid est & scire causam quęstionis an est, Sicut idem est scire pp — Notādum primum.

G quid est scire causam questionis: quia est. cuius ratio est ista. Quia oportet ꝙ eius quod est rem esse: sit aliqua cã. per hoc enim dicitur aliquid cãtum, quia habet cãm sui esse. Hæc aũt cã essendi: aut est eadem cũ essentia ipsius, aut alia. Eadem quidẽ sicut materia & forma quæ sunt partes essentię in substantiis materialibus. Alia uero sicut cã efficiens & finalis. Qui qdẽ duę causę sunt quodãmodo formę & materię causa. Causa aũt quæ est alia ab essentia rei quandoq; est talis causa per quã põt fieri demõstratio: qñq; uero nõ. Quia non ex omni causa agẽte sequitur ex necessitate effectus. Ex suppositione uero finis sequitur ꝙ sit id qđ est propter finẽ, ut probatur secũdo Phy. Hæc

Notãdum secũdum. D.S. formaliter. Considerandum est secundo ẽm eundẽ ibidem ꝙ dupliciter se habet aliqs ad cognoscẽdum propter qd. Qñq; enim habemus, quia est in nostra cognitione: & quęrimus adhuc ꝑpter qd. Quandoq; aũt utrunq; nobis simul sunt manifesta. tertiũ autẽ est impossibile ut prius cognoscat aliquis de aliqua re propter quid, q̃ quia. Et similiter est de eo quod quid erat esse. Quia aliquãdo scimus rẽ esse: nec tamen scimus pfecte quid sit. Aliqñ uero scimus similiter utrunq;. Sed tertiũ est impossibile ut. s. sciamus quid est: ignorãtes si est. Hec etiã. D.S. formali

H. Notãdum tertium. ter. Considerandũ est tertio ẽm eũdem ibidem ꝙ rem aliquam esse possumus scire absq; eo ꝙ sciamus de eo quid est dupliciter. Vno modo, ẽm ꝙ cognoscimus aliquod accidẽs eius, puta si p uelocitatẽ motus existimemus leporẽ esse. Alio modo, p hoc ꝙ cognoscimus aliquid de essentia eius: ꝙ quidem est possibile in substantiis cõpositis: ut puta, si cõprehendamus hoĩem esse per hoc ꝙ est risibilis uel rationalis, nondum cognitis aliis quæ cõplent essentiã hoĩs: Sed in substantiis simplicibus hoc non contingit: Quia non potest cognosci aliquid de substantia simplicis rei nisi tota cognoscatur. ut patet secundo & nono. Metaphy. oportet autẽ qui cognoscit aliquã rem esse: per aliquid rei id cognoscat. Et hoc uel est aliquid præter essentiã rei: uel aliquid de essentia ipsius: utputa si cognoscamus tonitruũ esse per hoc qa est quidã sonus nubium: qui quidem pertinet ad essentiã tonitrui: nõ tñ est tota tonitrui essentia. Quia non omnis sonus nubiũ est tonitruum. Et similiter si

I cognoscamus eclypsim lunę uel solis esse: per hoc ꝙ est quædam priuatio luminis: Cum tñ nõ omnis priuatio luminis sit eclypsis: & eadem ratio est in aliis: ut si aliquis percipiat hominem esse, per hoc ꝙ est quoddã animal: uel si percipiat animã esse per hoc ꝙ est aliquid seipsum mouẽs: & sic de similibus. Hæc.

Notãdum quartum. D.S. ẽm Philosophũ formaliter. Considerãdum est ulterius ẽm eundẽ ibidem ꝙ illa de quibus scimus ꝙ sunt per aliquod accidẽs ipsorum nullo modo per hoc se habẽt ad hoc ꝙ cognoscamus de illis qd sunt: quia neq; etiã uere scimus per hmõi accidẽtia ea esse. Scimus quidem esse eorũ per accidentia: sed qa accidentia nõ sunt ipse res: non propter hoc scimus uere res ipsas esse. Vanũ aũt est quęrere quid est: si aliquis nesciat quia est. Et illa de quibus scimus ipsa esse per aliquid eorũ: facilius possunt cognosci a nobis quid sunt. Vnde manifestũ est ꝙ sicut nos habemus ad cognoscendum quia est: ita nos habemus ad cognoscẽdum quid est: ut manifestat Philosophus p exempla de eclypsi & tonitruo. Ex prædictis patet ꝙ accipiẽdo quod quid est per demõstrationẽ accipimus quid est: quia ipsum medium ostẽdens ꝑpter quid est: est oratio diffinitiua tñ primi termini. i. maioris extremitatis: Sed si oporteat accipere aliqđ aliud mediũ ad hoc demonstrandũ, acciperetur mediũ ex aliqbus rationibus. i. ex diffinitione minoris extremitatis & aliarũ causarũ intrinsecarũ. Cum enim subiectum sit cã passionis necesse est ꝙ diffinitio passionis demonstretur p diffinitionẽ subiecti: ut patet in exẽplo Philosophi. Quia enim luna est corpus tale natum sic moueri, ideo necesse est ꝙ obiiciatur certo tpe terra inter solem & lunam. Hæc etiã omnia. D.S. Ex quo patet ꝙ licet in aliqua demonstratione ꝑpter quid medium sit diffinitio passionis: tñ illa demonstratio nõ potest dici potissima cum resolubilis sit in priorẽ: ut supra declaratum est. Cõsiderandũ est ulterius ẽm

K

Notãdum quintum. Egidium ꝙ eadem uia demonstratiua habemus tam quia est, q̃ quid: siue propter qd. Sed diuersimode. Nã in demõstratione duplex est processus. Vnus cõpositiuus. Cum procedentes ex cã ad effectum: ex pręmissis procedimus ad cõclusionẽ, & illo modo habemus quia est. Nam quia est p demõstrationẽ cõcluditur. Alius est processus resolutorius: ut cum procedimus ab effectu in causam. Cũ ex conclusione regredimur super pręmissas. Nam uia resolutoria est resoluere effectum in causam & resoluere cõclusionem in pręmissas. & hoc modo per dmr̃ationem habetur propter quid. Nã propter quid in demr̃atione præmittitur. Sicut quia est in demr̃atione cõcluditur. Et quia eadem est uia qua itur a causa in effectũ: & ab effectu ĩ causam: Sicut eadẽ uia est qua itur Athenis ad Thebas, & a Thebis Athenas: ut patet. 3. Physi. ergo eadẽ uia habemus, quia est & propter quid: sed diuersimode. Ad argumẽta patet solutio ex supradictis.

L

Quęstio. 8. An in omnibus possit ostendi quod quid est. & est lectio. 8. S.D.

NVNC considerandum restat in quibus non potest per demr̃ationẽ accipi quod quid est: præsertim per aliquod quod quid est: & qualiter se habent modi diffinitionis ad demõstrationẽ. Circa quod quęruntur duo. Primo, utrum in omnibus sit possibile accipere quod quid est. Secundo utrum quod quid est sit proprium significatum diffinitionis.

Lec. 8. Sequitur in Pho & in S.D. {Est autẽ quorũdã.}

Articulus primus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in omnibus possit accipi quod quid est per demr̃ationem. Nam de quolibet ente potest fieri demr̃atio,

uersa genera habent diuersas species, vt patet in Præ-
I dicamētis, sed argumētatio prioristica, & alię disputa
Responsio tiones, hn̄t easdem spēs: ergo non distinguunꝛ. ¶ Di-
cendum, ꝙ licet prædictę disputationes habeant eas-
dem species māliter nō tñ formaliter, quia inquantū
illę spēs sunt incontractę, sic sunt spēs argumentatio-
nis prioristicę, inquantum vero ɔ̄ctę ad mām necessa-
riam, sic sunt spēs argumentationis posterioristicę, si-
ue doctrinales: sed inquantum sunt ɔ̄ctę, ad mām ve-
re probabilem, sic sunt species argumētationis diale-
cticę, inquantum autem sunt contractę ad materiam
probabilem, sed non existem: sic sunt spēs argumen-
Cōclusio. tationis sophisticę. ¶ Conclusio responsalis licet prę-
Probatio. dicta diffinitio non sit quidditatiua, est tamen bene
assignata. Prima pars huius conclusionis probaꝛ per
duo prima argumenta in principio q̄ōnis adducta, &
confirmatur quia soli⁹ speciei est diffō quidditatiua,
vt patet per Boethum, & per Ph̄m. 7. Meta. Secunda
pars probatur tali rōne. Nam in prędicta diffinitione
tanguntur omnes cāę diffiniti: ergo est bona. Probaꝛ
antecedēs, quia causa formalis explicatur per hoc qđ
dicitur actus: causa vero efficiens instr̄alis tangiꝛ per
hoc quod dicitur sophistic⁹: causa autem efficiēs prin
cipalis, tāgitur per hoc quod dicitur vnius ad alteꝝ:
sed cā finalis tangiꝛ ꝑ hoc qđ dr̄ ad aliquod propositū

ostendendum. Nulla autem est cā ex qua ipsius disputa- K
tionis, cum non sit substantia: ideo in prædicta diffi-
nitione non tangitur. Et licet scire sit finis mediatus,
& remotus ipsius disputationis: tñ non est finis proxi-
mus, non est. n. inconueniens ꝙ vnius rei sint plures
fines subordinati, vt īfra patebit. ¶ Dubitatur primo Dubium.
quid est argumentatio & quot sunt spēs syll'i cū eorū
diffinitionibus. ¶ Dicendum primo, ꝙ argumētatio Respōsio.
primo, sic diffinitur. Argumentatio est ratiocinatio
mentem arguens, & conuincens, faciens nos deueni-
re de notitia noti ad notitiam ignoti. Vel sic secūdū
Boethum. Argumentatio est ratio rei dubię faciens Argumentatio.
fidem. Syllogismorum autem sex sunt spēs, v₃ syllo-
gismus simpl'r dictus, elēchus, demonstratiuus, sophi-
sticus, dialecticus, & tentatiuus. Simpl'r dictus syllo- Syll's simpliciter dictus.
gismus s̄m Ph̄m. 1. Priorum, est oratio in qua quibus-
dam positis aliud ab his, quæ posita sunt, ex necessita-
te accidit, eo ꝙ hæc sunt. Syllogismus vero elenchus Elēchus.
est s̄m Ph̄m. 1. Elenchorum, &. D.S. in pręsenti trac.
syllogismus cum cōtradictione, de quo videbitur in- L
ferius, cum de fallacia ignorātię elenchi tractabitur.
Sed syllogismus demōstratiuus est syll's faciens scire Demonstratiuus.
s̄m Ph̄m. 1. Posteriorum, vel est syll's procedēs ex pri-
mis veris & immediatis prioribus notioribusq̧ cau-
sis conclusionis. Syll's vero dialecticus, est qui ex pro Dialectic⁹
babilibus est syllogizatus, vel sic syll's dialecticus est
oratio, in qua quibusdam positis & concessis, necesse
est aliud accidere per ea, quæ posita sunt & concessa.
Syll's vero sophisticus est qui ex apparentibus nō exi-
stentibus est syllogizatus. Sed syll's tentatiuus, secun- Sophyst.
dum Ph̄m in Elenchis, est qui procedit ex his, quę vi- Tētatiuus
dentur respondenti, & necesse est eum habere qui se
simulat habere scientiam. Ex diffōnibus autem prędi
ctis patebunt diffinitiones disputationum. ¶ Ad pri-
mum scd̄m & tertiū patet solō ex dictis. ¶ Ad vltimū
dd̄m, ꝙ licet disputatio sophistica nō ostdat aliqđ ꝓ-
positū veꝝ, ostdit tñ apparens: ideo diffō cōtingit sibi
licet imperfectius cæteris speciebus disputationis.

¶ Quæstio. 3. De diuisione disputationis. Quæst. 3.

QVÆRITVR Tertio. Vtrū disputatio con
ueniente diuidatur in disputationem demōstratiuā,
dialecticam, sophisticam, & tentatiuam. ¶ Arguiꝛ pri
mo, ꝙ non. Nam diuisio soli quantitati congruit, vt
habetur. 1. Physi. sed disputatio non est quantitas: er- M
go non potest diuidi, quod est contra suppositū. ¶ Se
cundo, cuiuslibet argumentationi correspondet ali-
qua disputatio, quia secūdum quamlibet speciē argu-
mentationis potest ostēdi aliquod propositum, cum
igitur sit aliqua argumentatio prioristica, sequitur ꝙ
erit aliqua disputatio prioristica, & per cōsequens di-
uisio insufficiēs. ¶ Tertio, omnia necessaria sunt pro-
babilia, cum appareant omnibus, vel pluribus, aut sa-
pientibus: ergo disputatio dialectica, quę procedit ex
probabilibus non differt a disputatione demonstrati
ua, quę procedit ex veris, & sic idem qđ prius. ¶ Quar
to, nulla est disputatio quæ generet apparentem opi-
nionem: ergo pariformiter nulla erit disputatio gene
rans apparentem scientiā, & per consequens non erit
aliqua disputatio sophistica. ¶ Quinto, aliqua dispu-
tatio examinatiua: & tamen non enumeraꝛ in prædi-
cta diuisione: igitur est insufficiens. ¶ Sed contra est
D.S. & Ph̄s in. 1. Elenchorum. ¶ Pro huius dubij de- Notādum
claratione, sciēdum primo, ꝙ postq̄. D.S. posuit dif- primum.
finitionem disputationis cum declaratione eiusdem,
hic consequenter ponit diuisionem eius cum diffini-
tionibus membrorum diuidentium. Dicens ꝙ dispu-
tationis q̄ttuor sunt species. s. dem̄ratiua, dialectica,
sophistica,

A

Quatuor spẽs disputationis. Sufficiẽtia.

sophistica,& tentatiua. Cuius diuisionis, sic potest formari sufficientia. Nam omnis disputatio valet ad aliquod propositum ostendendum, vt dictum ẽ. Vel ergo valet ad generandum habitum in aliquo, vel ad sumendum experimentum de habitu gñato. Si fm: sic est disputatio tentatiua. Si primũ: hoc est dupl'r, qa vel valet ad generandum verum habitum vel apparẽtem. Si fm: sic est disputatio sophistica. Si primũ: hoc est dupliciter, quia vel valet ad generandum scientiã vel opinionem. Si pmum: sic est demõstratiua disputatio. Si scdm: sic ẽ disputatio dialectica vel Hopica.

Alia sufficirntia.

Potest etiam aliter formari sufficientia: nam disputatio est actus sillogisticus, vel ergo talis actus procedit ex apparentibus tm̃ vel procedit ex existẽtibus. Si primum: sic est disputatio sophistica. Si fm: hoc est dupliciter, vel procedit ex necessarijs vel ex probabilibus. Si pmum: sic est disputatio demõstratiua. Si fm: hoc est dupliciter: quia vel pcedit ex probabilibus indifferenter, vel ex his q̃ videntur respondenti. Si primũ: sic est disputatio dialectica. Si fm: sic ẽ tẽtatiua. ¶ Differunt ãt hę duę sufficientię in hoc, ꝙ prima sumitur ex pte finis disputationis, scd'a vero ex parte materię.

B

Notãdum. secũdum. Triplex diffõ dispu ta. drmõ.

Sciendum secundo, ꝙ disputationis demonstratiuę tres sunt diffões, quarum prima est. ¶ Disputatio demõstratiua est, q̃ est generatiua scientię vel quæ ad scientiam ordinatur. Cuius rõ est: quia ad eundem finem ordinaẽ instrumentum & causa principalis: sed instrumentum disputationis demõstratiue videlicet syll's demonstratiuus ordinstur ad scientiam, vt patet primo Posteriorum: ergo disputatio demonstratiua, siue doctrinalis ordinatur ad scientiam. Dicitur autẽ prædicta diffinitio formalis quæ datur per finem, finis autem habet rõnem formæ respectu aliarum causarum, quia de ratione formæ est, ꝙ sit actus: finis autem habet rationem actualitatis, cum habet ratiõem primi mouentis. Vnumquodq; mouet secundum ꝙ est actus. Finis enim mouet efficiens, & efficiens motum a fine disponit materiam ad introductionem formę. Illa ergo diffinitio quæ datur per finẽ dicitur simpliciter formalis, illa aũt quæ datur per alias causas dicitur materialis.

Secunda diffinitio.

¶ Secũda, vero diffinitio disputationis demonstratiuæ q̃ dicitur materialis, est quæ procedit ex veris per se notis proprijs alicuius scientiæ: vel sic, secũdum Phylosophum primo Elenchorum.

C

Tertia.

¶ Disputatio doctrinalis est, q̃ ex proprijs principijs alicuius disciplinę & non ex his quæ videntur respondenti sillogizat. ¶ Cuius ratio est: quia syllogismus demõstratiuus qui est eius instrumẽtum procedit ex talibus. ¶ Tertia vero diffinitio comprehendit duas p̃dictas, & dr̃ demõstratio tota, sola põne differens: q̃ ponit in textu, videlicet ꝙ disputatio demõstratiua est q̃ ad sciam ordinaẽ procedens ex veris per se notis, & pprijs pncipijs alicuius sciæ: põt autẽ scd'a diffõ demr̃ari p pmã sic. Oĩs demr̃atio q̃ ordinatur ad sciam, pcedit ex veris p se notis &c̃. sed oĩs disputatio doctrinalis, siue demr̃atiua est hmõi: ergo pcedit. Ex quo pma diffõ dr̃ mediũ demr̃ationis. Scd'a vero conclusio, Tertia (vt dcm̃ ẽ) dr̃ tota demr̃atio solum differẽs ab ea fm põnẽ, siue ordinationẽ terminoꝝ.

Notãdum tertium. Triplex. diffinitio dispu. dialecticæ.

Sciẽdũ tertio, ꝙ diffõ formalis disputationis dialecticæ ẽ talis. Diffõ dialectica ẽ q̃ tẽdit ad opinionẽ: hęc vero opinio est finis disputationis dialecticæ: igitur p̃dicta diffõ dr̃ formalis, diffõ vero materialis eiusdẽ est, disputatio dialectica ẽ q̃ pcedit ex pbabilib⁹, Vel sic fm Phm in Elenchis, est q̃ ex probabilib⁹ sillogizat, & est collectiua ꝯdictionis, qa vtraq; ps ꝯdictionis pt esse pbabilis: qa fm Phm pmo Elenchoꝝ, Nõ refert qbusdã veris q̃dam falsa probabiliora: sed diffõ eiusdem cõprehendens vtrãq; p̃dictaꝝ talis est. Disputatio dialectica est q̃ procedit ex probabilibus ad opinionẽ tendens. Patet ẽt scd'a diffõ demr̃atiua p primã eodẽ mõ quo dcm̃ est in p̃cedenti notabili.

D

Notãdum quartum. Triplex diffinitio tentatiua.

Sciẽdũ quarto, ꝙ prima diffõ disputationis tentatiuę ẽ talis. Disputatio tentatiua est q̃ ordinaẽ ad expimẽtum sumendũ de aliquo, & hæc dr̃ formalis: qa datur per finem. Nã sumere expimentum de aliquo est finis huius disputationis.

Secunda

¶ Scd'a vero diffõ eiusdẽ q̃ dr̃ mãlis diffõ & conclusio demonstrationis est talis. ¶ Disputatio tentatiua est quæ sillogizat ex his quæ videtur respondenti, & necesse est eum habere, qui se simolat habere scientiam, quia procedit ex cõibus qbus ignoratis oĩa ignoranẽ, quibus tñ scitis non oĩa sciunẽ. Ex quo patet, ꝙ tentatiua dr̃ ab examine, quia tentatio procedit ex cõibus & facilibus: sed examinatio procedit ex difficilibus & proprijs.

Tertia.

¶ Sed tertia diffõ eiusdẽ quæ dicitur tota demonstratio cõprehendens predictas duas, quę ponitur in textu est talis, Disputatio tẽtatiua est quæ ordinatur ad experimentum sumendũ de aliquo per ea quę videntur r̃ndenti.

Notãdum quintum. Triplex diffinitio sophy.

Sciendum quinto, ꝙ disputationis sophisticæ sicut & p̃cedẽtiũ sunt tres diffinitiones, Prima est, formalis et medium demõstrationis. Secunda est, materialis & conclusio demonstrationis. Tertia est tota demonstratio comprebendens vtrũq;.

E

¶ Est aũt disputatio sophistica, q̃ tendit ad vanãgloriam, vt disputãs sapiens esse videatur, & hæc datur per finem. Vel sic, Disputatio sophistica est quæ sillogizat ex bis quę videntur probabilia & non sunt, & hæc datur per materiam. Vel sic, Disputatio sophistica est quę tendens ad vanãgloriam, in bis quæ videntur probabilia & non sunt, sillogizat. Procedit. n. vt dicit hic. D.S. ex his quę videntur vera & non sunt, siue ex his quæ vidẽtur probabilia & non sunt. Vel simpliciter ppositiones falsas assumendo: quæ tamen videntur verę, vel in veritate falsarum arguendo, sicut est ista propositio, De quocunq; p̃dicatur genus, & species. Hæc autem propositio est falsa & videtur vera pp hoc ꝙ ista est vera, De quocunq; p̃dicatur species, & genus.

Conclusio

Conclusio responsalis, p̃dicta diuisio est sufficienter assignata, q̃ est diuisio analogi in analogata.

Probatio.

¶ Prima pars, patet auctoritate Phylosophi primo Elẽchorum, &. D.S. in presenti passu. Secundo, idem patet per duas sufficientias in primo notabili adductas. Tertio, idem probatur per conditiones bonæ diuisionis. ¶ Secunda pars, probatur tali ratione. Nam diuisum per prius dicitur de vno membrorum diuidentium q̃ȝ de reliquo: ergo est diuisio analogi in analogata.

F

Notãdum sextum.

Considerandum tamen ꝙ disputatio potest dupliciter considerari. Vno modo, quantum ad vim nominis. Dicitur enim disputatio quasi duorũ putatio, & isto modo, disputatio per prius diciẽ de disputatione sophistica, secundo de tentatiua, tertio de dialectica, quarto de demonstratiua, siue doctrinali. Alio modo potest considerari quantum ad perfectionem finis ipsius disputationis, & sic prius dicitur disputatio de disputatione demonstratiua, secundo, de dialectica, tertio de tentatiua, & vltimo de sophistica. ¶ Cuius ratio est quia scientia quæ est finis disputationis demonstratiuæ est perfectior quam opinio quæ est finis disputationis dialecticę, opinio autem perfectior est q̃ȝ experimentum, & experimentum perfectius est q̃ȝ vanagloria: igitur patet ordo.

Dubium. Solutio.

Dubitatur quid sit probabile & quot sunt genera probabilium. Dicendum ꝙ probabile secundum. D.S.

G & Phylosophum in Topicis, est quod apparet omnibus, siue sapientibus aut omnibus aut pluribus, aut maxime notis, ex quibus elicitur φ tria sunt genera probabilium. Quædam enim sunt quę videntur esse vera, vt φ omne totum est maius sua parte. Alia quę videntur pluribus, vt φ mater diligat filium suū. Alia vero sunt, quę videntur solum sapientibus, vt φ sol sit maior tota terra. Ad primum, dicendum est φ duplex est diuisio: nam quędam est alicuius totius in partes quantitatiuas integrales. Alia est diuisio totius ĩ partes subiectiuas. Prima vero diuisio soli quantitati contingit, non autem secunda de qua est ad propositum. Et licet disputatio non sit vniuersale proprie sumptum, est tamen vniuersale sumptum cōmuniter vt patet pro omni magis communi. Ad secundum dicendum, φ D.S. in presenti tractatu loquitur de disputatione cōtracta ad materiam aliquā, secundum quam opponens potest respondere aliqđ propositum: sed argumentatio prioristica non est cōtracta ad aliquam materiam: ideo hic nō ponitur aliqua disputatio quę sibi correspōdeat. Ad tertium

H dicendum, φ necessaria possunt dupliciter considerari. Vno modo, in sensu diuiso pro his quæ necessaria dicuntur, & isto modo, & ea quæ sunt necessaria possunt esse probabilia. Alio modo, possunt considerari ĩ sensu composito, videlicet vt necessaria sunt: & isto modo, necessaria non sunt probabilia inquantum huiusmodi. Ad quartum dicendum, negando consequentiam: quia scientia est tantum verorum, opinio vero potest esse tam verorum φ̄ falsorum: vnde bene potest esse apparens scientia, non tamen apparens opinio: vel si ponatur reducetur ad apparentē scientiam. Ad quintum dicendum, φ disputatio examinatiua continetur sub tentatiua: quia vtraq; ordinatur ad eundem finem, licet diuersimode, videlicet ad experimentum sumendum de aliquo.

Questio.4 ¶ Quæstio. 4. De diffinitione & diuisione metę.

QVÆRITVR quarto, Vtrum diffinitio metæ & eius diuisio sit bene assignata. Arguitur primo, φ nō: nam meta est terminus siue finis, vt habetur in Textu: sed finis sophistę nō est inconueniens, sed vanagloria, siue apparens scientia, vt patuit in pcedenti lectione: ergo insufficienter ponitur in diffinitione metæ illa particula Incōueniens. Secundo finis so-

I phistæ est victoria, vt hic habetur a D.S. sed victoria non est inconueniens: ergo id quod prius. Tertio sophista ducens respondentē ad concedendum hanc propositionem, Omnis Stella est maior tota Terra, ducit eum ad metam inopinabilem, cum illa propositio sit cōtra opinionem plurium videlicet vulgariū: & tamen non est inconueniens, cum sit vera propositio: ergo. Sed cōtra ē, D.S. in pꝛsenti lec. pro cuius

Notādum primum, declaratione sciendum primo, φ postφ̄ D.S. determinauit de disputatione in communi tam diffinitiue φ̄ diuisiue & de eius membris diuidentibus: hic consequente determinat de fine disputationis sophistę, de quibus est ad propositum: cuius rationem assignat D.S. in litera. Nam sophista tēdit ad vanagloriam, vt sapiens videatur: sed ad talem gloriam consequendam studet habere victoriam a respondēte cum quo disputat, victoriam illam habere potest si respondentem ducat ad aliquod inconueniens, siue verum siue apparens: igitur inconueniens dicitur meta siue terminus ipsius sophistę. Et licet finis pcedat ea quę sūt ad finem quantum ad intētionē agentis: tñ φ̄tum ad executionē operis, ea φ̄ sunt ad finē pcedunt ipsum si-

Notan. 2, nem: vt ars nobis manifestare sufficienter videt. Secundo sciendum, φ meta est inconueniens ad quod

K opponens sophista nititur videri ducere suum rñdentem, in qua diffōne ponit Incōueniens loco gñis, et licet finis respectu eius cuius est finis nō possit esse genus, pōt tñ habere modū gñis respectu suorum inferiorum. Accipit ibi incōueniens cōiter vt se extēdit ad inconueniens verum & inconueniens apparens. Deinde ponitur ꝗ ad quod opponens sophista ꝟ ad denotandū cām efficientē. Vltimo subdit ꝗ nititur ducere suū rñdentē ꝟ ad denotandum cām mãlem in qua. Verūtñ nō semp sophista nititur ducere suū eē spondentē ad aliquod inconueniens verū, sed facit φ videatur ducere suum respondentē ad aliquod incōueniens verum vel apparens. Tertio sciendū, φ meta accipitur dupliciter. Vno modo, proprie pro termino alicuius vie, aut vitæ, & sic non accipitur hic. Alio mō, transumptiue, videlicet pro termino alicuius motus rōnalis, & isto mō capit hic. Cōmittit ergo fallacia ęquocationis in scđo mō, cū arguit, Meta est terminus alicuius vię, sed nullum incōueniens Notādū. 3. Meta. 2.

est terminus alicuius vię: ergo nullum inconueniens dicitur meta. Cōclusio rñsalis ad φ̄situ est, & diffōmetę cum eius diuisione est bene assignata, prima ps huius conclusionis probatur auctoritate, D.S. in lite ra & p conditiones bonę diffōnis. Scđa pars probatur p talē sufficientiam. Nā omnis meta est inconueniens, vt patet diffōnē p metæ: vel ergo tale inconueniens attendit ex pte rei, vel ex pte vocis. Primū hoc est dupl'r: vel attendit ex pte rei absolute, & sic est falsum: vel p respectū ad aliquod, & hoc dupl'r, vel p respectū ad cōcessum negam rñdētis, & sic est redargutio: vel p respectū ad opinionē doctoꝝ, & sic est inopinsbil'. Sı scđm: & hoc dupl'r vel tale inconueniēs attendit ex pte subæ vocis, & sic est nugatio, vel ex pte accñtis vocis, & sic est solœcismus. Est aūt pdicta diuisio, diuisio analogi in analogata cū mēbꝛ diuidēs p pus cōuenit vni mēbroꝝ diuidētiū φ̄ alijs, cōnngit .n. p pus redargutioni, 2. falsi, 3. inopinabili, 4. solœcismo, & vltimo nugationi rōne incōuenietis ad qđ opponens nitit ducere suū rñdētē. Qualiter aūt diffinitur pdictę spēs metæ clare patebit in textu. Dubitat pmo, qđ est meta nō loq. Dicēdū, φ meta nō loq, est aliqđ inconueniens, ad qđ rñdens qd, in meta duceret, si loqret: vt si aliqs pus concedat vnā ꝓpōnē, quā postea vi argumētationis coactus ē negare, φ̄ tacendo eā negare recusat, ducit ad metā nō loq: hoc ē ad eādē metā ducit ad quā duceret si loqret. Ex qoo patet, φ meta nō loq se extendit ad oēs spēs metę pus enumeratas: qa rñdēs ducit (vt dcm est) ad metā nō loq, ad quā duceret si loqret. Dubitat scđo, de cautelis quibus opponens sophista faciliter ducere pōt suū rñdētē ad aliquā pdictaꝝ metā. Dđm, φ minus pncipalibus cautelis omissis qđā sunt gñales, qđā vero spāles. Gñslīō, pma ē, φ opponēs pmo, debet festinare rñdentē: qa tardiores magis puidēt. Scđa est, φ debet cōmouere rñdētē ad irā. Quia, ira ipedit aīum, ne possit cernere veꝝ. Tertia, φ opponens debet opponere plures īterrogationes intermiscēdo aliqs falsas ꝓpōnes cū veris, vt p multitudinē īterrogatoꝝ nō recordet rñdēs, ꝓpōnes aliqs cōcessisse, qs tñ concessit. Quarta est, φ si rñdens cōcedat aliquā ꝓpōnē pticulare ē, opponēs debet eā accipe tāφ̄ vlr cōcessam a rñdēte, & sic de alijs φ̄ patēt in lib. Elēchoꝝ. Cautele vero spāles et sunt in multiplici dñaφ; qbusdā minus pncipalibus omissis, vna ē, φ opponēs debet apphare dicta rñdētis dđo, φ bñ dicit & sapiēter vt postea possit eū faciliter decipere. Scđa est, φ opponens debet conari Cōclusio. Probatio. L Sufficiētia Dubium. Solutio. M Dubium. Respōsio. Cautelę generales. Cautelę speciales.

A conari ducere respõdentem ad materiam aliquã alienam in qua respondens est minus idoneus. ꝛ Alia est ꝙ opponens debet supponere cum respondente ꝙ non intendit disputare secum vt vincat: sed solum vt adiscat. Ad primum dicendum, ꝙ finis intrinsecus sophistę est scire scientiam sophisticam, finis vero extrinsecus eius propinquus est ducere respondentẽ ad aliquod inconueniens: finis vero remotus est acqrere victoriam a respondente: sed finis remotior est vana gloria siue apparere scire, finis autem remotissimus ẽ scire apparere in aliquibus scientia & apparenter vel le victoriã, & per hoc patet solutio ad secundũ. Ad tertiũ dicendum, ꝙ si aliqs apud vulgares concederet hãc ꝓpõnẽ, vz ꝙ stella vna est maior tota terra in argumẽtis duceret appenter ad metã inopinabilis, & lz nõ sit inconueniens verę, est tñ inconueniens apparens.

Quęstio. 5. ℂ Quęstio. 5. De distinctione loci sophistici.

QVÆRITVR quinto. Vtrum diffinitio loci sophistici, siue fallacię in textu sit bene assignata, in qua dicitur ꝙ locus sophisticus est apparens habitudo termini inferentis ad terminum illatum. Arguit primo, ꝙ non. Nam locus soli corpori debetur, vt patet B primo & 3. Phy. sed argumentatio non est corpus: ergo nulli argumentationi debetur locus, & per consequens est falsum, videlicet ꝙ sit aliquis locus sophisticus. Scdo fallacia, debet diffiniri per rationem apparentiæ, cum fallaciæ distinguantur per causas apparentię, vt multipliciter patebit: sed in p̄dicta diffinitione non ponitur causa apparentiæ: ergo nõ est bona. Sed contra est. D. S. in litera, pro responsione

Notãdum primum. dubij. Primo sciendum est, ꝙ poq̃. D. S. determinauit de quinq; metis ad quas sophista nititur videri ducere suum respondentem, vt videatur sciens: hic consequenter inducit modos arguendi, quibus sophista vtitur in arguendo. Tales autem modi sunt, videlicet .7. in dictione, & .7. extra dictionem. ꝛ Primo, autem determinat de modis, siue de fallacijs in dictione q̃ de fallacijs extra dictionem, quia licet res simpliciter p̄cedant voces: tamen in disputatione sophistica, voces p̄cedunt res: vtimur igitur vocibus pro rebus. Anteq̃ vero ipse determinet de fallacijs ĩ dictione in speciali: prius determinat de eis in generali ponendo diffinitionem fallacię in dictione, & diuisionem eius in species earum p̄ponendo diffinitionem loci sophistici, siue fallaciæ in cõmuni & diuisionem eius, qa in-

C nata est nobis via a cõmunioribus ad specialia procedere, vt patet primo Phy.

Notan. 2. Scdo sciendum, ꝙ locus est duplex. s. locus dialecticus & sophisticus: quid autem sit locus dialecticus, & quomodo dicitur patuit in tractatu de locis. ꝛ Locus vero sophisticus est apparens habitudo termini inferentis ad terminum illatum, & diuiditur in locum apparentiæ maximam, & locum differentiæ maximam. ꝛ Locus apparens maxima est ipsa propria, quę apparet esse vitiosa propter aliquam conuenientiam quam habet cum maximis veris: sicut est ista, Vox ẽ vna: ergo subiectũ est vnũ: quia vnius rei est vnica forma. Vel illa de quocunq; p̄dicatur genus & species. ꝛ Et est aduertendum, ꝙ sicut locus verus firmitatem p̄stat argumentationi dialecticę: ita locus sophisticus siue apparens p̄bet firmitatem argumentationi sophisticę. Et sicut in argumẽtatione dialectica reperiuntur verę maximę: ita in argumentatione sophistica reperiuntur apparentes maximę, vt de quocunque prędicatur genus & species.

Notan. 3. Locus vel sedes dupliciter. Tertio sciendum, ꝙ locus & sedes possunt considerari dupliciter. ꝛ Vno modo, propriæ vt scilicet locus est terminus corporis continentis immobilis primum. Et sedes vt est illa in qua homo quomodocunque quiescit, & sic argumentatio non firmatur in loco.

D ꝛ Alio modo, accipiuntur transumptiue, siue similitudinarie, quia sicut in sede homo quiescit & stabilitatur: ita per locum argumentatio firmatur, & sic locus & sedes bene attribuuntur argumentationi, ꝑ hoc autem soluuntur duo argumenta ante in oppositum, quia peccant in fallacia æquiuocationis in secũdo modo.

Notãdũ. 4. Quarto sciendum, ꝙ fallacia potest tripliciter considerari. ꝛ Vno modo, vt per eam argumentatio sophistica apparenter cõfirmatur: & sic vocatur locus sophisticus. i. apparens, & isto modo, fallacia diffinitur sic.

Fallacia quid. Fallacia est habitudo apparens termini inferentis ad terminum illatum. ꝛ Alio modo, accipitur fallacia actiue vt est causa fallẽdi, & tũc

Alia diffõ. diffinitur sic. Fallacia est idoneitas decipiẽdi faciẽs credere de non ente ꝙ sit ens, & de ente ꝙ sit non ens mediante phantastica visione. Et licet non ens non possit fieri ens simpliciter: tamen potest apparenter.

Alia diffõ. ꝛ Tertio, accipitur fallacia passiue & diffinitur sic. Fallacia est deceptio cãta in respondente proueniente ex conuenientia termini inferentis ad terminum illatum. Ex quo patet, ꝙ de fallacia diuersis rationibus considerata dantur diuersę diffinitiones, patet etiam, ꝙ licet locus dialecticus & sophisticus sint

E idem realiter, differunt tamen secundum rationem. ꝛ Et per hoc patet solutio ad tertium argumentum ante in oppositum.

Conclusio prima. Conclusio prima, p̄dicta diffinitio fallaciæ est bene assignata, probatur auctoritate. S. D. in litera, & per conditiones bonæ diffinitionis. Et licet in ista non ponatur causa apparentiæ explicite: datur tamen intelligi per hoc ꝙ dicitur apparens conuenientia termini inferentis ad terminũ illatum, vt inferius planius patebit. ꝛ Et per hoc patet solutio ad secundum argumentum ante in oppositum.

Conclu. 2. Conclusio secunda, locus dialecticus & sophistic⁹ formaliter differunt: licet conueniant materialiter. ꝛ Prima pars patet, quia syllogismus dialectic⁹ & sophisticus differunt formaliter. Antecedens patet per ea quæ prius dicta sunt in secunda lec. Consequentia patet: quia differentia in effectibus facit diuersitatem in causis. ꝛ Secunda pars patet: quia in vno & eodem syllogismo materialiter capto potest esse locus dialecticus & sophisticus: ergo conueniunt materialiter. ꝛ Antecedẽs patet, vt Hoc animal rationale currit: ergo homo currit, iste est locus dialecticus. s. a diffinitione ad diffinitum, & ibi est locus sophisticus. s.

F petitio principij: quia tertius terminus. s. currit: notiori modo conuenit termino illato. s. homini q̃ termino inferenti. s. animali rationali.

Notandũ quintum. ꝛ Vnde aduertendum est ꝙ p̄dicta essentialia, siue p̄dicata quę consequuntur essentiam sicut proprię passiones, notiori modo conueniunt superiori q̃ inferiori: & ideo arguendo ab inferiori ad suum superius respectu horũ p̄dicatorum semper est fallacia petitionis principij: quia in omni bona argumentatione dialectica oportet, ꝙ antecedens sit notius consequente, alias probaret notũ ꝑ ignotius: sed p̄dicata accñtalia econtrario notiori mõ cõueniunt inferiori q̃ supiori: qa nõ superioribus nisi in inferioribus, & ideo qñ arguit a superiori ad inferius respectu taliũ p̄dicatorũ sp est fallacia petitionis ꝑncipij, & hoc simplr loquẽdo: qa quo ad aliquẽ rñdẽtẽ posset eẽ bonus locus dialecticus: q tñ esset simplr sophisticus, vt si sic arguat Sortes ẽ risibilis: ergo hõ ẽ risibilis, ibi simplr ẽ locus sophisticus . s. petitio principij qa (vt dictum est) risibile cum sit ꝓpria passio hois: notiori modo conuenit homini q̃

G Sorti:tamen quo ad aliquem potest esse verus locus dialecticus,quia illud prędicatum risibile potest alicui respondenti notius inesse Sorti,q̃ȝ homini. ▱Ex quo patet ꝙ nullus locus potest dici simpliciter dialecticus & sophisticus:sed dialecticus simpľr & sophisticus,quo ad aliquē vel ecōtra. Dubium. Solutio. Dubitatur primo,qd est causa apparentiæ. & quotuplex est. Respondetur primo,ꝙ causa appentiæ est q̃ facit credere,qđ non est. Vel sic:causa apparentiæ apparens conuenientia termini inferētis ad terminum illatum. Causa apparentiæ. ▱Et vocatur causa apparentię:quia facit argumentum apparere bonum esse,cum tamen nō sit: vocatur etiam alio nomine primum motiuum, quod mouet hominem: vt argumento sophistico assentiat. ▱Vt in isto argumēto. Tu cognoscis venientem, & Coriscus est veniēs:ergo tu cognoscis Coriscum. Causa apparentiæ,est conuenientia accidētis ad subiectum,quæ tamen plurimum in genere differunt:sed causa defectus,siue principium defectiuum, aut causa non existentię,quod idem est,est illa quę falsificat creditum: vt in prędicto argumento:causa defectus est diuersitas subiecti & accidentis. Vnde hæc duo.s.causa apparentię & causa defectus requiruntur ad quamlibet H fallaciam,vt in isto exemplo, Omnis homo est Cœlum:lapis est homo:ergo lapis est cœlum. Et si non esset causa defectus,nulla etiā esset falsa: quia ibi nulla est deceptio. ▱Dicitur secundo, ꝙ duplex est causa apparentiæ:quædam est quę sumitur ex parte vocis, quędam ex parte rei. ▱Causa apparētiæ,quę sumitur ex parte vocis est,quādo propter vnitatem vocis credimus vnitatem in significato,& quia hęc vox Canis est vna,credimus ꝙ habeat vnum significatum. ▱Sed causa apparentiæ,quæ sumitur ex parte rei,est quando propter vnitatem aliqualem duorum inter se credimus illa esse eadem simpliciter, vt per conuenientiam subiecti & accidentis credimus illa simpliciter esse eadem. Dubium. Dubitatur secūdo, per quod distinguātur fallacię & formaliter & specifice: videtur enim ꝙ non differant per causam apparentiæ:quia illa est eadem in omnibus fallacijs,neqȝ apparens conuenientia termini inferentis ad terminum illatum, neqȝ enī distinguuntur per causas defectus. Tum primo:quia talis etiam reperitur eadem in omnibus. Tum secundo:quia nihil priuatiuum causat distinctionem specificam. Solutio. Dicendum ad dubium,ꝙ fallaciæ secundū textū distinguuntur specifice per distinctionem causarum apparentię,& non per distinctionem causę de I fectus. ▱Cuius ratio est,quia sicut se habent maxime ad locos dialecticos:ita causæ appentiæ ad locos sciētificos:sed loci dialectici distinguuntur formaliter secundum distinctionē maximarum,vt patet per Phylosophum i Topicis:igitur loci sophistici distinguūtur per causas apparentiæ: contra loci sophistici & fallaciæ idem sunt:ergo &c̃. Ad argumentum dicendum,ꝙ licet omnes fallaciæ habeant eādem causam apparentiæ genericam,q̃libet tamen habet vnā causam apparentiæ specie distinctam ab alijs:vt infra patebit. Solutio. Solutiones ad primum,patet solutio i tertio notabili. Ad tertium,patet solutio in quarto notabili. Ad quartum,patet solutio in prima conclusione. Ad quintum dicendum,ꝙ vel illi termini tenentur eodem modo,vel diuersimode. Si primum:sic est bonus syllogismus in forma,qa ibi est necessitas consequentiæ:sed est falsus in materia, quia sicut conclusio est falsa in aliqua præmissarum,& sic est syllogismus peccans in materia tantum. Si vero termini sumantur diuersimode tunc ibi non est syllľs bonus in forma,qa ibi sunt q̃tuor termini vel plures:sed est bonus in mā.i.nō peccat in mā.qa ambę p̄missę sunt verę et ɔclo nō seqľ ipediēte sallā ęquocatiōis i p̄mo mō K

℄Quæstio.6.De diffinitionibus specierum metę. Quęstio.6.

QVÆRITVR Vtrū diffōnes spērum metę sint bene assignate in textu. Arguitur contra singulas, & primo contra primam probando ꝙ non est bene assignata,quia aliquis problematicę tenebit simul,& in eadem disputatione duas partes ɔdictionis,videlicet ꝙ impossibile est ꝙ in eodem composito possint esse plures formæ substantiales,& ꝙ in eodem composito sunt & possunt esse plures formæ substantiales,& tamen non dicitur redargutus:ergo ɔ affirmationem redargutionis,& confirmatur,quia aliqs cōcedendo duo contradictoria dicitur esse redargutus: & tamen non concedit ꝙ negauit nec cōtra:ergo male dicitur ꝙ redargutio est p̄concessi negatio vel ecōtra. Secundo arguitur,altera pars ɔdictionis est falsa:ergo meta falsi non diuiditur a meta redargutiōis.

Tertio,qdqd conceditur a respondente est opinabile ab eo,aliter magis moueretur ad negandum: ergo inopinabile non est meta. Et confirmaľ, quia concedere Terram minorem Sole esse,est contra opinionem plurium: tñ respondens concedens illam, cū sit vera, non ducitur ad incōueniens:igitur. Quarto in ista Hō ē hō, est repetitio vnius & eiusdem dictionis,& tñ ibi nō est nugatio:igiľ. Quinto,i ista orōne. Exaudi exaudi me domine, est vnius & eiusdem dictionis ex eadem parte repetitio,& tñ nō est nugatio:igitur &c̃. In oppositū tñ arguiľ p.S.D. in litera. L

Sciendū primo,ꝙ postq̃.D.S.posuit diffōnem & diuisionem in litera metę,hic cōsequēter ponit diffinitiones membrorū siue specierum eius. Et primo, ponit diffōnem redargutionis,quia est pfectior inter alias metas,vt patuit superius. Redargu. Dicit igitur ꝙ redargutio est p̄concessi negatio,vel p̄negati concessio,vel argumentationis in eadem disputatione,qñ enim aliqs cōcedit qđ prius negauit,vel negat id qđ prius cōcessit, & hoc vi argumentationis in eadē disputatione,dicitur redargutus. ▱Notāter dicit Vi argumentationis:qa si aliqs sponte concederet duo ɔdictoria, non esset redargutus,diciľ ēt in eadē disputatione,qa sic hoc rñdens vel argumentationis hodie dicat vnū & cras oppositum non dicitur redargutus. Notādum primum. Est autē hoc aduertendum ꝙ aliqs pōt concedere id qđ prius negauit dupľr. ▱Vno mō,formaliter:vt siqs diceret carnes crudas non comedisse, & p hūc paralogismū. Quicqd hēri emisti:hoc hodie comedisti, sed carnes crudas emisti:ergo carnes crudas comedisti, cōcederet se carnes crudas comedisse, cōcederet formaliter id qđ prius negauit,qa q negat vnum ɔdictorium cōcedit reliquum,vt siqs negaret hanc propōnem,oīs M Homo currit,& postea vel argumentationis negaret qdam homo non currit,concederet illud qđ prius negauit,qa negando,Quidā hō nō currit, concedit suū ɔdictoriū.s.oīs hō currit. Notan.2. Falsū qd. Scđo sciendū,ꝙ falsum ē aliqđ manifeste falsum,ad qđ opponens sophista nititur videri ducere suum respondentē,vt siqs,concederet,ꝙ Sydus cœleste currit,vel huius argumenti, Oīs canis currit,sydus cœleste est canis:ergo sydus cœleste currit. ▱In p̄dicta diffōne ponit manifeste,qa si respondens concederet aliqd falsum occultū,non duceretur ad metam,qa opponens sophista non esset apparens,& per consequens frustaretur suo fine. Et hic est aduertendum, ꝙ falsum capitur dupliciter. Falsū i re. ▱Vno modo,pro falso quod est in re. ▱Alio modo, pro falso, quod est in voce, ▱Falsum quod est

sn re

A

Fall. I voce

in re nihil aliud eſt, ꝙ quædam inordinatio partium ſiue totius, ſicut homo claudus diceretur falſus. Falſum autem quod eſt in voce capitur dupliciter, vno modo, tranſcendenter. ſ. vt opponitur vero, quod cõuertitur cum ente, & ſic quęlibet vox poteſt ſignificare falſum. Alio modo, accipitur prout ẽ inadęquatio rei, nõ intellectæ ad intellectum, & hoc duplr, vel vt ẽ in adęq̃tio rei, nõ ĩtellectæ ad ĩtellectũ ſimplicem: vel vt eſt in adęquatio rei, non intellectæ ad intellectum componentem & diuidẽtem, & ſic ſola propoſitio ſignificat falſum, & iſto modo, capitur dupliciter. ¶ Vno modo, pro falſo ſimpliciter, & ſic reperitur ĩ omni meta. Alio modo, pro falſo manifeſto, Et hoc dupliciter, vel per reſpectum ad cõceſſum reſpondentis, ſiue ad opinionem hominum, & ſic reperitꝰ ĩ meta redargutionis & inopinabilis. Alio modo, accipitur falſum pro manifeſtę falſo abſolute, & iſto modo, capitꝰ vt eſt meta diſtincta ab alijs.

Notan. 3. In opinabile.

Tertio ſciendum, ꝙ inopinabile eſt, quod eſt, contra opinionem omnem plurium, quod tamen non eſt manifeſte falſum, vt ſiquis negaret ſtellam maiorem eẽ tota terra. Et ad hanc metam reducuntur illi, qui dicũt contra doctorem ſuum, vt ſi ſit thomiſta, & dicit contra ſanctum Thomam, ſimiliter albertiſta contra Albertum, & pauliſta contra Paulum, & ſcotiſta contra Scotum, reducitur ad hãc metam, & ſimiliter omnes ſectę: vniuerſaliter vero reducuntur ad hanc metam quando aliquid contra Phyloſophum, affirmatꝰ ſicut fecit Scotꝰ in libro Metaphy. in capitulo de Vniuocatione entis. In illa autẽ mã reduxit ſeipſum ad metã inopinabilis, vt clariſſime patet. 42. 11. Metaphyſi.

B

In opina. dupliciter.

Et eſt hic aduertendum ꝙ inopinabile capitur dupliciter, vno modo, negatiuę pro omni illo quod nõ poteſt opinari ab aliquo, & ſic nihil quod exprimitꝰ eſt inopinabile: alio modo, accipitur inopioabile pro omni illo quod non poteſt opinari vere, & imponitꝰ opinabili quod idem eſt ꝙ probabile. ¶ Et ideo iſto ſecũdo modo, capitur inopinabile tripliciter ſicut & probabile dicitur tripliciter ſicut patuit ex p̃cedentibus. Qđdam. n. eſt inopinabile ab omnibus. ſ. ꝙ totũ non ſit maius ſuis partibus. Aliud eſt inopinabile a pluribus, vt. ſ. ꝙ mꝛ non diligat filiũ ſuũ. Aliud eſt inopinabile a ſapientibus, vt ꝙ Terra, non ſit maior Sole.

Notãdum quartum. Solœciſmꝰ

Quarto ſciẽdum, ꝙ ſolœciſmus, eſt vitiũ in contextu partium orõnis ꝯ regulas artis Grãmaticę factus, vt vir alba, & homo. ¶ Ad hanc metã põt aliqs, ſic duci Secana, & Muſa terminatꝰ in. a. ſed muſa eſt fœminini generis: ergo & ſecana. Secana eſt fluuius, vel ſic, Tu ſis hoc, et hoc ẽ lapis: ergo tu ſis lapis.

C

Nugatio.

Nugatio eſt vnius & eiuſdem ex eadem parte inutilis repetitio, & dicit vnius & eiuſdem ex eadem parte quia ſi idem ponatur in diuerſis partibus orõnis non erit nugatio, vt hic, Homo eſt homo, & per hoc ſoluitur quartum argumẽtum, & ponitur inutilis repetitio, quia ſi idem repetatur cũ maioris expreſſiõis, non erit nugatio, vt hic, Deus deus meus, reſpice in me, & pp hoc ſoluit quintum argumentum. Et eſt aduertendum, ꝙ repetitio poteſt ĩtelligi ꝙ ſit eiuſdẽ tripliciter, vno mõ, ſm rem tñ & non ſm vocem, vt hic, Hõ rõnalis. Alio mõ, ſm vocẽ tñ, vt hic, Populus & populus, currit & non currit. Alio mõ, ſm rẽ & vocẽ ſil, vt Hõ, hõ currit, & licet iſtis tribus modis ex dictis reducatur ad metam nugationis realiter tamen per ſm & tertium, apparenter reducitur: igitur principaliter etiam hęc reſponſio de duobus vltimis modis, quia vt dictum eſt ſophiſta vult apparere & videri.

Concluſio prima.

Concluſio prima, p̃dictę diffinitiones ſunt bene aſſignatę, probatur hæc concluſio per cõditiones bonę diffinitionis. Eſt tamen aduertendum, ꝙ prędictę diffinitiones non ſunt proprię diffinitiones: ſed magis declarationes, & diffinitiones quid nominis, & licet coincidant materialiter, non tamen formaliter, vt ex dictis patet.

D

Conclu. 2.

Concluſio ſecunda p̃dictę metæ pertinent ad diuerſas ſciẽtias, probatur per. D. S. quia redargutio eſt contra metam, ad quam pertinet conſideratio primi principij. ſ. ꝙ contradictoria nõ ſunt ſimul vera. Falſum eſt contra ſciẽtiam Naturalem & Mathematicam, in quibus veritas eſt manifeſta. ¶ Inopinabile vero eſt contra dialecticam, quę p̃cedit ex probabilibus, quæ ſunt ſm opinionem omnium vel plurium vel ſapiẽtum. ¶ Solœciſmus eſt cõtra Grammaticam, quæ docet congrue loqui. ¶ Nugatio vero eſt contra Rhethoricam, quæ docet ornatæ loqui. Eſt tamen aduertendum ꝙ licet iſtæ metæ principaliter pertineant ad diuerſas ſciẽtias: tamẽ omnes poſſunt reperiri & ordinari ad ſingulas ſcientias, quia in qualibet ſcientia reſpondens poteſt reduci ad ſingulas metas.

Dubium. Solutio.

Dubitatur primo, de cautelis, quia ſuperius tractatum eſt, nihil dicemus amplius. Solutiões ad argumẽta patẽt vt dcm̃ ẽ ĩ notabilibꝰ.

Queſtio. 7.

¶ Queſtio. 7. De numero fallaciarum in dictione.

QVÆRITVR ſeptimo. Vtrum tantum ſint ſex fallaciæ in dictione. Arguitur primo, ꝙ non, probando ꝙ nulla eſt fallacia in re: ergo nulla eſt fallacia in dictione. ¶ Antecedens eſt notum p Phyloſophũ in elenchis, & per. D. S. in preſenti lec. patet cõſequẽtia: quia ſicut eſt, aliqua cauſa apparentiæ ex parte vocis ita aliqua cauſa apparentiæ eſt ex parte rei, vt patuit in præcedenti lec.

B

Secundo ſeptem ſunt fallaciæ extra dictionem, vt patet primo Elenchorum: ergo & ſeptem ſunt in dictione, patet conſequentia, qa tot modis dicitur vnum oppoſitorum quot modis dicitur reliquum vt patet. 5. Metaphyſi. & 5. Elenchorum. Tertio eſt, tantum triplex multiplex. ſ. actuale potentiale & fantaſticum: ſed quælibet fallacia habet fieri circa aliquod multiplex, vt patet in textu: ergo tantum tres fallaciæ ſunt in dictione. Quarto, amphibologia, compoſitio & diuiſio habent fieri in oratione: ergo non in dictione, patet conſequentia p locum a diſperatis, & per conſequens ſunt tantũ tres fallaciæ in dictione. Quinto fallacia, figuræ dictionis non habet fieri circa aliquod multiplex: cum dictiones in ea non plura ſignificent: ergo non eſt fallacia in dictione, & per conſequens non ſunt ſex, patet conſequentia, quia omnis fallacia in dictione habet fieri circa aliquod multiplex.

F

In oppoſitum arguitꝰ per Phyloſophum primo Elenchorum, & per. D. S. in p̃ſenti lectione.

Notãdum primum.

Sciendum primo pro reſponſione ꝙ poſtq̃. D. S. poſuit diffinitionem fallaciæ in cõmuni: hic conſequenter ponit diuiſionem fallacię & ſubdiuiſionem vnius membrorum diuidentium, dicẽs ꝙ locoꝝ ſophiſticoꝝ ſiue fallaciaꝝ, q̃dã ſunt ĩ dictiõe q̃dã extra dictionẽ. ¶ Cuius diuiſionis rõ ẽ, qa omnis fallacia habet cauſam apparentiæ, vel ergo ſumit cauſam apparẽtiæ ex parte vocis vel ex parte rei. Si primum: ſic eſt fallacia in dictione. Si ſecundum: ſic eſt fallacia extra dictionem.

Cur dicaꝰ fallacia in dictione vel extra dicti.

¶ Et dicitur fallacia in dictione: quia ſumit cauſam apparentiæ ex parte dictionis & capitur dictio pro voce. ¶ Sed vocatur fallacia extra dictionem, non ꝙ habeat fieri extra dictionem: ſed quia non ſumit cauſam apparentiæ ex parte dictionis: ſed ex parte rei. ¶ Quando enim propter aliquam conuenientiam rerum credimus eas conuenire ſimpliciter decipimur per fallaciam extra

G dictionem: vt quando per conuenientiam essentialẽ animalis & hominis credimus ꝙ quicquid p̄dicatur de vno prædicatur de alio decipimur per fallaciā accidẽtis, sicut arguẽdo Animal est genus, omnis homo est animal: ergo hō est genus. ꝟ Sed quando per identitatem dictionis credimus vnitatẽ in significato decipimur per fallaciam in dictione: vt quādo propter vnitatem istius vocis canis credimus vnitatem significatorum, quia sicut vox ē vna: ita significatū sit vnū: decipimur per fallaciam in dictione, sic paralogizando, Omnis canis est latrabilis, sidus cœleste est canis: ergo sidus cœleste est latrabilis.

Notan. 2. Dictio dupliciter. Sciendum secūdo, ꝙ dictio potest accipi dupliciter. Vno modo, prout distinguitur contra orationem, & sic nō accipitur in presenti lec. quia sic fallacia amphibologiæ nō eēt falla in dictione. Alio modo, capitur pro omni dictione siue complexa siue incomplexa: & hoc modo dupliciter. Vno modo, pro voce iam imposita ad significandum inquantum talis vox dicitur dictio: & sic accipitur hic. Alio modo, accipitur. s. pro voce . s. ante impositionem nominis ad significandum, &

Falla in dictione. sic sumitur dictio quando dicitur ꝙ est fallacia in dictione. Ex quo patet solutio ad quartum argumentū.

H Ex p̄dictis etiam patent diffōnes fallaciæ in dictione, & extra dictionem, quia fallacia in dictione est q̄ sumit causam apparētiæ ex parte vocis vel dictionis.

Fallacia extra dictio. Sed fallacia extra dictionem est quę sumit causam apparentiæ ex parte rei.

Dubium. Solutio. Et si q̄ratur quare fallacia extra dictionem non vocatur fallacia in re, cum sumat causam suam ex parte rei. Responsio huius est q̄a finis sophistæ est ducere suum respondentem ad aliqđ inconueniens: vt ea dictis patet: sed hoc nō potest facere nisi exprimendo mentis conceptum, res aūt non possunt exprimi nisi per voces & dictiones: igitur magis dicitur fallacia extra dictionem q̄ fallacia in re ad denotandum ꝙ talis deceptio fit in dictionibus non tamen ꝙ ex parte dictionis causetur: sed ex parte rei.

Notādū. 3. Sciendum tertio, ꝙ cum omnis fallacia habeat fieri circa aliquod multiplex: necessarium est scire diffinitionem & diuisionem multiplicis.

Multiplex triplex. Vnde multiplex est dictio vel oratio vere vel apparenter plura significans. In qua dictione dicitur dictio vel oratio propter multiplex amphibologię cōpositionis & diuisionis. ꝟ Deinde ponitur vere vel apparenter: propter multiplex figuræ dictionis quod est fantasticum siue apparens. ꝟ Et diuiditur in multiplex actuale, potentiale & fantasticum.

I Cuius diuisionis rō est quia omne multiplex significat plura: vt patet per diffōnē prius positam. Vel significat plura vere vel apparenter. Si secūdum: sic est multiplex fantasticum, .i. apparens. Si primum: hoc est dupliciter, vel tale multiplex manet idem actualiter & s̄m subām vocis, et modum p̄ferēdi: & sic est multiplex actuale. Vel manet idem s̄m subām & non s̄m modū proferendi: & sic est multiplex potentiale.

Notādum quartum. Mul. actuale. Sciendū quarto: multiplex actuale est quando dictio vel oratio eadem s̄m subiectum & modum proferendi vere plura significat, sicut hæc vox Canis manēs eadem s̄m substantiam & modum proferendi significat canem latrabilē, sidus cœleste, piscem marinum. ꝟ In prædicta diffinitione ponitur Dictio propter fallaciam ęquiuocationis: & ponitur Oratio propter fallaciam amphibologiæ, & ponitur Eadem s̄m substantiam & modum proferēdi ad differentiam multiplicis potentialis. Deinde ponitur

Potentiale Vere ad differētiā multiplicis fantastici. Sed multiplex potentiale est quando dictio vel oratio eadem s̄m substantiam & modum proferendi vere plura significat. Exemplum de dictione: vt Homo vel populus: de oratione vt Album eē nigrum est possibile. Et ponitur Dictio propter fallaciam accidentis. Deinde ponit̄ Oṙo pp̄ fallaciam diuisionis & compositionis, & ponitur Nō s̄m modum proferendi ad dr̄iam multiplicis actualis. Finaliter ponit̄ Vere ad differen-

Fātasticū. tiam multiplicis fantastici. Sed multiplex fantasticum est dictio apparenter plura significans. Et ponitur apparenter ad differentiam aliorū multiplicū.

Cōclusio. Fall. indic. Conclusio responsalis ad q̄situm: tantum sunt sex fallacię in dictione, videlicet fallacia ęquiuocationis, amphibologiæ, compositionis, & diuisionis, accentus, & figuræ dictionis.

Probatio. Sufficien. fall. indic. Probatur primū, per sufficientiam quam tangit. S. D. in lec. Nam omnis fallacia ī dictione habet fieri circa aliquod multiplex: vel ergo habet fieri circa multiplex verum vel circa multiplex apparens. Si s̄m: sic est fallacia figurę dictionis. Si primum: hoc est dupliciter: quia vel habet fieri circa multiplex actuale vel potentiale. Si primum: hoc est dupliciter: vel habet fieri ī dictione simplici, & sic est fallacia ęquiuocationis, vel in oratione, & sic est fallacia amphibologię. Si s̄m: hoc est dupliciter: vel habet fieri in dictione simplici, & sic est fallacia accentus: vel in oratione, & hoc est dupliciter quia vel talis oratio in sensu composito est falsa, & in sensu diuiso est vera: vel ecōuerso. Si primum: sic est fallacia compositionis. Si s̄m: sic est fallacia diuisionis.

L

Alia probatio. Probat̄ etiam p̄dicta conclusio auctoritate Phi, primo Elenchorum: inductiue, videlicet & syllogismo: Inductiue sic, Æquiuocatio fit aliquo istorum sex modorū. Amphibologia fit aliquo istorum sex modorum, & sic de omnibus alijs fallacijs in dictione: ergo omnis fallacia fit in aliquo p̄dictorum modorum & per cōsequens sunt tantum sex fallaciæ in dictione. ꝟ Syllo probat̄ sic: Omnis deceptio proueniens ex eo ꝙ ijsdē nominibus vel orationibus nō idem significamus fit aliquo p̄dictorum: sed omnis fallacia in dictione est deceptio proueniens ex eo ꝙ ijsdem nominibus vel orationibus non idem significamus: ergo omnis fallacia in dictione fit, aliquo modorum sex modorum. ꝟ Probatur minor: nam omnis multiplicitas fit ex eo ꝙ ijsdem nominibus vel orationibus non idem significamus: sed omnis fallacia in dictione fit ratione alicuius multiplicis (vt dictum est:) ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo ꝙ ijsdem nominibus vel orationibus non idem significamus quod fuit probatū, ea quo patet ꝙ tantum sex sunt fallaciæ in dictione.

M

des hoc percuſſum: ergo hic oculo percuſſus eſt. Nõ
ſequitur, quia li oculo põt referri ad hoc verbũ Vidi-
ſti, & ſic minor eſt compoſita & vera, vel poteſt refer-
ri ad hoc participium Percuſſus, & ſic minor eſt diui-
ſa, & eſt falſa, in quo ſenſu concludiť. Silr hęc, vt gdã
exerceant, eſt fallacia diuiſionis, Quicunq; didicit li-
teras nunc ſcit eas, ſed vetulus memoria priuatus didi
cit literas: ergo nunc ſcit eas, Sed ſiquis attente conſi-
derat ibi committiť fallacia compõnis, quia in ſenſu
compoſito eſt falſa, & in ſenſu diuiſo vera. Nã ſi hoc
aduerbium Nũc referať ad didicit, tunc didicit eſt ver
bum minus principale, & ſic facit ſenſum diuiſum, et
in tali ſenſu eſt vera propõ. Si vero referatur ad hoc D
verbum Scit, tunc eſt compoſita, & falſa: vñ ibi com-
mittitur fallacia cõpõnis, & non diuiſionis. Silr hæc
oratio cãt fallaciam diuiſionis, Quattuor virorũ cetũ
Achylles reliquit in bello. Et iſtam, Reginã interfice
re nolite timere bonum eſt: & ſic de ſilibus. ¶ Cõclo, Concluſio
fallacia diuiſionis eſt vna fallacia in dictione ab alijs
diſtincta, quę cõclo probať ſicut præcedens. Attẽden Vt oro diuiſa cauſet hãc falſam tria requi.
dum tñ eſt, ꝙ ad hoc ꝙ oro diuiſa cauſet iſtam falĩam
tria requiruntť. Primo, ꝙ termini illius oronis apti
nati ſint ordinari ſm ſitum magis debitum. Secũdo,
ꝙ tales termini, q ſic apti nati ſunt ordinari ordinenť
ſm ſitum minus debitum. Tertio, ꝙ in tali ordina-
tione ſit fallacia: vnde quælibet oĩno diuiſa facit fal-
laciam diuiſionis, vt volunt argumenta in ꝯtrium ad- Dubium.
ducta. ¶ Dubitatur primo de hoc ſophiſmate, Tu es
ſine capite ſit verũ, vř ꝙ ſit verum. Nam oĩs ſuba eſt
corporea vel incorporea, ſed non oĩs ſuba eſt corpo-
rea: ergo oĩs ſuba eſt incorporea, & ꝑ ꝯñs tu es ſine ca Solutio.
pite. ¶ Dicendum ꝙ ſophiſma eſt falſum, & propoſi-
tio peccat ꝑ fallaciam diuiſionis in ſecundo mõ. Nã
iſta diſiunctiua, vel aut diſiungit terminos: & ſic ma- E
ior eſt compoſita & vera, aut inter propões, & ſic ip-
ſa eſt falſa & diuiſa, vt ſatis patet. Silr ddm eſt, ꝙ ꝑpõ
iſtius ſophiſmatis, Tu non es rõnalis, neq; irrõnalis,
quod ſic probať, Nullum aĩal eſt rõnale, & irrõnale,
tu es aĩal: ergo tu non es, neq; rõnalis, neq; irrõnalis. Dubium.
¶ Si ẽt quęratur quæ fallacia eſt hęc, Quicunq; percu-
tit ſine cã aliquem peccat, ſed Deus percuſſit ſine cau
ſa aduerſantes Chriſto, vt patet in Pſalmo.2. ergo Solutio.
Deus peccauit. ¶ Ddm ꝙ ibi eſt fallacia cõpõnis in.3.
modo, qa ſine cã põt cõſtrui cũ percuſſit: & ſic minor
eſt compoſita, & falſa, vel põt cõſtrui cũ aduerſantes,
& ſic minor eſt diuiſa, & vera. ¶ Dubitať ſecundo de Dubium.
iſto ſophiſmate, Tu heri non comediſti, vtrum ſit ve-
rum, & vř ꝙ ſit verũ, Nam quicunq; hodie incœpit eſ
ſe homo, heri nihil comedit cũ non erat, ſed tu hodie
incœpiſti eſſe homo: ergo tu heri non comediſti. Pro
batio minoris, Nam quicunq; eſt hodie natus homo
hodie incœpit eſſe, ſed tu hodie es natus homo: ergo
tu hodie incœpiſti eſſe. In ꝯtrium arguiť, Nam tu heri Solutio.
cibum ſumpſiſti: ergo tu heri comediſti. ¶ Dicendũ,
ꝙ ſophiſma eſt falſum, & ꝓbatio minoris peccat per F
fallaciam diuiſionis in tertio modo. Nam hoc aduer-
bium Hodie, poteſt cõſtrui cum hoc verbo Eſt: & ſic
minor compoſita eſt vera: vel poteſt conſtrui cũ illo
participio Natus, & ſic eſt diuiſa & falſa, vt patet dili-
gẽter cõſiderãti. ¶ Ad argumẽta patent ex dictis.

¶ Quæſtio.13. Vtrum accentus cauſet vnam falla- Quęſt. 13.
ciam ab alijs diſtinctam.

QVÆRITVR 13. Vtrum accentus cauſet
vnam fallaciam diſtõne diſtinctam ab alijs. ¶ Et vř ꝙ
non, & arguiť ſic. Primo, Nam accentus, vt dř in lřa,
ſumitur ſm diuerſum modum pronunciandi, ſed di-
uerſus eſt modus proferendi in compoſitione, et diui
ſione: ergo ſm accentũ nõ ſumiť fallacia ſpãlis. ¶ Pre-
terea ſm Priſcia. in trac. de Ortographia, vt hic addu
cit. D.S. Sicut accentus accidit dictioni: ita tp̃s, & nu
merus literarũ, et ſpũs, ſed ſm tp̃s, ſpũs, numerũ litera-
rum non vř ſumi aliq̃ fallacia ſpãlis: ergo neq; pari ra
tione ſm accentũ cãtur ſpãlis falĩa in dictione. ¶ Ter
tio, dictio plura ſignificãs cãt falĩam ęquiuocationis:
ergo non accentus, vel ſaltem fallacia accẽtus nõ erit
diſtincta a fallacia æquiuocationis. ¶ Sed ꝯ eſt. D.S.
in lřa, & Phs vbi ſupra. ¶ Pro cuius declaratione ſciẽ- Notãdum primum.
dum primo, ꝙ poſtq̃. D.S. determinauit de fallacia
cõpõnis, & diuiſionis, quę hñt fieri in orone ſecundũ

Q multiplex potentiale: hic ɔ̄fiter pp ordinem superius adductum determinat de falsa accentus, quę habet fieri in dictione fm idē multiplex: Et primo diffinit accentum dicens, ꝙ accentus vt hic sumit est varius modus pronunciandi dictionem. Falsa accentus, est idoneitas decipiendi, vel deceptio proueniēs ex eo, ꝙ aliqua dictio diuersimode pronūciata eadem fm subm, & diuersa fm modum proferendi plura significat. Cā apparentię est idoneitas māis dictionis. Sed causa defectus pluralitas significatorꝝ. Sicut.n. (vt dicit in Tex.) in cōpōne, & diuisiōe est eadem dictio māir diuersificata formaliter p cōpōnem, et diuisionē: ita hic in hac fallacia est eadem dictio māliter, diuersificata formaliter fm diuersum modum proferendi: ex quo patet ꝙ modus proferendi est forma dictionis modo supra exposito.

Accentus quid. *Fallacia accentus.*

Notādum secūdum: Sufficiētia modorum huius fall. ¶ Secundo sciēdum, ꝙ huius fallaciæ assignant quattuor modi, quorꝝ sic potest haberi sufficientia fm.D.S.in litera. Nam fallacia accentus habet fieri pp diuersitatem modi proferendi: vel ergo talis modus variatur p accētum, siue tenorem: & sic est primus modus, vel per tps: & sic est secundus, vel per diuersificationem spūs: & sic est terti⁹ modus, vel per numerum literarum et syllabaꝝ: & sic est quartus modus. Ex quo patet, ꝙ accentus fm ꝙ causat falsām istā non accipitur solū, prout se extēdit ad accentū grauē, acutum, & circūflexum: sed cōiter accipit prout se extendit ad prædicta q̄tuor accētia dictionis, quę sunt accētus, tps, spūs, & numerus syllabaꝝ.

H

Notādum tertium. ¶ Tertio sciendum, ꝙ primus modus hui⁹ fallacię prouenit ex hoc, ꝙ aliqua syllaba pōt pronunciari graui, acuto, vel circunflexo. Accento, vt hęc, Quęcunq; iustum est pēdere, iustum est pati pœnam, sed hoīem iustum est pēdere: ergo hoīem iustum est pati pœnam, minor est duplex, quia pendere pōt proferri acuto accētu, vel graui primo modo, maior est vera, & minor falsa, secūdo modo, maior ē falsa, & minor vera. Si vero accipitur in maiore primo modo, & in minore secūdo modo: tunc ambę pmissę sunt verę, & non, vt patet ɔ̄fia.

Secundus. ¶ Secundus modus prouenit ex eo, ꝙ aliqua fallacia alicuius dictionis pōt corripi vel produci, vt hæc, Omnis populus est arbor, gens est populus: ergo gens est arbor, non valet. Nam populus in maiore habet primā lōgam, in minore primam breuem. Q̄n habet primā longam: tunc significat arborem. Q̄n vero primā breuem, tunc significat gentem: vnde versus, Popul⁹ est arbor, popul⁹ collectio gentis.

I

Tertius. ¶ Tertius prouenit ex eo, ꝙ aliqua dictio potest leuiter, vel aspere proferri. Dr autem aspere proferri, q̄n proferē cū aspiratione, vt hæc, Quicquid hamatur hamo capiē, De⁹ amatur: ergo De⁹ hamo capiē, Non sequr, quia hamatur in maiore profertur cum aspiratione, in minore vero sine aspiratione. Silr hæc, Oīs ara est in templo, stabulum porcorꝝ est hara: ergo stabulum porcorꝝ est in templo: & sic de filibus.

Quartus. ¶ Quartus prouenit ex hoc ꝙ aliquid pōt proferri, vt vna dictio vel vt plures, vt Tu es qui es, sed quies est requies: ergo tu es requies. Nō sequitur, qa in prima accipitur vt duę dictiones, in secūda vero, vt vna. Silr hæc, Quicquid Deus fecit in vite fecit inuit⁹, sed racemos fecit in vite: ergo Deus racemos fecit inuitus. Silr hæc, Quicunq; dicit, Metuo longas pereunte noctes, Lidia dormis, dicit se timere, sed qui dicit metuo longas &c. non dicit se timere: ergo qui dicit illā propōnem metuo lōgas dicit se timere, & non dicit se timere.

Conclusio ¶ Conclusio, accētus causat vnam fallaciam in dictione distinctam ab alijs, q̄ conclusio probatur sicut præcedens, qa cā eius a pparētię, quæ sumit ex parte dictionis est distincta ab alijs &c.

¶ Et si arguatur fm accentum sumiē spālis modus huius fallacię, vz primus: ergo fm accentum non sumiē vna fallacia. *Dubium. K*

Solutio. ¶ Dicendum ꝙ accentus pōt accipi specialiter, vz ꝙ diuidiē in accentum grauē, acutum, & circūflexum, & isto modo facit spālem modū istius fallacię. Alio modo, pōt accipi cōiter fm ꝙ sub se cōprahendit accentum & prædicta tria accētia, & isto modo facit spālem fallaciam.

Notādum ¶ Cōsiderandū est etiā, vt innuit Phs in libris Elēchorū, ꝙ vt plurimū cātur deceptio p hanc fallaciam iscripta, q̄ in probatione, quia facilius possumus percipere, vtrum dictio regaē acuto accentu, vel graui si sit prolata, q̄ si sit scripta.

Dubium. ¶ Dubitaē primo, quę sit fallacia in isto paralogismo, Cui⁹ disciplina est bona disciplina, sed mali est bona disciplina: ergo malum est bonum.

Solutio. Dđm ꝙ ibi committitur fallacia cōpōnis. Nā hoc ꝙ dico bona disciplina, potest componi cum hoc genitiuo subintellecto &c. et sic est diuisa & vera, vel cum isto nominatiuo illud: & sic est composita et falsa. Sensus.n. est ꝙ illud cui⁹ est bona disciplina, est bona disciplina, vt patet per Phm.1. Elencborum in solonibus, quas adducit ad paralogismos fallacię cōpōnis, & diuisionis.

L

Dubium. ¶ Dubitat secundo de isto sophismate. Mutus dū saltat cantat, vr̄ ꝙ sit verum, Nā quicunq; psallit cantat, sed mutus dum salit cantat: ergo mut⁹ dum saltat cantat. In ɔ̄rium arguitur, Nam prędictum sophisma æquiualet vni conditionali, cuius ɔ̄ns pōt esse falsum antecedente existente vero: ergo est falsum.

Solutio. Dicendum ꝙ hoc sophisma falsum est, et probano peccat secundum banc, falsum: ex eo ꝙ variatur numerus literarum. Nam psallit pōt scribi cum vna lr̄a.p. & cū duplici.ll. & sic maior est vera, & minor falsa, vel potest scribi sine.p. & cum simplici.l. & sic maior est falsa; & minor vera. Et licet non varieē vna dictio in duas, tn̄ variatur numerus literarum: vn̄ reducitur ad quartum modum huius fallacię. Silr dđm est de isto paralogismo, Quicunq; falit saltat, sed qui ponit sal in cibo salit: ergo qui ponit sal in cibo saltat. Nā salit pōt scribi cum simplici.l. & sic ē maior vera, & minor falsa, vel pōt scribi cū duplici.ll. & sic maior est vera. v̄. Salo sale cibum sallio pede cantico psallo. Silr hic, Quicunq; dicit alteri na, dicit ꝙ debet natare, sed qui dicit alteri hūc librum emi mna, dicit mna: ergo qui dicit alteri hunc librum emi na, dicit ꝙ debet natare. Non valet, quia na, potest scribi sine hac litera.m. & sic est verbum, & tunc maior est vera, & minor falsa: vel potest scribi cum illa lr̄a.m. & sic maior est falsa, & minor vera. *M*

Dubium. ¶ Dubitatur tertio, quæ fallacia sit in isto paralogismo, Quicūq; dicit dicam dicit se velle loqui, sed qui dicit nō possum soluere dicam, dicit se velle loqui dicam: ergo qui dicit non possum soluere dicam, dicit se velle loqui.

Solutio. Dicendum ꝙ cum ibi non sit variatio accētus, temporis, spūs, aut numeri literarum, vel syllabarum non potest esse fallacia accētus, sed est fallacia æquiuocationis, quia dicam potest esse verbum; & sic maior est falsa, & minor vera. ¶ Ad Nescio quid dicam non possum soluere dicam. ¶ Ad primum dicendū, ꝙ ptonūciano non conuenit orationi per se, sed rōne dictionum ex quib⁹ componiē: vnde rō non sequiē. Vel dicendū, ꝙ non fm quęcūq; modū diuersum pferendi cātur fallacia accentus, fm solū dū talis modus habet fieri in dictione, vt declaratum est. ¶ Ad scdm patet solo ex dictis. ¶ Ad tertium dđm, ꝙ dictio eadem fm subam plura significans, & secundum modum proferendi causat fallaciam ęquiuocationis, non autem dictio variata secundum modum proferendi, Vnde ratio laborat in æquiuoco.

Quæstio.14.

A

¶Quæstio. 14. Vtrum ſm figuram dictionis ſumaẗ vna fallacia in dictione ſpecialis ab alijs diſtincta.

Queſt. 14.

QVÆRITVR 14. Vtrum ſm figuram dictionis ſumatur vna fallacia in dictione ſpãlis ab alijs diſtincta. ¶Videtur ꝙ non. Nam nulla eſt fallacia figuræ orationis: igitur pari ratione nulla debet poni fallacia figurę dictionis. Patet ſĩlitudo, quia ſicut vna dictio habet ſĩlitudinem cum altera: ita vna oratio aſſimilatur alteri: ergo &c. ¶Secundo ſi eſſet aliqua fallacia figuræ dictionis maxime eſſet in iſto paralogiſmo, Homo eſt ſpecies, Sortes eſt homo: ergo Sortes eſt ſpecies, ſed ibi non eſt, quia ibi eſt fallacia accidentis, vt infra patebit: ergo &c. ¶Tertio, iſta fallacia fit qñ vnum prædicamentum mutatur in aliud, vel quãdo ſpecies vnius prædicamenti mutatur in aliam ſpeciem eiuſdem prędicamẽti, vt Qualequid mutatur in hoc aliquid, ſed hoc fit ex parte rei, & nõ ex parte vocis, vt vr: ergo fallacia figurę dictionis non eſt fallacia in dictione, cum quælibet fallacia in dictione ſumat cãm apparẽtię ex parte vocis, & nõ ex parte rei. ¶Sed ɔ̃ eſt, D. S. in pñti capitulo. ¶Pro cuius declaratione,

Notãdum primum.

ſciendum primo, ꝙ poſtq̃. D. S. determinauit de fallacijs peccantibus ſm multiplex verum: hic ɔ̃ſiter determinat de vna fallacia. ſ. de fallacia figurę dictionis, quæ habet fieri circa multiplex phantaſticum, ſiue apparens: dictio. n. ſm ſe ſumpta in propoſito vnum ſignificat, ſed tñ ꝑꝑ ſĩlitudinem quam habet cũ alia dictione, vr aliud ſignificare vel habere alium modũ ſignificandi q̃ habet, ratio autem ordinis patet ex prędictis.

B

Figura dictionis.

Eſt autem (vt dicit Textus) figura dictionis in ꝓpoſito, nihil aliud q̃ ſĩlitudo dictionis vnius ad aliam. Nam aliud dr alteri aſſimilari, qñ ad figuram eius factum eſt.

Falla. figu. dic. quid.

Fallacia vero figuræ dictionis, eſt idoneitas decipiendi, proueniens ex eo ꝙ aliqua dictio ſĩlis alteri dictioni in aliquo vr habere eundem modũ ſignificandi vel appellandi cum non habeat. Cauſa vero apparẽtię huius fallacię eſt ſĩlitudo dictionum cum alia dictione. Sed cauſa defectus ſiue non exſiſtę eſt diuerſitas in modo ſignificandi vel appellandi.

Noiãdum ſecũdum. Tria in dictione conſi.

¶Secundo ſciendum, ꝙ in dictione eſt tria conſiderare, vʒ vocẽ, ſignificatum, et modum ſignificandi. Et ideo ſĩlitudo vnius dictionis cum altera põt attẽdi triplr, vʒ ex parte vocis, ex parte termini, vel ex parte modi ſignificãdi. Si attenditur talis ſĩlitudo ex parte rei ſignificatę: tunc non põt eſſe cã apparentię huius fallacię, quia ſumeretur ex parte rei, et ſic cãretur fallacia extra dictionem.

C

Sumitur ergo ex parte vocis quantũ ad modum ſignificãdi ſub figura appellationis, vt dr in Prædicamentis, ꝙ homo dr hoc aliquid ſignificare ꝑꝑ ſĩlitudinem quam habet in modo appellandi cum ſingularibus hoĩbus. Ex quo põt elici, ꝙ qñ ꝑꝑ ſĩlitudinem dictionis cum altera ſm vocem credit ſĩlitudo in modo ſignificandi, & ꝑ ſĩlitudinem prædictã credit vnitas in re ſignificata: vel qñ ꝑꝑ ſĩlitudinem in modo ſecundi credit ſĩlitudo in re ſignificata ꝑꝑ figurã appellationis, cõmittitur iſta fallacia.

Notãdum tertium, ʒ. modi.

¶Tertio ſciẽdum, ꝙ huius fallacię ſm. D. S. in lrã aſſignantur tres modi, Quorum Primus prouenit ex eo, ꝙ dictio quæ ſignificat maſculinum, vr ſignificare fœmininum, aut neutrum, vel econtrario, vt hic, Quodcũq; aĩal coloratũ albedine, eſt album, ſed Sortes eſt aĩal coloratũ albedine: ergo Sortes eſt album, ſoluuntur ſicut oẽs paralogiſmi huius fallacię negãdo ɔñtiamt quia licet Sortes ſit aĩal, & aĩal ſit neutri generis, non tñ ſequitur ꝙ Sortes ſit neutri generis. Silr hic, Oĩs ſuba colorata albedine eſt alba, ſed equus eſt ſuba colorata albedine: ergo equ⁹ eſt alba, Silr hęc, Qualis eſt nix, eſt Abdua, vel Secana, q ſunt fluuij, ſed nix eſt alba: ergo Secana & Abdua eſt alba. Silr hęc, Secare & videre terminãẗ in re, ſed ſecare eſt agere: ergo videre eſt agere, & ſecari eſt pati: ergo videri eſt pati. Tũc ſic contingit idẽ ſecundum idem videre & videri: ergo contingit idem ſecundũ idem ageri & pati: & ſic de ſĩlibus.

D

Notãdum quartum.

¶Quarto ſciendum, ꝙ ſecundus modus huius fallacię eſt deceptio proueniens ex eo ꝙ aliqua dictio, quæ ſignificat per modũ vnius prædicamenti, vr ſignificare per modum alterius prædicamenti: vñ qñ mutatur res vnius prædicamenti in re alterius, vel ſpẽs vnius in ſpẽm alterius quantum ad modum dicendi committitur iſta fallacia in iſto modo, vt hic, Quicquid heri vidiſti hodie vides, ſed album heri vidiſti: ergo album hodie vides, non valet ɔñtia, quia mutatur qd in quale. Nam quicquid eſt diſtributiuum illius quod ſignificat per modũ ſubę. Cõcreta aũt cum ſint adiectiua non ſignificãt ꝑ modũ ſubę, ſed ꝑ modũ accñtis & adiacentis alteri. Abſtracta vero accñtia licet realiter accñs ſignificent, non tñ ipſum ſignificant ꝑ modum accñtis, ſed per modum ſubę: vñ hic non committiẗ iſta fallacia, cum ſic arguitur, Quicquid heri vidiſti hodie vides, ſed Petrum heri vidiſti: ergo Petrum hodie vides: vñ infertur & nõ committitur aliqua fallacia.

E

Silr committitur hæc fallacia in ſecundo modo, cum dicitur, Quicquid heri emiſti hodie comediſti, ſed crudos piſces heri emiſti: ergo crudos piſces hodie comediſti. Silr, Quoſcunq; digitos olim habuiſti hodie habes, ſed olim paruos digitos habuiſti: ergo hodie paruos digitos habes. Non ſequiẗ, quia ibi mutatur diſcretũ in continuum. Silr hæc, Qñcunq; fuiſti Florentię fuiſti homo, ſed ter fuiſti Florẽtię: ergo ter fuiſti homo. Non ſequiẗ, qa ibi mutaẗ continuũ in diſcretum. Silr hic, Quod diſcit quis hoc eſt quod diſcit, ſed tarde diſcit quis: ergo tarde eſt quod diſcit. Non ſequiẗ, quia mutatur quid in qñ: & ſic de ſĩlibus.

Notandũ quintum. Tertius Signifi. qualeqd. Signifi. hoc aliqd.

¶Quinto ſciendum, ꝙ tertius modus hui⁹ fallacię prouenit ex eo, ꝙ aliqua dictio, q̃ ſignificat qualeqd, vr ſignificare hoc aliquid. Dr autẽ dictio ſignificare qualequid in propoſito, qñ ſignificat cõem nãm generis vel ſpeciei. Illa vero ſignificat hoc aliquid, quæ ſignificat ſubam particularem ſm quem modum, ſic probaẗ, Sortes eſt alius ab hoĩe, vʒ a Petro, ſed Sortes eſt homo, ergo eſt alius a ſeipſo. Nõ ſequiẗ, quia proceditur ibi ab hoĩe ab Sortem. Silr hic, Sortes eſt tertius ab homine, ſed Sortes eſt homo: ergo Sortes eſt tertius a ſeipſo. Silr ad hunc modum reducuntur oẽs paralogiſmi, q cãnẗ ſm variationem ſuppõnum, vt hic, Sortes eſt homo, homo eſt ſpecies: ergo Sortes eſt ſpẽs. Silr hic, Homo eſt aĩal, aĩal eſt genus: ergo homo eſt genus. Silr hic, Nullus homo eſt ſpẽs: ergo homo non eſt ſpẽs. Similiter, Nullum vle eſt ſubm in libro Prędicabilium: ergo vle non eſt ſubm in eodem. Silr hic non ſequitur, Petrus eſt alius a Petro muſico, Petrus autẽ eſt Petrus muſicus: ergo Petrus eſt alius a ſe. Non ſequiẗ, quia mutatur qualequid in hoc aliquid: & ſic de ſĩlibus paralogiſmis infinitis, qui oẽs ſoluũtur negando ɔ̃ñam.

F

Concluſio

Paralogiſmi prædictarum fallaciarum ſoluunẗ, vt ex dictis patet. ¶Cõcluſio ꝑ figuram dictionis ſumiẗ in vna fallacia in dictione ſpãlis ab alijs diſtincta.

Probatio.

Quæ concluſio põt probari ſicut precedens põt probari ꝙ ſit fallacia in dictione. Nam illa eſt fallacia in dictione, quæ cãtur ex eo ꝙ eiſdem noĩbus, vel orõnib⁹ nõ idem ſignificamus, ſed fallacia figurę dictionis eſt huiuſmodi: ergo &c. ¶Præterea, probatur ratione Phi. Nam illa eſt fallacia in dictione ꝑ quam magis decipimur diſputando cum alio, q̃ per nos conſiderando,

sed ista fallacia est huiusmodi; ergo &c. ꝑ Et si quæratur, quare Phs magis ꝓbat de fallacia figurę dictionis ꝙ esset fallacia in dictione, ꝙ de alijs, **Dubium.** Dicendum ꝙ ratio huius est, quia fallacia ista maiorem habet cõuenietiam cum alijs fallacijs extra dictionem ꝗ̃ alia fallacia, quia ijdem paralogismi requirũtur in hac fallacia, & in fallacia, accñtis, alia tñ, & alia ratione, vt infra patebit. **Solutio.**

Dubium. ꝑ Dubitatur primo, quæ fallacia committat̃ qñ concretum mutatur in abstractum, & ecõtra, vt Sortes est albus albedo est qualitas; ergo Sortes est qualitas, vel sic Albedo est color, sed coloratũ est quãtum; ergo albedo est quanta. **Solutio.** ꝑ Dicendum ꝙ ibi committitur fallacia figurę dictionis in secũda, quia cum concretum significet per modũ accñtis, & qualitatis, et abstractum significat per modũ subę cum sit subm, qñ mutatur concretum in abstractum ibi mutat̃ quale in quid; qñ vero mutatur abstractum in cõcretum, ibi mutatur quid in quale.

Dubium. ꝑ Dubitatur, 2. quę est fallacia in isto paralogismo. Si aĩa intelligit aliquid hoc est immateriale, cum intellectus non suscipit aliquid nisi immaterialiter, sed lapis non est immaterialis: ergo aĩa non potest intelligere lapidem. **Solutio.** **H** Dicendum, ꝙ ibi cõmittitur fallacia æquiuocationis, quia illud qđ ab aĩa intelligitur potest dupl'r considerari. Vno modo, secũdũ esse, quod habeat in intellectu, & sic maior est vera: vel alio modo fm esse quod in nã habet, & sic maior est falsa: vnde diligenter considerandum est fm. D.S. in prima parte, ꝙ qñ in añte alicuius conditionalis ponitur aliquod verbum ad actum animę pertinẽs, siue intellectus, siue vocis: ꝯñs debet intelligi fm esse quod in aĩa, dicit ergo sic vbi supra. q. 4. dicta, articulo. 3. ad secundum, ꝙ qñ in añte ponitur aliquid pertinens ad actum, ꝯñs est accipiendum nõ solum fm ꝙ in se est, sed fm ꝙ est in aĩa. Aliud est. n. esse res in seipsa, & esse res in aĩa, vtputa si dicatur, si aĩa intelligit aliquod illud est immateriale: intelligendũ est ꝙ illud est immateriale fm ꝙ est in intellectu, non fm ꝙ est in seipso. Et sil'r dicam, si Deus sciuit aliqđ, illud erit, ꝯñs intelligendum est prout subest Diuinæ Scientiæ. s. prout est in sua potentialitate. Hæc ille formaliter. ꝑ Sil'r iudicãdum est de necessitate ꝯñtis, respectu añtis in argumentationib⁹, in quoꝝ añte ponitur aliquod pertinens ad actum aĩę, sicut si Deus sciuit hanc rem fore: ergo erit. **I** Antecedẽs est necessariũ, cum scientia Dei sit necessaria, & per consequens ipsum consequens est necessarium, non simpliciter, sed secundum ꝙ ipse Deus illud præsciuit quod altioris est negocij. **3** ꝑ Ad argumenta patent ex dictis.

Quęst. 15. ℭ Quęstio. 15. Vtrum quado mutatur suppositio causetur fallacia figuræ dictionis.

QVÆRITVR 15. Vtrum qñ mutatur suppositio causetur fallacia figurę dictionis. ꝑ Arguitur primo ꝙ non. Nam in hac argumentatione mutatur suppõ, vt Oĩs homo est aĩal; ergo quoddã animal est homo, cum animal in prima supponat simpliciter, in secũda determinate: & tñ ibi nulla est fallacia, sed bona ꝯñtia per conuersionem p accñs: ergo etc. ꝑ Secundo hic mutatur suppositio, Hic homo currit: ergo homo currit, cum homo in prima supponat discrete, in secunda determinate: & tñ ibi non committitur fallacia, sed debite arguitur ab inferiori ad superius affirmatiuę: ergo &c. ꝑ Tertio bene sequitur, Oĩs homo est aĩal: ergo omnis homo est aliquod animal, cũ oppositum consequentis repugnet añti; & tñ ibi mutat̃ suppõ, quia animal in prima supponit simpl'r, & in secunda determinate: ergo non committitur fallacia figurę dictionis. Sed ꝯ̃ est, D.S. in pñti lec. in fine.

K ꝑ Pro huius difficultatis declaratione sciendũ primo ꝙ noĩum quædam significant suppositum, vt Sortes, Martinus, & Ioannes &c. quædam vero significant formam. **Notãdum primum.** Noĩum autem significantium formam fm D.S. in prima parte. q. 39. ar. 3. quędã significant eam substantiuę, quędã vero adiectiuę. Ea quidẽ q̃ substãtiuę formam, siue essentiam significant: eã significant p modum subę. Noĩa vero adiectiua eam significant per modũ accidentis quod inhęret subto. Vnũqđq; aut sicut se habet ad esse: ita se habet ad vnitatem, cũ ergo suba habet esse per se, habebit vnitatẽ p se. Accidentia vero cum habeãt esse in subto caperent vnitatem & pluralitatem a subto. Attenditur ergo in adiectiuis vnitas vel pluralitas fm subam vel supposita. In substantiuis vero fm formam significati p nomẽ. Hæc oĩa iste snialiter. Ex quibus supradictis cõcludit infra vbi supra articulo. 5. ad quintum, ꝙ hæc est drĩa inter noĩa substantiua & adiectiua, quia noĩa substantiua ferunt suum suppositum. Adiectiua vero non secundum rem significatam ponunt circa substantiuũ: vnde sophiste dicunt ꝙ noĩa substantiua supponunt, adiectiua vero non supponũt, sed copulant. Hæc ille formaliter. **L.** Ex quo dici potest, ꝙ suppositio est acceptio nominis substantiui pro aliquo. In qua diffõne, per hoc quod dr̃ Acceptio tãgitur gen⁹ diffiniti: per hoc qđ dr̃ Noĩs, excludũt̃ cæterę partes orõnis, quę nõ pñt supponere: per hoc quod dr̃ Substãtiui, excludũtur noĩa adiectiua. Sed p hoc ꝙ subiungitur Noĩs excludunt̃ noĩa, q̃ nihil significant, vt chymera.

Notandũ secũdum. ꝑ Secundo sciendum, ꝙ suppõ diuiditur in suppõnem discretam, & cõem. Suppõ discreta, est acceptio termini discreti, siue termini cõis cum pronoĩe demonstratiuo, vt Sortes currit, iste homo currit. **Cõmunis** Sed suppositio cõis, est acceptio termini cõis p aliquo, vt Homo, & subdiuidit̃ in suppõnem mãlem, & formalẽ. **Materialis** Suppositio mãlis, est acceptio termini cõis p seipsa, vt Homo est dictio bissyllaba. **Formalis.** Suppõ vero formalis est acceptio noĩs substantiui pro re significata p nomen, vt Homo currit. Et talis subdiuidit̃ in suppõnem personalem, & simplicẽ. **Simplex.** Suppõ simplex, est acceptio noĩs substantiui cõis pro re significata absolute, & nõ fm ꝙ est in suis inferioribus, vt Homo est spẽs. Qualiter autẽ subdiuiditur infra patebit. **Persõnalis** **M** Suppositio vero personalis, est acceptio noĩs substãtiui cõis pro suis inferioribus absq; signo distributiuo, vt Homo currit, aliquis homo currit: & sic de sil'ibus. **Confusa.** Suppõ vero confusa est acceptio termini, siue noĩs substantiui cõis p suis inferioribus mediante signo vl'i. Et hæc subdiuiditur. Nam quędam est confusa necessitate signi, alia necessitate rei. Suppõ confusa necessitate rei, est quando est ibi dici de omni posterioristico, hoc est qñ prędicatũ subto attribuit̃, aut ab eo remouet̃ p quolibet supposito, & pro qualibet drĩa tẽporis, vt Oĩs homo est aĩal. Sed suppõ confusa necessitate signi dr̃, qñ prędicatum dr̃ conuenire subto, aut ab eo remouet̃ per signum copl'e, licet realiter nõ ita sit, vt Oĩs homo est bonus. Qualiter autẽ aliquis terminus supponat confuse mobiliter, aut immobiliter patet ad propositum.

Notandũ tertium. ꝑ Tertio sciendũ, ꝙ suppõnis simplicis tres sunt gradus. **3. gra. sup. sim.** Quorum primus est qñ terminus cõis subijcitur realiter termino scdę impõnis, vt Homo est spẽs. Secundus gradus est termini positi a parte prædicati in propõne apposita. Et oĩs terminus cõis substantiuus positus a parte prædicati in ꝓpõne affirmatiua supponit simpliciter, vt Oĩs homo est aĩal, ibi aĩal supponit simpl'r. Tertius est termini substãtiui cõis positi post dictionem exclusiuã, quia talis supponit simpliciter.

Quando

A Quādo autem fit descensus a termino supponēte simpliciter in primo gradu ad supposita, siue determinata, siue indeterminata, aut vaga committitur fallacia figuræ dictionis, vt Homo est spēs: ergo Sortes est species, vt aliquis homo est spēs. Qñ vero fit descensus a termino supponente simpl'r in scdo, aut tertio gradu ad supposita indeterminata, siue vaga non committitur aliqua fallacia, vt hæc, Homo est aīal: ergo homo est aliquod aīal, & hic non arguitur respectu cōis termini ponentis drīam inter terminum inferentem, & terminum illatum, sicut declaratum est in expōne super summulis Petri Hispani, Sed qñ fit descēsus a tali termino ad supposita determinata cātur hæc fallacia, vt hæc, Oīs homo est aīal: ergo oīs homo est hoc aīal.

Notādum quartum. Duplex sup. cōfu. ¶ Quarto sciendum est, φ duplex est suppō confusa. Nam quædam est acceptio termini cōis pro suis inferioribus oībus virtute signi vlis, & hæc dr suppō confusa per se, vt Oīs homo currit. Alia est acceptio termini cōis pro oībus suis inferioribus virtute negationis præpositæ, & dr suppō confusa p accñs, vt Homo

B non est asinus: ibi asinus supponit confuse pro oībus suis inferioribus virtute illius negationis non: vñ bene valet ɔña descendendo ad oīa sua supposita determinata arguendo sic, Homo non est asinus: ergo homo non est grisellus, vel brunellus, & sic de alijs eius

Notandū quintum Sufficiētia suppo. suppositis. ¶ Quinto sciendum, φ prædictorū quinq3 membrorum suppōnis pōt sic formari sufficientia. Nam suppō, est acceptio noīs substantiui, vel ergo tale nomen est terminus singularis, vel terminus cōis. Si primum: sic supponit discrete. Si scdm: hoc est dupliciter, quia vel est terminus sumptus cū pro noīe demonstratiuo, vel non. Si primum: sic supponit discrete. Si scdm hoc est dupl'r, quia vel sumit per se mātr, vel pro re significata. Si primum: sic supponit mātr. Si scdm: hoc est tripliciter, quia vel ponit post dictionem exclusiuam vel nō. Si primum: sic supponit simpliciter in tertio gradu. Si scdm: hoc est dupl'r, qa vel est prædicatū propōnis vel subm. Si primum: hoc est dupl'r, quia vel est prædicatū propōnis affirmatiuæ: et sic supponit simpl'r in scdo gradu, vel est prædicatum

C propōnis negatiuæ: & sic supponit confuse per accñs. Si scdm: hoc est dupl'r, quia sumitur cum signo, vel sine signo. Si primum: hoc dupl'r, vel sumit cum signo vli: & sic supponit confuse p se. Si tale signum sumat distributiuę, vel cum signo particulari: et sic supponit determinate. Si scdm: hoc est dupl'r, quia vel subijcit prædicato primę propōnis, vel scdę. Si primū: sic supponit determinate. Si scdm: sic supponit simpl'r I primo gradu.

Conclusio ¶ Conclusio qñcunq3 mutatur suppō vna in aliam respectu cōis termini ponentis drīam inter terminum inferentē, & terminum illatum, & præsertim qñ mutat suppō simplex de primo gradu in personalem committit fallacia figuræ dictionis, si fiat per silitudinē vocis. Et ratio est, qa vbicūq3 est cā apparentię alicuius fallacię: ibi non cōmittitur talis fallacia. Sed dum mutatur suppō est cā apparentię huius fallacię, s. figuræ dictionis, vt ex dictis patet: igit &c.

Notādum ¶ Attendendum est autem, φ non solum committitur fallacia prædicta pp variationem suppōnum, sed ēt pp diuersum modum supponēdi, vt hic, Ista est fallacia, oīs homo est oīs homo, quia prædicatū non verificat de subto pro aliquo eius supposito: ergo ista est falsa. Deus est trinitas, qa prædicatū non verificat de subto pro aliquo. Non valet, quia vt dicit. D.S. prima parte. q. 39. ar. 6. φ hō p se habet suppōnem, sed ex adiuncto habet φ stet, p nā cōi, & ideo hæc est fallacia, Homo est omnis homo, quia pro nullo supposito verificari pōt: sed hoc nomen Deus per se habet φ stet pro

D essentia, licet pro nullo supposito Diuinę naturę hæc sit vera, Deus est trinitas: & tñ est vera, p essentia. Hęc ille formaliter. ¶ Aduertendum est ēt, φ qñ arguitur Notādum a minus amplo ad magis amplum cōmittitur ista fallacia, vt Oīs homo currit: ergo omne aīal currit. Cōmittitur ēt ista fallacia qñ arguitur a nō distributo ad distributum, vel arguitur a pluribus determinatis ad vnam determinatam, & sic de silibus argumentationib⁹.

Dubium. ¶ Dubitatur primo de hoc sophismate, Oīs homo & alius homo sunt, vt primo φ sit verę. Nam Sortes & alius homo sunt Plato, & ali⁹ homo sunt: & sic de oībus: ergo omnis homo, & alius homo sunt. Cōtra, aliquod est relatiuum diuersitatis: ergo supponit pro diuerso ab omni homine, sed non est homo alius ab omni hoīe: ergo sophisma falsum, & probatio ſm fallaciam figuræ dictionis peccat arguēdo a pluribus determinatis ad vnam determinatam, quia iste terminus alius stat determinate in pręmissis, & in cōclusione simpl'r. Similiter hæc. Nā hanc rem videns est aliquid videns, quia non videns Platonē est videns Sortem, & illam rem non videns est aliquid videns, & sic

E de singulis: ergo nihil videns est aliquid videns, simile est indicium de his sophismatibus. Nullum caput habens est aliquod caput habens, a nullo homine differens est ab aliquo differens. Nullū oculum habens, est aliquem oculum habens. Tu es quilibet vel differens a quolibet. Tu es omnis homo vel differens ab omni homine, de quibus latius determinatur in paruis logicalibus a sophisticis. ¶ Ad primum dicendū, φ ibi non mutat suppō simpliciter in primo gradu in personalem suppositionem, sed mutatur suppositio simplex de secundo gradu non tamen respectu termini ponentis differētiam inter terminum inferentem,

Solutio. & terminum illatum. ¶ Dicendum est. n. φ quando fit variatio suppositionum ratione alicuius differētię, quam importat termin⁹ tertius, committitur hæc fallacia. Quare autem semper committitur fallacia ista, quando mutatur suppositio simplex de primo gradu in personalem, & nō de secundo vel tertio. Ratio est, quia sub termino supponēte simpliciter in primo gradu non potest fieri descensus, neq3 ad supposita determinata. Sub tertio vero supponente simpliciter in se

F cundo gradu potest fieri descensus ad supposita negatiuę indeterminata. ¶ Ad secūdum & tertium dicendum est, sicut dictum est ad primum.

Quęst. 16. ¶ Quæstio. 16. Vtrum mutādo qualequid in hoc aliquid committatur fallacia figuræ dictionis.

QVÆRITVR 16. Vtrum mutando quale quid in hoc aliquid comittatur fallacia figurę dictionis. ¶ Et videtur φ non. Nam mutando hoc aliquid in quale quid, non committitur fallacia figurę dictionis, a simili non committitur, quando econuerso mutatur quale quid in hoc aliqd. Antecedens patet. Nā bona est consequentia hęc, vt in locis dictum est, Sortes currit: ergo homo currit, & tamen mutatur hoc aliquid in quale quid: ergo &c. Secundo, si sic sequeretur φ in conuersione simplici, & per accidens quādo affirmatiua conuertitur committeretur fallacia figurę dictionis, cum ibi mutetur qualequid in hoc aliquid. Consequens est falsum: ergo &c. ¶ Sed contra est. D. S. in superiori lec. & Phs in primo Elenchorū.

Notādum primum. ¶ Pro cuius declaratione, sciendum est primo, φ quale quid, vt supra dictum est, dicit esse quid designatū per modum qualis. i. communis: vnde commune dicitur qualequid. Sed hoc aliqd est indiuiduum sumptum sub isto communi. Et est duplex, Nam quoddā

G est signatum, vt Sortes, & aliquod vagum, vt aliquis homo, aliquod animal. ¶Ex quo patet, ꝙ licet quale quid, & hoc aliquid possit esse idem secundum esse, differunt tamen secundum rationem: vnde nõ oportet ꝙ quicquid conuenit vni, conueniat alteri. Non enim committitur fallacia aliqua, mutando qualeqd in hoc aliquid vagum, nisi arguatur respectu termini ponentis differentiam inter terminum inferẽtem, & terminum illatum. Vnde secundum Phylosophum in Prædicamentis, Omnis color est in corpore: ergo in aliquo corpore, & tamen mutat qualequid in hoc aliquid vagum, licet non sequatur communis color est in corpore: ergo in hoc corpore propter variationem suppositionis, quia mutat qualequid in hoc aliquid determinatum, siue signatum. ¶Secundo sciendum, ꝙ quãdo mutatur qualequid in hoc aliquid propter partialem identitatem duorum in vno tertio, & non propter similitudinem modi appellandi, nõ cõmittitur fallacia figurę dictionis, sed committitur fallacia accidentis, vt dicit Rodolph⁹ super. 1. Elenchorum, quia partialis identitas aliquorum in vno tertio est causa apparentię fallacię accidentis, vt infra patebit, sicut hæc, Homo est species, Sortes est homo: ergo Sortes est species. Siquis propter identitatem Soratis, & speciei in hoĩe credat identitatem inter se decipitur per fallaciam accidẽtis. ¶Ex quo patet ꝙ in eodem paralogismo est fallacia figurę dictionis, & accidentis, secundum tamen diuersas causas apparentiæ. ¶Tertio sciendum, ꝙ non solum qñ mutatur quale quid in hoc aliquid committitur ista fallacia, sed etiã dum mutatur substantiuũ in adiectiuum, vt hęc, Oĩs prior est monach⁹. Dialectica est prior: ergo dialectica est monachus. silr qñ modus significãdi singularis mutatur in pluribus, vt hæc, Quęlibet persona Diuina est Deus, sed tres sunt Personę Diuinæ: ergo tres sunt Dij. Silr quando incõplexum mutatur in incõplexum, vt hæc, Deus potest facere oẽm rem personalem aliam a se, sed ista propositio potest v3 Deus non creat: ergo Deus potest facere Deum non creare. Silr propter alias siles variationes, quasi ĩfinitas causatur ista fallacia, vt hæc. Homo incipiet cras esse albus: ergo incipies esse cras, vel hæc, Omni parte cõtinua aliqua pars est minor: ergo aliqua pars omni parte continua est minor. Similiter, Omni parte continua aliq̃ pars est maior debilis: ergo omni parte continua est maior. Similiter hæc, Hæc pars est omni parte continua, & illa, & sic de alijs: ergo aliqua pars est omni parte continua minor. Similiter hęc, Semper fuit aliquis homo: ergo aliquis homo fuit semper. Similiter hęc, Quicquid auditum est a Sorte, probatum est a Platone supposito ꝙ ipsi duo sint, sed falsum auditum est a Sorte: ergo probatum est a Platone supposito ꝙ Plato proferat hãc propositionem, homo non est asinus, & ꝙ Sortes non audiat hanc negationem non. Similiter hæc, Iste dabit bonum album, sed iste non habet bonum album: ergo dat quod non habet. Similiter hæc, Iste dat vnum solum denarium, sed iste non habet vnum solum denarium: ergo dat quod nõ habet, et sic de similibus, quasi in numeris paralogismis, qui peccant secũdum fallaciam figurę dictionis, licet etiã peccent secundum fallaciam accidẽtis propter aliam causam apparentię. ¶Conclusio, quando mutat qualeqd in hoc aliquid propter similitudinem dictionum secundum modum appellãdi respectu tertij termini, qui ponit differentiam inter terminum inferentem, & terminum illatum, committitur fallacia figurę dictionis. Patet primo hæc conclusio auctoritate Phylosophi. 1. Elenchorum, & auctoritate. D. S. in pręsenti passu. Ratione sic probari potest. Vbicunq; est deceptio per causam apparentię fallacię figurę dictionis, vel est talis fallacia, ꝙ quãdo mutatur qualequid in hoc aliquid modo expresso, causatur deceptio per causam apparentię fallacię figurę dictionis, quia talis causa apparentię est similitudo dictionis cum dictione: igitur etc. Vnde si propter similitudinem istarum dictionum homo est Sortes, creditur ꝙ quicquid prędicatur de vno, prędicetur de alio, decipimur per hãc fallaciam, sic arguẽdo, Sortes est homo, homo est species: ergo Sortes est species, mutatur. n. qualequid in hoc aliquid respectu termini importantis differentiã inter terminũ inferentẽ, & terminum illatum. ¶Dubitatur de veritate huius sophismatis, Tu es vna chymera, videtur ꝙ sit verum. Nam supponatur ꝙ Sortes dicat hãc propositionem Deus est, & Plato tantũ dicat illam, Homo est animal, & vtrũq; dicat istã, Tu es vna chymera, quo supposito sic arguitur, ab vtroq; illorum enunciatum est verum, cum ambę illę propositiones sint verę, videlicet Deus est, etiam homo est animal, sed enũciatum non est aliqnid ab vtroq;, nisi ista propositio, Tu es vna chymera: ergo ipsa est vera, & sic sophisma est verum. Cõtra, Tu es animal rationale: ergo tu non es vna chymera. ¶Dicendum, ꝙ sophisma est falsum, & probatio peccat secundum fallaciam figurę dictionis propter variationẽ suppositionis. Nam in prima enũciatum stat distributiuę, quia sequitur distributionem, sed in secunda stat determinatiue. Similiter ibi est expresse fallacia accidentis, vt inquit Phs hic. ¶Ad primum dicendum, negãdo antecedens, quia hic committitur fallacia figurę dictionis, Sortes est ĩdiuiduum: ergo homo est indiuiduũ, & tñ mutatur ibi hoc aliqd in qualequid, qa includit in eo qd est aliquid essentialiter, & nõ econtra: vnde non est simile. ¶Ad scdm patet solutio ex dictis.

Hoc aliqd duplex.

Notãdum secũdum.

H

Notandũ tertium.

I

Conclusio

K

Probatio.

Dubium.

L

Solutio.

Quęst. 17.

¶Quæstio. 17. Vtrum fallacia accidentis, sit fallacia extra dictionem ab alijs distincta.

QVÆRITVR 17. Vtrum fallacia accidentis, sit fallacia extra dictionem ab alijs distincta. ¶Et videtur ꝙ non. Nam nulla est fallacia substãtię extra dictionem: ergo nulla est fallacia accidentis. Patet cõsequentia a simili. ¶Secundo proprium non facit fallaciam extra dictionem: ergo a simili, neq; accidens. ¶Tertio si esset aliqua fallacia accidentis, maxime esset in isto paralogismo, Homo est species: ergo risibile est species, sed hoc non est, quia ibi est fallacia similiter dictionis, vel si sit accidẽtis non est extra dictionem. ¶Sed contra est Doctor Sanctus in præsenti capitulo. Et Phylosophus in primo Elẽchorum, & iterum Doctor Sanctus in capitulo 8 ibi. Sequitur enim de fallacijs extra dictionem, quæ in hoc differunt a fallacijs in dictione. ¶Pro cuius declaratione sciendum est primo, ꝙ postquam Doctor Sanctus determinauit de fallacijs in dictione, quarum principium motiuum simpliciter ea parte vocis: hic consequẽter propter rationem ordinis superadductam incipit determinare de fallacijs extra dictionem, quarũ principium motiuum sumitur ea parte rei. Nã vt dicit textus. Sicut fallacia in dictione prouenit ex eo, ꝙ deceptio ꝙ aliquę res, quę conueniunt secundum vocem accipiuntur, vt eadem secundum rem significatam: ita in fallacia extra dictionem deceptio prouenit ex eo ꝙ alię res aliquo modo cõuenientes vel differentes secundum rem accipiũtur, vt eadem diuersę simpliciter. Est ergo fallacia extra dictionem idẽtitas decipiendi proueniens ex idẽtitate aliquali duorum

M

Notãdum primum.

Fallacia extra dic.

A Notādum secūdum. Inter se. ❡Scdo sciendū, ꝙ.7. sunt fallacię extra dictionē, quę, vt patet in Textu, accipiuntur p septē diuisiones principales entis. Quarum Prima est diuisio talis. Nam entium aliud est per se, aliud est p accidens: & fm hanc sumitur fallacia accidentis. Secunda est diuisio entis, aliud perfectum, aliud imperfectum: & fm hanc sumit̃ fallacia fm qd & simplr. Tertia diuisio est, nam ens diuiditur in oppositum, & non oppositum: & fm hanc sumit̃ fallacia ignorantię Elenchi. Quarta diuisio est, qua ens diuiditur in idem, et diuersum, fm quam sumitur fallacia petitionis principij. Quinta diuisio est, qua diuidit̃ per prius, & posterius: & fm hanc sumit̃ falla consequentis. Sexta diuisio est, qua diuidit̃ p cām & cām, fm quam sumitur falla fm nō causam, vt cā. Septima vero diuisio entis est, qua diuiditur p vnum, & multa: & fm hanc sumit̃ fallacia fm plures interrogationes, vt vna. Patet ergo ꝙ

7. fal. extra dictio. septem sunt fallacię extra dictionem, v3 falla accñtis, fm qd & simplr. Ignorantię elēchi, & petitionis prin

B Notandū tertium. Accñs qn tupliciter. cipij, ɔ̄ñtis scdm nō cām, vt cām, et secundum plures interrogationes, vt vnam. ❡Tertio sciendum, ꝙ accidens pōt sumi quinq; modis, vt in proposito sufficit. Primo modo, accipit̃ scdm ꝙ distinguit̃ ɔ̄ subam. Secundo modo, accipitur scdm ꝙ distinguitur ɔ̄ ppriū. Tertio, sumitur pro eo, quod ē extra essentiam & intellectum rei. Quarto, accipit̃ scdm ꝙ distinguitur ɔ̄ per se, & hic, absolute: per se.n. dr̃ inesse alicui, vt dicit. D.S. ꝙ est ei scdm rōnem diffōnis, ꝙ autē præter hoc inest alicui dr̃ inesse per accñs. Quinto, accipitur accñs, vt distinguit̃ ɔ̄ p se, non quidem absolute, sed p eo, ꝙ est extraneum alicui rei respectu alicuius attributi, sicut dicit Rodolph⁹. Sortes.n. accidit homini secundum ꝙ homo stat sub isto attributo, qđ est spēs, & aīal accidit homini.i. extraneum est ei scdm ꝙ stat

Fallacia acciden. sub isto attributo gen⁹: & isto modo accipit̃ accñs in fallacia accñtis. ❡Est igitur fallacia accñtis deceptio proueniens ex eo ꝙ aliqd assignat̃ silr̃ inesse in vtroq; eoꝝ, quę sunt aliqualiter idem scdm accidens. Causa vero apparētię, est vnitas eorum, quæ p accñs aliquo

Notandū quartum C modo coniunguntur. Sed causa defectus, est diuersitas eorundem. ❡Quarto sciendum est ꝙ scdm. D.S. in litera, quædam sunt quæ oīno sunt idem scdm rē, & scdm sube rōnē, vt vestis, & indumētum: & in istis est solum p se, & non p accidens: vñ quicquid est veꝝ de vno, est verum de alio: qđ intelligendum est de terminis realibus. Secus est de terminis intentionalib⁹. Nam vestis est fœminini generis, & indumentū neutri generis. Vnde arguēdo a terminis realibus in plurali non pōt esse fallacia accñtis. Alia sunt, quorum oīno vnum est extraneum a rōne alterius, sicut homo & album: & in istis est solum per accñs. Quædam vero quoq; vnum pertinet ad rōnem alterius, licet oīno non sint eadem, sicut superius & inferius, spēs & propriū, & silia, in his.n. duobus vltimis modis, pōt esse fallacia accñtis, qa nō necesse, vt qđ verum est de vno sit verū de alio, vt Homo est aīal, sed aīal est quadru-

Notādum quintum. 3. modi. Primus. pes: ergo homo est quadrupes, & sic de silib⁹. ❡Quinto sciendum, ꝙ huius fallacię tres sunt modi, vt patet in Textu. Primus modus prouenit ex eo, ꝙ procedit

